This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google


Digitized by Google

BAET
L 35.541
Polybius

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII MEGALOPOLITANI HISTORIARVM QVIDQVID SVPEREST.

ASTOR LIBR
NEW-Y

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
ARGENTORATENSIS.

TOMVS SEXTVS.
ADNOTATIONES AD LIB. IV — X.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCII.

1792

Digitized by Google



Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRVM IV.

TITVLVS editus est ex Bav, Πολυβίου λόγος Δ'. Vat. Flor. Vrb. Πολυβίου Ἱστοριῶν λόγος τέταρτος Aug. Reg. A. Lib. IV.

CAPVT I. Cap. I.

Verſ. 1. In ἐδηλώσαμεν conſentiunt omnes præter Flor. Aptius quidem videri poterat præteritum ut III. 1, 1. ſed & aoriſtus bene habet, ut II. 1. 1. & hoc cap. verſ. 2. Verſ. 1.

Verſ. 2. Αὔφιδον. Ἄφιδον ed. 1. 2. cum ſolo Bav. Codicum Reg. B. C. dehinc nullam amplius faciam mentionem, niſi ubi ab editione prima, ad cujus exemplum deſcripti ſunt, notabili quodam modo diſcedunt. Verſ. 2.

Verſ. 3. διέξιμεν. διέξειμεν Aug. Reg. A. Verſ. 3.

Verſ. 4. In τῆς κατασκευῆς nil variant libri. Poterat προκατασκευῆς dicere, ut ſæpius aliàs, & hoc cap. verſ. 9. ſed & illud fortaſſe ſatis erat. conf. I. 13, 5. Opponit tamen inter ſe προκατασκευὴν & κατασκευὴν II. 37, 2-5. — *Ibid.* περὶ τῶν Ἑλλην. Particulam μὲν, quam Hugo hic inſerunt cum Bav. delevi cum ceteris codicibus, Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et ſic ſemper deinde, ubi ſive in ſcholio infra contextum, ſive in his Adnotationibus dixero, a noſtra lectione diſcedere Bav. intelligere debebit lector, ceteros codices cum noſtra conſentire, & viciſſim, niſi diſerte monuero, ex conjectura nos a ſcriptura codi- Verſ. 4.

Digitized by Google

codicum omnium discessisse. — *Ibid.* πρὸ ἡμῶν. Temere πρὸς ἡμῶν ed. 1. cujus generis aberrationes, uni aut alteri editioni proprias, posthac, nisi qua peculiaris ratio suaserit, supersedebo adnotare.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἀπὸ Τισαμενοῦ &c. Conf. II. 41. — *Ibid.* ἀπὸ μὲν τούτου correxi ex II. 41, 5. suadente etiam re ipsa. Sic jam scripserat Meursius, proferens hunc locum in Commentario de Regno Laconico cap. 6. p. 28. Perottus: *ab hoc, usque ad* &c.

Ibid. ἕως εἰς Ὠγυγον. ὡς εἰς, quod habent codices, non est in usu, nisi defendere velis ex I. 19, 4. ubi pariter corrigendum putavi cum viris doctis. Litera ε, adnexa in mssstis initio literæ ω, spiritus asperi formam refert; quo facilius fieri potuit, ut negligeretur a librariis. Si optandum esset inter duas diversorum codicum lectiones, præferrem equidem εἰς Ὦγυγον alteri ὡς εἰς. II. 41, 5. ἕως Ὠγύγου habemus.

Ibid. Μακεδονίας in versione latina jam expresserat Casaub. & ejus monitu in contextum recepit Gronovius. Recte; confer II. 41, 9. Et aliâs passim perperam inter se commutata a librariis eadem nomina Μακεδον. & Λακεδαιμον. videmus; IV. 29, 1. IX. 28, 1.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἑξῆς δέ. Particula δὲ, post adverbium temporis ἑξῆς, ea ratione nunc usurpatur, de qua dixi ad I. 29, 6. De quo usu cum aliâs bene præcepisset Reiskius, hoc loco, ejusdem usus immemor, hiatum inesse putavit in oratione, nisi post κώμας aut paulo ante inseratur verbum ἐλέγομεν, quo sane facile caremus.

Vers. 9. *Vers.* 9. ποιήσασθαι. Ne ποιήσεσθαι suspiceris, vide Adnot. ad II. 64, 5.

Cap. II. ## CAPVT II.

Vers. 1. *Vers.* 1. ὑπόστασιν *fundamentum* interpretatus est Casaubonus. Et sic rursus in Commentario ad vocab. ἀνυπόστατος I. 5, 3. ὑπόστασιν ait h. l. significare *principium, cui ceu basi universum opus innititur.* Simul tamen monet, posse

Digitized by Google

posse & *subjectum tractationis*, *argumentum*, *institutum* verti, ut apud Diodorum Sicul. I. 4 sq. XV. 70. & alibi. — *Ibid.* Ἀράτου. cf. I. 3, 2.

Vers. 2. οὕτω συντρέχειν. οὕτως συντρέχειν Bav. Reg. A. Vers. 2.

Vers. 3. τὸ γὰρ ἀνωτέρω προσλαμβάνειν; τοῖς καιροῖς. προλαμβάνειν soli Reg. Reg. B. C. quod et REISKIO venerat in mentem, qui id tamen non urget, &, προσλαμβάνειν idem esse, ait, ac si dixisset τῇ ὑπαρχούσῃ καὶ προκειμένῃ διηγήσει προσλαμβάνειν τὰ γεγονότα ἐν τοῖς ἀνωτέρω χρόνοις. Aliàs in hac re verbo προσανατρέχειν utitur Polybius. Vers. 3.

Ibid. ἀσφαλεῖς ἔχειν &c. Defendi utcumque posse codicum lectio videtur, intelligendo κατὰ ad τὰς διαλήψεις & ad τὰς ἀποφάσεις, si modo τὰς διαλήψεις darent, non γὰρ διαλήψεις, quod indicium esse videtur profundioris vulneris, & defectus alicujus, quo paulo post ista verba laborat oratio. Nil autem variant veteres codices, nisi quod in Aug. in contextu est τὸ ἀληθὲς, sed inter lineas ab eadem manu τὸ ἀσφαλές. Nos interim, dum certius aliquid meliores (si qui supersunt) codices dederint, minime aspernandam duximus Casauboni emendationem. Illius emendationis pars aliqua, ut ipse etiam in ora Basileensi adnotavit, ducta est ex codice Reg. B. in quo, cum in editione Obsopœi temere ἀσφαλὲς ἔχειν esset absque τὸ, omisso eodem articulo primum scriptum erat ἀσφαλεῖς aut ἀσφαλῶς, (nec enim liquido discernere potui,) & id quidem deinde rursus in ἀσφαλὲς mutatum, sed in marg. adscriptum γρ'. τὸ ἀσφαλεῖς. (*sic*) In reliquis autem nihil ab aliis codex ille discedit.

Vers. 7. διεδέδεκτο. Mendose διέδεκτο editum erat ex Bav. Vers. 7.

Vers. 11. Ἀντίοχος δέ. Carent δὲ edd. invitis mss. tis. — *Ibid.* Ἀχαιοὶ correxit Casaub. & sic in solo Reg. A. inter lineas recentiori manu scriptum. Mendose Ἀχαιὸς ex vers. 6. huc traductum habent ed. 1. & 2. cum mss. tis. Vers. 11.

Digitized by Google

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Αἰτωλοὶ πάλαι &c. *Iam pridem Aetoli pacem iniquo animo ferebant.* Vide II. 44 ſqq. conf. hoc cap. vſ. 8.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ἀντίγονος. *Antigonus* ille, qui *Doſon* eſt cognominatus, Philippi, Demetrii filii, vitricus & tutor. De cujus obitu dixit II. 70. — *Ibid.* δεδιότες Μακεδόνας. δεδ. τοὺς Μακεδόνας Aug. Reg. A.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἀξιοχρεωτέρους. ἀξιωτέρους prorſus nihili eſt. Sed ἀξιοχρέους praeferam; nec enim ſatis video, quae ſit vis comparativi. Vivente Antigono, Achaeorum amico atque ſocio, nihil movere Aetoli contra Achaeos ſunt auſi: illo mortuo, cum in pueritia Philippi auxilium Achaeis non laturos Macedonas putarent, (cf. cap. 5, 3.) *ſatis ſibi virium eſſe rati, ſunt ad bellum cum ſolis Achaeis ſuſcipiendum.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Δορίμαχος. Δωρίμαχος Vat. Flor. Aug. & nunc & deinde. In vulgatam cum Bav. recte h. l. conſentit Reg. A. qui tamen deinde cum ceteris facit.

Ibid. Τριχωνεύς. Vt hoc loco, ſic rurſus XVII. 10, 9. dant Τριχονεὺς codices noſtri omnes, quod teneri poterat, quandoquidem & Τριχόνιος per ο breve inveniri Stephanus Byzantinus ait. Sed quum & Τριχώνιον, V. 7, 7. & Τριχωνὶς λίμνη, V. 7, 8. & Τριχωνεὺς V. 13, 3. per ω longum ſcripta ſint, conſentientibus omnibus noſtris libris, leviſſima mutatione ο in ω mutavi: terminationem autem, quamquam Τριχωνιεὺς habet Stephanus, quod & alibi editores apud Polybium invitis msstis expreſſerunt, & h. l. repoſitum Gronovius voluit, non neceſſe duxi mutare.

Ibid. Νικοστράτου, τοῦ παρασπονδήσαντος &c. Conf. IX. 34, 11. *Nicoſtrati*, Aetolorum ducis, neſcio an hujus, meminit Frontinus Strateg. I. 4, 4.

Ibid. εἰς τὴν τῶν Φιγαλέων πόλιν. Sic Vat. & Flor. Cum ab aliis abeſſet articulus τῶν, τὴν Φιγαλέαν dederunt Aug. & Reg. A. τὴν Φυγαλέων ed. 1. 2. cum Bav. per ypſilon;

Digitized by Google

ypſilon; conf. verſ. 8. & cap. 6, 10. & c. 31, 1. εἰς τὴν Φιγαλέων πόλιν ed. Caſaub. & ſeqq. cum Vrſino. Iidem æque recte Φιαλᾶς plus ſemel nominantur infra, cap. 79.

Verſ. 6. Μεσσηνίων. Μεσηνίων conſtanter ed. 1. 2. cum Bav. ſæpe etiam Reg. A. & Aug. ſed ſuperſcripta ſubinde altera litera σ. Verſ. 6.

Verſ. 7. τὴν τε πόλιν καὶ χώραν. Commodius τὴν τε χώραν καὶ τὴν πόλιν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. quod ita expreſſam in contextu noſtro mallem; certe articulus ad nomen χώραν repeti debuit. Verſ. 7.

Verſ. 8. In Φιγαλέαν nunc conſentiunt omnes, & in Bav. υ, quod ſtatim erat, (cf. ad vſ. 5.) in ι eſt mutatum. Infra cap. 6, 10. in aliis, & c. 31, 1. in omnibus Φιγαλία nominatur, quod perinde eſt. Vide Cellar. Geogr. Ant. II. 13. p. m. 1232. Verſ. 8.

Verſ. 10. τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκίας. ἐπὶ, quod ignorant vulgo, inſerui cum Vat. & Flor. Verſ. 10.

Verſ. 13. προστρεσυομένων. Citat hunc locum Suidas in hoc verbo. Verſ. 13.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 1. Χείρωνος. Scripturam Χυρῶνος etiam Reg. B. in ora habet. Poſſis Σχύρωνος ſuſpicari, ut ſit ejuſdem viri nomen, qui paulo poſt nominatur. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἀνεκαλοῦντο αὐτὸν &c. Citat Suidas, hoc verbo. — *Ibid.* συναρχίας. Temere συναρχείας ed. 1. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἐκκλωλ. πάντα. Deeſt πάντα Aug. — *Ibid.* δωσιδίκους. Suidas interpretatur ἀκδότους τῇ δίκῃ. Paulo alia notione accipitur hoc vocab. apud Herodot. VI. 42. ubi plerique codices, ſicut Polybiani noſtri omnes, per ο breve δοσιδίκους efferunt. Verſ. 3.

Verſ. 4. δεινὸν ἠγεῖτο. Citat Suidas in Ἐκστρεφῆ. — *Ibid.* ἅψη τεύξεσθαι. τεύξεσθαι ἅψη ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* τείσεσθαι. πήσεσθαι ed. 1. 2. Bav. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἀσυρὴς, *impurus, fœdus.* Vide Heſych. in Ἄσυρες & Ἀσυρῇ, & ibi Interpretes. ἀσύρης Aug. Verſ. 5.

Digitized by Google

Verſ. 5. Reg. A. — *Ibid.* τῶν ἐξῃρμένων τὸν ἄνδρα κατὰ πάντα τρόπον. Quod in Reg. B. C. eſt, ἐξῃρημένων, idem in Flor. fuiſſe olim videtur, in quo inter ρ & μ eraſa litera eſt. Sed parum refert, & bene habet vulgata, in quam conſentiunt veteres libri, niſi quod jota non habent ſubſcriptum. ἐξαίρειν (ut ἐξαιρεῖν) eſt *eximere, tollere.* ἐξῃρμένος τὸν ἄνδρα, *qui virum*, id eſt, *virilitatem exuit, cui exemta virilitas eſt.* Strictiſſime pro *exſecto ſpadone* accepit vetus interpres germanicus, Guil. Xylander, *ein unreiner verſchnittener Mann:* quemadmodum apud Lucianum in Lucio ſive Aſino, c. 33. T. II. p. 602. *aſinus exſecandus*, ἀπολέσων τὸν ἐν τῷ ὄνῳ ἄνδρα dicitur. Nimis late & tropice Reiſkius: *cui vir*, id eſt, *virilitas, gravitas, dignitas, conſtantia, ſapientia omnis exemta eſt.* Quæ ſicut non nego ſimul comprehendi illa dictione, quandoquidem *quovis modo virilitatem exuiſſe iſtum hominem* dicit, ſic non ſatis eſſe arbitror; ſed id potiſſimum ſignificare Polybius videtur, quod Epictetus in Diſſertationibus, ab Arriano editis, lib. II. c. 10. p. 219. dicit, cum ait: Τί ἀπολλύει ὁ τὰ τοῦ κιναίδου πάσχων; Τὸν ἄνδρα. Multa ejuſdem generis idem Epictetus habet, veluti mox ibidem: Τί ἀπολλύει ὁ μοιχεύων; Τὸν αἰδήμονα, τὸν ἐγκρατῆ &c. *amittit verecundum, continentem*, id eſt, *verecundiam, continentiam.* Sic lib. II. c. 4. p. 183. ἀπόλλυμεν καὶ ἀνιαροῦμεν τὸν πιστὸν, τὸν αἰδήμονα, τὸν ὅσιον. &c. Mire vero hoc loco Caſaubonus: *homo impurus, Dorimacho plane modis omnibus deditus.* Et in eamdem ſententiam (ut alios taceam) recentior germanicus interpres: *der den Dorimachus vor allen andern erhob.* Idem tamen Caſaubonus, ut Mericus docet, re melius conſiderata, ad oram exempli Baſileenſis ſic adſcripſit: „An intelligit *virilitatem exſectum, & tum corpore, tum animo effœminatum?*“

Ibid. Βαβύρτας. Βαβύτας h. l. Vat. & Flor. Sed paulo poſt conſentiunt iidem cum ceteris. — *Ibid.* οἷον τ' præter Vat. & Flor. dedit etiam Vrſini codex. Reiſkius, pro

Digitized by Google

pro vulgato οἷός τ' εἶναι, legendum οἷός τ' ἦν censuit. εἶναι & ἔᾳ, ut hoc loco, sic II. 24, 2. inter se permutata vidimus. Et pro ἦν, Bav. εἶναι habet III. 10, 2.

Vers. 7. ἀναπατικῶς ex conjectura correxit Casaub. quam confirmant codices Vat. & Flor. Ceteri male ἀναστατικῶς. Sic & mox *vers.* 8: ἀναπάσεως perspecte correxit idem Casaubonus, ubi codd. omnes ἀναστάσεως dabant. Post ἀναπατικῶς vero, pro τότε, quod habet ed. 2 & seqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A., est τε in ed. 1. & Bav. quod minime spernam, ἀναπατικῶς τε καὶ μάλα ὑπερηφάνως. Pro μέλειν *vers.* 8. est μέλλειν in Vat. & sic primum fuerat in Aug. sed erasa altera litera λ. Vers. 7 sqq.

Vers. 8. ποιήσασθαι. ποιήσεσθαι Flor. Aug. Reg. A. Vers. 8.

Vers. 9. εὔλογον. ἄλογον Aug. — *Ibid.* δι' αὐτὰ τοῦτο. Quin mendosum sit id, quod vulgatum est, dubitari non debet. Majori vero ambage Reiskius διὰ τὸ ἔνεδος τοῦτο suspicatus erat. Vers. 9

CAPVT V. Cap. V.

Vers. 1. οὗτος δέ. δὲ caret ed. 1. invitis msstis. Vers. 1.

Vers. 2. ἐκ παρανομίας καὶ σκώμματος γεγονέναι τὴν ὁρμήν. *ob commissa scelera & jactum in se dicterium, ad hoc bellum ipsum stimulari.* ἐκ παρωνυμίας scripsisse Polybium, suspicatus est MERICVS CASAVBONVS, παρωνυμίαν autem pro *falso vel aliena nomine* posuisse. conf. cap. 4, 7 sqq. Quam conjecturam calculo suo probans REISKIVS: — „Statim, inquit, mihi suspectum visum est vocab. παρανομίας, quod quamquam potest interpretatione quodam modo colorari, est tamen ea coacta & improbabilis. παρανομία tum esset ea, quam Dorimachus agitasset atque exercuisset; σκῶμμα autem, quod in se conjectum, velut telum corpore, excepisset. Durius hæ duæ notiones, altera activa, passiva altera, coalescunt. Quare, ut primum cognovi, amplexus sum Merici scitum inventum, παρωνυμίας. Erat enim *Babyrtas* Dorimachi Vers. 2.

Digitized by Google

παρώνυμον, cognomen contumelioſum. παρωνυμία καὶ συῆμα eſt hendiadyoïν, pro παρωνυμία σκωπτική." —

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Ἠλείων. Ἠλίων Vat. quæ levior aberratio notanda, quia graviori mendo viam paravit, ἰδίας pro ἠλείας, cap. 9, 9.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐν Πελοποννήσῳ. ἐν deeſt ed. Caſaub. errore operarum.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. συνίστανε. Perperam συνιστάντες Aug. Rég. A. — *Ibid.* ἐξακολουθήσουσαν. Teneri potuerat debueratque ſcriptura, in quam codices noſtri omnes & Vrſini vetus liber conſentiunt, ἐξακολουθήσασαν. conf. ad II. 22, 2. & ad II. 64, 5. Operarum errore in ed. γ. ἐξακολουθήσαν eſt, & ἐξακολοθήσαν in ed. 2.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. οὐκ ἐρεῖν ἐγκλήματα τοῖς ἀμυνομένοις. — „Fateor, me vim & rationem hujus dictionis non perſpicere, niſi idem ſignificat atque illa altera, Græcis uſitata, οὐ μέμψεσθαι αὐτοῖς ἀμυνομένοις. - - Quod ſi verum cenſemus, legendum erit οὐκ ἐρεῖν ἐγκλήματ' αὐτοῖς ἀμυνομένοις." REISKIVS. — Mihi non ferendum ἐρεῖν videtur; ſed minus etiam probatur ἀρεῖν, quod ejus loco poſuit Scaliger. Poſſes οὐ φέρειν, poſſes οὐχ εὑρεῖν ſuſpicari, niſi futurum potius, quam vel præſens tempus, vel indefinitum ſecundum, requiri videretur. Quare adhuc quidem nihil commodius nobis ſe obtulit, quam οὐχ ἕξειν. Vſitata dictio ἔγκλημα ἔχειν, pro ἐγκαλεῖν vel ἔγκλημα ἐπιφέρειν, Thucyd. I. 26. IV. 23. ubi vide Scholiaſten. Sic viciſſim συγγνώμην ἔχειν τινὶ, *veniam dare alicui*, *excuſatum aliquem habere*, ſæpe apud Polybium. Quod autem ad alteram ſpectat Reiſkii emendationem αὐτοῖς pro τοῖς, nec incommodam eam utique arbitror, nec vero admodum neceſſariam.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. οὔτε κοινὴν &c. οὔτε τὴν κοινὴν malim, ut eſt apud Suidam in Ἀπόκλητοι, ubi citantur iſta Polybii verba. Ἀποκλήτους vero (ut Livius ait, XXXV. 24.) Aetoli vocabant *ſanctius conſilium*, *ex delectis conſtans viris*.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 10. Ἀκαρνᾶσι expreſſi ex Aug. Ceteri h. l. Ἀκαρνάσι. Variant libri noſtri, & interdum etiam omnes α *longam* faciunt in hoc nomine, interdum brevem omnes. Vide II. 10, 2. II. 66, 6. IV. 11, 6. IV. 80, 15. Nos, probatorum ſcriptorum græcorum & latini ſermonis uſum ſecuti, α ubique longam fecimus. Verſ. 10.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 1. Κύθηρα. Minus recte penacute Κυθήρα Aug. Reg. A. — *Ibid.* σὺν τούτοις δὲ καὶ τὴν ναῦν Bav. σὺν δὲ τούτοις τὴν ναῦν Vat. Flor. Aug. Reg. A. σὺν τούτοις δὲ καὶ ναῦν ed. 1. σὺν δὲ τούτοις καὶ ναῦν ed. 2 & ſeqq. Verſ. 1.

Verſ. 2. Κεφαλήνων. Κεφαλήνων ed. 1. 2. Bav. & ſic rurſus verſ. 8. — *Ibid.* ἐπεβάλοντο recepi ex Aug. Ceteri ἐπεβάλαντο cum edd. Verſ. 2.

Ibid. Θύρεον editum h. l. ex Bav. Θύραιον Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed cap. 25, 4. in Θύριον conſentiunt codices, quam ſcripturam Stephanus probavit in Θυρέα. Rurſus idem oppidum Θούριον ſcribitur, XVII. 10, 10. & XXVIII. 5, 1. & cives Θουριεῖς, XXII. 12, 4. Non confundi debet hoc Acarnaniæ oppidum cum Thyræo Arcadiæ (Θυρεῶν) cujus Stephanus meminit, & Pauſan. in Arcadicis p. 671. nec cum Thyrea vel Thyræa Argolica, & aliis ejuſdem vel vicini nominis.

Verſ. 3. διῆγον ἐν τούτῳ πρὸς τὰς ἁρπαγάς· Reiſkius poſt ἐν τούτῳ inſerendum ſuſpicatus erat verbum, e. c. ὁρμώμενοι, τετραμμένοι, aut γενόμενοι. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἀλλὰ τοῦτο μέν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο μὲν edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Delevi cum Vat. & Flor. particulam, quæ importuna h. l. videbatur. Verſ. 4.

Verſ. 5. διὰ τοὺς Κλεομ. καιρ.' dederunt Vat. Flor Aug. Reg. A. quod prætuli cum Reiſkio, quoniam κατὰ modo præceſſit. — *Ibid.* Ὀρχομενὸν & vſ. 6. Ὀρχομενῷ recte edidit Gronovius, conſentientibus msstis. Ὀρχόμενον & Ὀρχομένῳ ed. 1. 2. 3. — *Ibid.* δὲ κατὰ κράτος reſtitui ex msstis. μὲν κατὰ κράτος ed. 1. 2. operarum errore. Verſ. 5.

Digitized by Google

Tum μὲν in μέν τοι mutarunt Reg. B. C. quod arripuit Casaub. & tenuerunt sequentes editores.

Vers. 6. *Vers.* 6. ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ. ὡς ἐμοί γε δοκεῖ Aug. — *Ibid.* In τὴν μεσόγαιαν nunc consentiunt omnes, qui aliàs τὴν μεσόγαιον praeferunt.

Vers. 7. *Vers.* 7. Ἄρατος δέ. Perperam δὲ abest ed. 1. 2. Bav. — *Ibid.* τὸν ἐπιόντα. Temere h. l. articulum neglexit ed. 1.

Vers. 8. *Vers.* 8. τὴν Μεσσηνίαν ex Reg. B. recepit Casaub. cui adsentiuntur Vat. & Flor.

Vers. 9. *Vers.* 9. In Πατραιέων nihil nec h. l. nec cap. 7, 2 sq. variant libri, qui tamen in Πατρεῖς omnes consenserunt II. 41, 12. & XL. 3, 4. & sic Stephanus: Πάτραι· πόλις Ἀχαΐας. ὁ πολίτης Πατρεύς. — *Ibid.* βούλεσθαι. βουλεύεσθαι solus Flor.

Vers. 10. *Vers.* 10. καπεποιοῦντες αὐτὴν revocavi ex msstis. καποπ. αὐτοὺς edd. errore Obsopœi, compendium scripturæ perperam accipientis.

Ibid. Φιγαλέαν ed. Casaub. & seqq. Φυγαλέαν ed. 1. 2. Bav. Φιγαλίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. conf. ad cap. 3. vers. 5. & 8.

Vers. 11. *Vers.* 11. ὑπαρχ. αὐτοῖς. Perperam αὐτῆς ed. 1. 2. Bav.

Vers. 12. *Vers.* 12. ἅπαντα. πάντα Suidas, in hac ipsa voce; ubi citat hunc Polybii locum.

Cap. VII. CAPVT VII.

Vers. 3. *Vers.* 3. Πατραιεῦσι καὶ Φαραιεῦσι. Πατρισῦσι καὶ Φαρισῦσι solus Flor. Conf. ad cap. 6, 6.

Vers. 4. *Vers.* 4. καθάπαξ. καθάπερ ed. 1. 2. ignoratione compendii scripturæ. — *Ibid.* In ἐπιβαλλόμενοι consentiunt omnes, nisi quod Bav. alteram λ intra lineas habet, ab eadem tamen manu. Nil opus est, ut cum Reiskio ἐπιβαλομ. corrigamus.

Vers. 6. *Vers.* 6. ὅσον οὔπω ληγούσης &c. *quoniam propediem decessurus erat magistratu, simul vero, quoniam Achaei &c.*

Nisi

Nisi adjeceris ὅσον, nil habet, quo referatur ἅμα δέ. Etenim quænam hæc est oratio? *quoniam nondum finitum erat ejus imperium, simul vero, quoniam male exercitati in armis erant Achæi, &c.* Post στρατηγὸς facile excidere ὅσον potuit, cujus vocabuli terminatio per scripturæ compendium superne indicata erat. Vers. 6.

Vers. 8. προϋπαρχούσης αὐτοῖς ἀλλοτριότητος cum Casaubono accepi de *Arati odio adversus Aetolos.* Aliter REISKIVS: „αὐτοῖς. Timoxeno, puta, & *Arato.* Intercedebant inter hos duos vetustæ simultates, per quas fiebat, ut alter ad alterius studia frigeret atque torperet.“ — Vers. 8.

Vers. 10. πρός τε τὰς πόλεις ἔγραφε. Sic perspecte correxit Casaub. cum Reg. B. C. πρός γε τὰς πολ. ed. 1. 2. cum vett. codd. Vers. 10.

Vers. 11. προεικεῖν. προσεικεῖν Aug. Reg. A. Vers. 11.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Vers. 1. τέλειος ἀνήρ. τε, quod ante τέλειος ed. 1. 2. inserunt, ignorant veteres libri omnes. Hunc locum de *Arato*, ab initio hujus cap. usque ad vers. 9. extr. lexico suo inseruit Suidas, in Ἄρατος. Totum locum, usque ad finem capitis, habet *Codex* VRBINAS in Excerptis; ubi ad oram libri notatur argumentum his verbis: Ἀράτου ἔπαινος. Vers. 1.

Vers. 2. στέξαι τὸ πρισθὲν, *tegere consilia.* Mendose στέρξαι solus ex codicibus nostris Florentinus; sic autem & Suidas. Reg. B. vero in margine imperite: ἴσως στέρξας. — *Ibid.* ἐνδήσασθαι. Mendose ἐνδύσασθαι Suidas & Reg. B. C. Vers. 2.

Vers. 4. Totum hunc versum omisit Suidas. — *Ibid.* τῶν τοιούτων μαρτύρια dederunt Vrb. Vat. Flor. & Vrsini codex. — *Ibid.* ἐπιφανέστατα δὲ τοῖς ἱστορ. bene edd. cum Bav. consentiente etiam puto Vrb. e quo nulla notatur varietas. πλείω μὲν ἐκφανέστατα τοῖς ἱστορ. absque δὲ, Aug. & Reg. A. Magis etiam corrupte Vat. & Flor. ἐκφανεστάτοις, pro ἐκφανέστατα τοῖς. — *Ibid.* Post κατὰ μέ- Vers. 4.

ρος

ρος *delendum distinctionis signum*, cui non erat hic locus. — *Ibid.* Πελληνέων Vrb. Vrsin. & ed. Casaub. & seqq. Πελληνέων ed. 1. 2. Bav. Πελληναίων Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* εἰς Ἀκροκόρ. Carent εἰς Vrb. & Vat.

Vers. 5. *Vers.* 5. ὅτε. Placet ὁτότε, quod habet Suidas. — *Ibid.* ἄτολμος, Perperam εὔτολμος Suid. — *Ibid.* ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς, Super ἐν in Aug. ab eadem manu superscr. ἐπὶ, quod Reg. A. in margine habet.

Vers. 9. *Vers.* 9. συγκατασκάσεις. Perperam συγκαταστάσεις Suid. — *Ibid.* In καὶ τῆς τε & in ἐνίων nihil variant codices. καὶ sequente τε æquivalet Latinorum *atque etiam*. σύνταξις ἐνίων, *acies ex pluribus instructa*. Cum ἔργων suspicarer, ad ἄπρακτοι referendum hunc genitivum putaveram; sed intelligo, non solicitari debuisse codicum scripturam. Vt autem de ἔργων pro ἐνίων reponendo cogitarem, occasionem dederat error librariorum, quem, cum per id ipsum tempus subsecivas horas excutiendis Herodiani Historiis tribuerem, observaveram editiones omnes illius scriptoris obsedisse, cum in ipso Præfationis initio ἐνίων τε πάλαι γεγονότων habent, pro ἔργων τε πάλαι γεγονότων, quod & ratio suadebat & meliores præstant codices: quem errorem non dubito in nova Herodiani editione, quæ haud ita pridem prodiit, sublatum esse a docto Editore, qui iisdem melioribus codicibus est usus.

Vers. 10. *Vers.* 10. κατ' ἴλην. κατ' εἴλην Vat. Flor. constanter. — *Ibid.* παρατάξεως. Corrupte πράξεως Vrb. Vat. Flor.

Vers. 12. *Vers.* 12. ποιώμεθα revocavi ex msstis. Temere ποιούμεθα ed. 2. quod inde tenuerunt posteriores.

Cap. IX. CAPVT IX.

Vers. 2. *Vers.* 2. παρεσπονδ. Verius videtur παρασπονδουμένοις, quod alii dant codices. — *Ibid.* βουλομένων δὲ καί. καὶ deest ed. 1. Bav. Reg. A. — *Ibid.* ἐπιγραφῆναι, scil. ἐπὶ τὴν στήλην, ut monuit Reiskius. conf. II. 41, 12.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 4. Ἀχαρνᾶσι. Perſpecte monuit Gronovius, *Arcadas*, ſub *Achæorum* nomine comprehenſos, non opus fuiſſe hic figillatim nominari, præſertim in numero atque ſerie eorum ex fœderatis populis, qui extra Peloponneſum habitabant; quorum in numero conſtanter aliâs *Acarnanes* nominare conſuevit Polybius, ut IV. 5, 10. V. 3, 3. IX. 38, 5. — Adde IV. 15, 1. Verſ. 4.

Verſ. 5. ὅμηρα. ὁμήρῳ Aug. Reg. A. quemadmodum & alibi permutatas inter ſe literas α & ω vidimus. Verſ. 5.

Verſ. 6. τοῖς τῶν Μεγαλοπ. τῶν deeſt ed. 1. 2. Bav. Reg. A. B. C. Recepit Caſaub. monente Vrſino, & conſentiunt Vat. & Flor. Verſ. 6.

Verſ. 8. συμφέρειν σφίσι τότε πείθεσθαι. Non opus eſt articulo τὸ ad πείθεσθαι, (cf. cap. 10, 7.) percommodum vero eſt adverbium τότε, quod adeo ſervari debuit, cum ab omnibus codicibus agnoſcatur. τίθεσθαι autem defendere non auſim, quod REISKIVS ait idem notare ac συντίθεσθαι, πείθεσθαι, *obtemperare*, *obſequi*, *aſſentiri*, intelligendo τὴν ψῆφον, provocatque ad Dionyſ. Halic. p. 682, 24. — At ibi σφίσιν αὐτοῖς ἔθεντο (perinde utique ac συνέθεντο) denotat *inter ſe pacti ſunt*, *ſibi invicem ſpoponderunt*: hoc vero loco omnino requiritur verbum quod *obtemperare* ſignificat, quod nullum aliud eſt, niſi πείθεσθαι, atque id Polybio reſtituendum, ante Caſaubonum jam viderunt Vrſinus & Scaliger. Verſ. 8.

Verſ. 9. ἑξακόστελλον. ἑξακόστελον Flor. — *Ibid.* Κυλλήνην. Κυλήνην Bav. *Cyllene*, Eleorum navale. Verſ. 9.

Ibid. τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Φειάδα καλουμένην νῆσον. Non dubitanter Reiſkius dicturus fuiſſet, *fortaſſe* Ἠλείας *pro* ἰδίας *eſſe ſcribendum*; ſi ſciviſſet, mox pro τὴν Ἠλείαν pariter τὴν ἰδίαν dare Vat. & Flor. (conf. cap. 5, 4.) vel ſi, quænam eſſet inſula, quam Φλιάδα vulgo h. l. nominatam legimus, certum habuiſſet. Nunc autem quæſivit: „Ergo *Phlias* inſula erat *Elidis*?“ — At, vel Φειάδα vel Φλιάδα ſcripſiſſe Polybium, nemo dubitabit, qui Strabonem conſuluerit lib. VIII. p. 342 ſq. (qui Φειὰν *promontorium & oppi-*

Digitized by Google

oppidum cum insula atque portu in Eleorum regione esse docet) & Eustathium ad Iliad VII. 135. contulerit, & Stephanum Byzant. in Φέα, & in Φία.

Vers. 10. *Vers.* 10. τὰς λείας. τῆς λείας Vat. Flor. — *Ibid.* ἐπὶ τὴν Ἠλεΐαν correxi, duplicem inter se componens scripturam, ἐπὶ τὴν Ἠλείων, quam habent edd. cum Bav. Aug. Reg. A. & ἐπὶ τὴν ἰδίαν, quod est in Vat. & Flor. conf. ad vers. 10. & cap. 5, 4. — *Ibid.* Verba χάριν τοῦ usque λῃστείας temere omisit Obsopœus. χάριν τινῶν, pro χάριν τοῦ, invitis msstis habet ed. 2.

Cap. X. ## CAPVT X.

Vers. 1. *Vers.* 1. εὐήθως. Imperite ἀήθως Aug. Reg. A. — *Ibid.* οἰκείαν dedit Bav. & Reg. C. οἰκίαν edd. & ceteri codd.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἀντιπαράγειν τοῖς Αἰτωλοῖς προαιρούμενος. Vereor, ne nimis stricta notione verbum ἀντιπαράγειν acceperim, cum interpretatus sum *a latere ex aliquo intervallo sequi;* quæ significatio quidem I. 77, 2. & sæpe libro III. locum habet. Sed nunc locorum situs (quem tamen mihi non satis compertum esse fateor) non ferre videtur, ut dicamus, Aratum voluisse hostem *a latere sequi:* saltem primo per satis longum itineris spatium *obviam hosti ducere copias suas* debuit; & cum hoc versu, tum vers. sequente, ἀντιπαράγειν intelligendum fuerit *adversus hostem ducere, ut ex aliquo intervallo eum observemus.* conf. I. 84, 3. Quam in sententiam haud incommode locum hunc latine his verbis reddidit Casaubonus: *versus Patras ea mente proficiscitur, ut neque absistens ab Aetolis, neque congrediens, duceret.*

Vers. 3. *Vers.* 3. συμμένειν, monente Vrsino, primus edidit Casaub. Et confirmant eam lectionem, quam ex suo codice utique depromsisse Vrsinus videtur, codices Vat. & Flor. — *Ibid.* διαγωνιάσαντες. Mendose διαγωνίσαντες Vat. Flor.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 4. τὸ Ῥίον. τὸν Ῥίον ed. 2. & ſeqq. temere & invitis mſstis. — *Ibid.* Pro ταῦτα, μετὰ ταῦτα legere juſſit Reiſkius. Sane impedita eſt vulgata lectio. Verſ. 4.

Verſ. 6. Κλειτορίαν. Non urbis nomen, ſed agri, ad eam urbem pertinentis, cui Κλείτωρ nomen apud Noſtrum IV. 18, 10. & XXIII. 5, 2. pariterque apud Strab. Pauſan. Ptolemæum. Κλιτορίαν h. l. Vat. & Flor. per ι pro ει, ſicut II. 55, 9. ubi in εἱ Κλιτόριοι conſentiebant omnes. Sed mox IV. 11, 2. 18, 10. 25, 5. in Κλειτ nil variant libri. Verſ. 6.

Verſ. 8. In ὑπολαβόντες cum ceteris conſentit Vat. Solus Flor. ὑπολαμβάνοντες habet. — *Ibid.* τρέψωνται revocavi ex ed. 1. & mſstis, quibus invitis στρέψωνται eſt in ed. 2. & ſqq. Verſ. 8.

Ibid. προπατασύραντες. προσπατασύρ. ſuſpicatus eſt Caſaub. in ora Baſil. Et ſic codices nonnulli (quos tamen non viderat Caſaub.) dant IV. 19, 9. προπατασύρ. defendit Reiſkius, contendens, πρὸ ſignificare hic *priuſquam diſcederent e Peloponneſo:* quam vim ſicut non præciſe negem ineſſe h. l. præpoſitioni illi, ſic nec magnopere urgeam. Mihi videtur πρὸ in hoc verbo (velut in προνέμεσθαι, προνομεύειν, & ſimilibus) ad *locum* potius, quam ad *tempus*, pertinere, ut προπατασύρειν, ſit *ante ſe vaſtare*, *vaſtando progredi*, *pervaſtare*, *late vaſtare atque diripere.*

Verſ. 10. Μεθύδριον. Μηθύδριον ſolus Flor. Sed idem mox cap. ſq. conſentit cum ceteris.

CAPVT XI. Cap. XI.

Quæ exponuntur hoc capite & ſeqq. uſque cap. 13, 2. ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τετελευτηκότας, habet *Codex* VRBINAS in *Excerptis*, cum Titulo ad oram libri: Πόλεμος Ἀχαιῶν καὶ Αἰτωλῶν ἐν Κλειτορίᾳ ἐν (voluit puto καὶ) Καφύαις.

Verſ. 3. ἐξάγοντες. ἐξαγαγόντες ſolus Reg. C. Verſ. 3.

Verſ. 4. τάφροι καὶ πλείους recte Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. conf. ad II. 8, 2. — *Ibid.* ἐπίφασιν correxit Caſaub. ex conjectura, quam confirmant codices Vat. Flor. Verſ. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. Flor. Aug. Reg. A. ἐπίβασιν ed. 1. 2. Bav. Hinc Scaliger correxerat διὰ τὴν ἐπιβάσεως ἑτοιμότητα.

Ibid. τοῦ μὲν ἐγχειρεῖν - - ἀπεδειλίασαν. Verbum ἀποδειλιάω aliâs nonniſi cum accuſativo aut cum præpoſitione πρὸς conſtructum memini; quare neſcio, an τὸ μὲν ἐγχειρεῖν ſit ſcribendum. Sed mutare nil auſim. Poteſt ἀποδειλιᾷν cum accuſat. denotare *timere aliquid;* cum genitivo, *timore deterreri ne faciamus aliquid.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. In τὸν Ὀλίγυρτον cum editis & Bav. conſentiunt (ni fallor) h. l. Vat. & Flor. Conf. cap. 70, 1. quo ex loco cum hoc collato adparet, *Oligyrtum* vel *Olygyrtum* a Polybio montem dici, haud procul a Caphyis ſitum. Apud Plutarchum in Cleomene p. 817. τὸ Ὀλόγουντον caſtellum montanum eſt inter Phliuntem & Orchomenum, adeoque eodem fere loco, quo Oligyrtus vel Olygyrtus Polybii. conf. verſ. 13.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. πρωτοπορείας. πρωτοπορίας Bav. & Reg. A. Et ſic mox iidem verſ. 7. πρωτοπορίαν.

Ibid. προβαινούσης temere expreſſum erat in ed. 1. & inde ſervatum in ſeqq. Conſentit tamen Aug. ac neſcio an Vrb. e quo nulla notatur varietas. Sed προσβαινούσης utique ſcribendum cum Bav. Vat. Flor. Reg. A. προσβαίνειν eſt *adſcendere*, *conſcendere montem.* Vide II. 67, 6.

Ibid. τῷ προσαγορευομένῳ Πρόποδι τῆς παρωρείας. Notum eſt, πρόποδα aliâs commune & adpellativum, quod dicunt, nomen eſſe, denotans *radicem montis* vel *minores colles præjacentes altioribus montibus.* Sed nil impedit, quo minus etiam pro proprio nomine potuerit uſurpari.

Ibid. Ἐπίστρατον correxit Caſaub. Ante eum omnes ἐπὶ στρατὸν, & hæc verba ſuperioribus jungunt, interjectoque commate ſeparant a ſequentibus. ἐπιστρατηγὸν, minus feliciter, ſuſpicatus erat Vrſinus. ἐπὶ τούτοις στρατηγὸν ora libri Voſſiani. — *Ibid.* Ἀκαρνᾶνα. Vulgo omnes Ἀκαρνάνα, cum aucto accentu. Vide ad IV. 5, 10.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. οὕτω. οὕτως Vrb. Vat. — *Ibid.* γὰρ ἄν. ἂν deeſt editis & Bav. Adjeci cum Vrb. Vat. & ceteris.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XII.

Cap. XII.

Verſ. 2. ὑποχωροῦντας. Suſpicari poſſes ἀποχωροῦντας, ſicut verſ. 1. ἀπεχώρουν dixit. Sed nil variant libri; & utrumque ſtare poteſt. Verſ. 2.

Verſ. 4. ὑπὸ τὴν παρώρειαν, Sic ſcribendum & Caſaub. in ora Baſil. & omnes poſt eum interpretes & editores monuerunt: miror, cur in contextum recipere dubitarint, refragantibus licet codicibus omnibus. Verſ. 4.

Verſ. 5. καὶ παραβοηθούντων caret Aug. a pr. manu. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἐνέβαλον. ἐνέβαλλον ſolus Reg. B. Verſ. 6.

Verſ. 7 Ἐν δὲ τῷ. Temere τῷ carent ed. 1. 2. Recte articulum agnoſcunt Reg. B. C. cum ceteris codd. οἱ δὲ ἐμπίπτοντες. In συμπίπτοντες inferius conſentiunt omnes verſ. 12. Verſ. 7.

Verſ. 8. συγκαταστάσεως. συγκαταβάσεως Aug. Reg. A. Sed vide verſ. 6. & IV. 8, 9. — *Verſ.* 9. Ἐπιπολαστικῶς. Citat Suidas, hac voce. Verſ. 8 ſq.

Verſ. 11. μακροὺς ὄντας ἐν πορείᾳ potes intelligere *multum viæ progreſſos*. Caſaubonus vero pro ἀραιοὺς, *tenuibus, raris ordinibus*, videtur accepiſſe, ut fere idem ſit, quod διαλελυμένους. Sane ad ipſam vocem μακροὺς, in ora Baſilenſi, hæc adſcripſit: „Nota peccatum Arati. Nam cum ad hoſtes itur, oportet denſare aciem. Ea eſt quæ proprie πύκνωσις dicitur Aelian. ιά.“ — *Ibid.* Pro διαλελυμένους, διαλελειμμένους habet Aug. & Reg. B. Temere διαλελυμμένους ed. 1. 2. Verſ. 11.

Ibid. διαβαίνοντες. Proxime inhæret hæc emendatio veſtigiis ſcripturæ codicum. Nam μένειν & βαίνειν paulo etiam ante, cap. 10, 3. & III. 72, 4. permutata a librariis noſtris vidimus. Fateor tamen, mihi nullum aliud exemplum eſſe compertum, quo verbum διαβαίνειν iſta notione *digrediendi, dilabendi* uſurpatum inveniatur. — *Ibid.* Verba ἐπὶ τὰς παραλειμ. πόλεις, deſunt ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Adſcivit Caſaub. ex Reg. B. monente etiam Vrſino, & conſentientibus Vat. & Flor. puto & Vrb.

Digitized by Google

Verſ. 13. *Verſ.* 13. *ἐπὶ τὰς πόλεις. κατὰ* Bav. ſed ſuperſcr. ead. manu *ἐπί.*

Cap. XIII. CAPVT XIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *ἤλπισαν. ἤλπισε* Aug. Reg. A. — *Ibid. κινδυνεύσειν.* Temere *κινδυνεύειν* ed. 1. 2. — *Ibid.* Ante *τετελευτηκότας* imperite *τοὺς* inſerit ed. 2. cum Aug. & Reg. A.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *ἠτυχηκότας* monente Vrſino correxit Caſaub. Et Vrſinus quidem *ex ingenio* ait ſe ita emendare, cum tamen codex ejus id dediſſe videatur: ſic certe & Flor. Vat. Aug. Reg. A. *ἠδικηκότας* ed. 1. 2. & Reg. B. C. cum Bav. Eodem modo III. 20, 6. confuſa vidimus *ἀδίκημα* & *ἀτύχημα.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *λοιπὸν ἤδη. τὸ λοιπὸν ἤδη* ed. 1. 2. invitis msstis.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *Πελληνέων. Πεληνέων* ed. 1. 2. cum Bav. ut aliâs. — *Ibid. Σικυωνίων. Σικυωνίαν χώραν* Flor.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *ἐκ τοῦ* &c. *ἐκ τοῦ γενομένου δόγματος ἁπάντων μετὰ ταῦτα τῶν συμμάχων* ed. 1. 2. Reg. B. C. cum Bav. trajectione verborum, non inſolita Polybio. Seriem verborum mutavit Caſaub. cum Vrſino, & Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid. οἱ συνελθόντες.* Præferrem *ὃ συνελθ.* ſi darent libri; quod & Caſaubono & Reiſkio venit in mentem. *ὃ οἱ συνελθ.* ſuaſit Gronov. — *Ibid. διαπροστατεύσαντος* in duo verba *διὰ προστατεύσαντος* dirimendum putavit Reiſkius; quod mihi ſecus videtur. Amat verba dupliciter compoſita Polybius. Mendoſe *διαστρατεύσαντος* Aug. De concilio Achæorum, quo, præſidente Philippo, factum eſt decretum de bello inferendo Aetolis, vide cap. 25.

Cap. XIV. CAPVT XIV.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τὸ*, ante *μηδέπω*, correxit Caſaub. cum Reg. B. C. monente etiam Scaligero. Mendoſe *τοῦ* ed. 1. 2. cum vett. codd. — *Ibid. τὰς τοιαύτας* prætuli cum ed

Digitized by Google

ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. Signantius hoc eſt, quam omiſſo articulo. — *Ibid.* διεσφαλμένῳ. Optionem dederat Reiſkius inter hanc emendationem, & illam συνῇδει πολλὰ πολλάκις αὐτῷ διεσφαλμένα. Haud dubie vera prior. Simillima ſtructura XXV. 8, 6. συνειδὼς αὑτῷ κακῶς πεχειρικότι τὰ τῆς πόλεως. Et XXVII. 13, 13. αὐτοῖς συνειδότες ἀλλότριον βουλομένοις Ῥωμαίων. Literas α & ω confuſas a librariis vidimus IV. 9, 5. I. 12, 7. I. 17, 3. III. 49, 6. &c. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐν μέσῳ Πελοποννήσου. Πελοποννήσῳ Vat. Flor. Aug. Reg. A. bene, ſi eſſet ἐν μέσῃ. Verſ. 4.

Ibid. προδιειλημμένα ed. Caſaub. cum Vrſ. Vat. Flor. Ceteri προειλημμένα, quod defendit Reiſkius ex vulgato uſu vocabuli πρόληψις. Poterat etiam ad ipſius verbi προλαμβάνειν uſum III. 1, 7. & III. 112, 7. quodammodo provocare. Sed iſtud tamen cum hoc commutatum equidem nolim.

Ibid. συνταράξαι τὸν πόλεμον. Sic συγχέαι τὸν πολ. IV. 10, 3.

Verſ. 5. οὕτω μετ' ὀλίγων. οὕτω μετ' ὀλ. ed. 2. operarum errore. — *Ibid.* συναγαγεῖν. Imperite συνεγεῖν ed. 1. 2. perperam accipiente Obſopæo nexum ſcripturae in cod. Bav. Verſ. 5.

Verſ. 6. προθέμενόν γε συμβαλεῖν. Temere invectam a Caſaubono particulam γε, nunc demum animadverto. Reſcribe cum ed. 1. 2. & codicibus omnibus προθέμενον καὶ συμβάλλειν. Verſ. 6.

Ibid. ἐν τοῖς παρωρείοις. Præpoſitionem cum Reg. B. C. adjecit Caſaubonus. Abeſſe poſſe, cenſuit Reiſkius: ſed videtur intercepta fuiſſe ab extrema litera vocis præcedentis.

Verſ. 7. προσελθόντα. προσελθόντα cum Vrſino melius h. l. judicavit Scaliger. At per ſe perinde eſt, utrum eligas. conf. ad I. 69, 10. & ad II. 2, 10. Sed in priorem ſcripturam conſentiunt nunc libri. Verſ. 7.

Digitized by Google

Ibid. οἴεσθαι δὲ δεῖν. δὲ, quod aberat vulgo, opportune dederunt Vat. & Flor.

Vers. 9. *Vers.* 9. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν προτέραν ἔπεσεν Ὀλυμπιάδα &c. *Hæc igitur in superiorem inciderunt Olympiadem; quæ vero deinde gesta sunt, in centesimam quadragesimam.* Quærent fortasse nonnulli, cur, quum videatur nunc Polybius ad exponendas res, *Olympiade* CXL. gestas, pergere, tamen per complura adhuc capita *Olympiadem* CXXXIV, & *annum Vrbis* 534. ad marginem adscripserimus, quin & in eodem adnotando anno perrexerimus etiam post cap. 26. quamquam ibi rursus declarare Scriptor videatur, in rebus Olympiadis CXL. versari narrationem. Cujus instituti nostri rationem ita reddere conabimur, ut eadem simul opera totam *Rationem* exponamus, *qua in referendis annis Olympicis ad annos consulares Romanorum usum Polybium esse animadvertimus.* Scilicet, ut intelligatur, qua ratione annos Olympicos cum annis Romanis conferat Polybius, notemus primum id, quod ex Livio XXVII. 35. & XXVIII. 7. discimus, ea æstate, qua C. Claudius Nero, M. Livius Salinator II. consulatum gesserunt, (quem annum Vrbis 547. cum Simsono & cum Fastis Iansonianis numeramus,) peractos esse Olympicos ludos, atque adeo ea æstate novam Olympiadem initium cepisse, quam esse Olymp. CXLIII. satis ceteroquin constat. Ex ea ratione, si retro computemus, annus I. Olymp. CXLII. incidit in A. V. 543. Cn. Fulvio II. P. Sulpicio Galba Coss. Tum annus I. Olymp. CXLI. in A. V. 539. L. Postumio III. Tib. Sempronio Gracchо Coss. Denique annus I. Olymp. CXL. in A. V. 535. M. Livio, L. Aemilio Paullo Coss. Iam vero eadem ratione Polybius L. Aemilii consulatum in eundem ann. I. Olymp. CXL. ponit lib. III. c. 16, 7. & IV. 66, 8-10. coll. cum III. 19, 12. Parique modo consulatum C. Flaminii (A. V. 537.) & pugnam ad Trasimenum lacum, in qua occisus ille consul est, in annum 3. Olymp. CXL. ponit lib. V. 105, 3. coll. III. 83. & 84, 11. Eamdemque ratio-

Olympyadum ratio apud Polybium.

nem

Verf. 9. Olympiadum ratio apud Polybium.

fiem in sequentibus pariter annis, per totam suam Historiam, constanter tenuisse Polybium, ex Reliquiis eorum librorum, qui injuria temporum interciderunt, etiam nunc satis adparet. Libri noni historiam a nova Olympiade initium cepisse, patet ex IX. 1. eamque esse Olympiadem CXLIII. ordo temporum rerumque docet. Continebat autem initium illius libri noni res gestas a Cn. Fulvio, P. Sulpicio Coss. (vid. IX. 6, 6. coll. cap. 3, 1. & 5, 8.) Qui cum A. V. 543. gesserint consulatum, intelligitur, a Polybio annum istum Vrbis 543. relatum esse ad annum 1. Olymp. CXLIII. Eadem ratione annus 4. Olymp. CXLVII. qui nominatim commemoratur in Eclog. XXXV. de Legat. lib. XXII. 24. 1. respondet anno Vrbis 566. quo Cn. Manlius, superiore anno Consul, nunc pro consule res Asiae ordinavit; coll. Liv. XXXVIII. 37 sq. Rursus annus 1. Olymp. CXLIX. qui memoratur Legat. XLVI. lib. XXIV. 1, 1. (esse enim eum annum *primum illius Olympiadis*, intelligitur ex eo, quod mox deinde Legat. LI. lib. XXIV. 10, 1. diserte *annus secundus ejusdem Olymp.* memoratur,) respondet anno Vrbis 571. M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss. ut adparet collato Livio XXXIX. 46. Et annus 2. Ol. CXLIX. apud Polyb. lib. XXIV. 10. incidit in annum Vrbis 572. & in consulatum Cn. Baebii, L. Aemilii Paulli, coll. Liv. XL. 2. Itaque omnino series annorum Olympicorum cum annis consularibus Romanorum, ex Polybii ratione, hujusmodi est:

Anni Olymp.	A. V.
CXXXIX. 1.	531. C. Flaminio, P. Furio Coss.
CXL. 1.	535. M. Livio, L. Aemilio Paullo Coss.
CXL. 2.	536. P. Cornelio Scipione, Tib. Sempronio Longo Coss.
CXL. 3.	537. Cn. Servilio Gemino, C. Flaminio II. Coss.
CXLI. 1.	539. L. Postumio III. (Q. Fabio Max. III.) Tib. Sempronio Graccho Coss.

Digitized by Google

Verſ. 9. Olympiadum ratio apud Polybium.

Anni Olymp.	A. V.
CXLII. 1.	543. Cn. Fulvio II. P. Sulpicio Galba Coſſ.
CXLIII. 1.	547. C. Claudio Nerone, M. Livio Coſſ.
CXLIV. 1.	551. Cn. Servilio Cæpione, C. Servilio Gemino Coſſ.
CXLV. 1.	555. L. Cornelio Lentulo, P. Villio Coſſ.
CXLVI. 1.	559. L. Valerio Flacco, M. Porcio Catone Coſſ.
CXLVII. 1.	563. P. Cornel. Scip. Naſica, M. Acilio Glabr. Coſſ.
CXLVIII. 1.	567. M. Aemilio Lepido, C. Flaminio Coſſ.
CXLIX. 1.	571. M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coſſ.
CXLIX. 2.	572. Cn. Bæbio Tamphilo, L. Aemilio Paullo Coſſ.

Et ſic de ceteris. Iam vero, quod ad rationem adtinet, qua initium finemque annorum olympicorum cum initio atque termino annorum conſularium conciliavit Polybius: quamquam annus olympicus proprie ab ea tempeſtate, qua celebrari Olympia conſueverunt, id eſt, a media æſtate cœpit, & decurrit uſque ad mediam æſtatem anni conſularis conſequentis; tamen illius differentiæ rationem non habuit Scriptor noſter, ſed idem initium eumdemque finem anni olympici & anni romani fecit. Scilicet quoniam omnium quidem paulo notabiliorum ſua & patrum ipſius ætate populorum, at maxime tamen romani populi res geſtas hiſtoriis ſuis eſt complexus; ita quidem, ut in qualibet parte harum hiſtoriarum, & inde a libro VII. ab anno tertio Olympiadis CXL. (conf. lib. IV. 28, 5.) in cujuſque etiam anni hiſtoria, a rebus Romanorum in Italia geſtis ordiretur narrationem; (vide XXVIII. 14, 9 ſqq. & conf. cum cap. 2.) conſentaneum erat, ut anni cujuſque hiſtoriam ab ea tempeſtate inciperet, qua apud Romanos annus Conſularis initium capiebat, nempe a primo vere & Martio menſe; quandoquidem eis temporibus, quorum res geſtas complectitur longe maxima pars Hiſtoriarum Polybii,

Digitized by Google

Polybii, idibus Martiis novi Conſules magiſtratum inire conſueverunt. (vide Liv. XXVI. 1. XXXIX. 52. XLI. 6, 8. & Epit. libri XLVII. ibique Interpretes.) Itaque, cum annus romanus Polybio veluti menſura eſſet, juxta quam rerum geſtarum narrationem partiretur, fieri ſine perpetua confuſione non poterat, ut in temporum notatione per Olympiades (quam Græcorum in gratiam adhibuit) anni cujuſque olympici initium a media æſtate, & a medio fere anno romano ſtatueret. Quare quemque annum romanum, cujus media æſtate Olympia celebrata ſunt, atque adeo nova Olympias agi cœperat, totum pro primo anno ejus Olympiadis numerare conſuevit; totum annum ſequentem romanum, pro ſecundo; & ſic deinceps. Verſ. 5.

Atque (ut eo redeamus, unde progreſſa hæc diſputatio eſt) eamdem, quam modo dixi, rationem obſervatam a Scriptore noſtro, in eo anno videmus, quem primum annum numerat Olympiadis CXL. Nam licet nuſquam diſerte declaret, a qua parte anni romani initium faciat hujus anni 1. Olymp. CXL. tamen exitum ejus ſatis adcurate definit lib. IV. c. 66. ubi eumdem ei finem ſtatuit, quem anno conſulari, quo L. Aemilius conſulatum geſſit, id eſt, anno Vrbis 535. Etenim *poſt triumphum L. Aemilii de Illyriis, & poſt novorum Conſulum creationem, P. Cornelii, Tib. Sempronii,* (qui in annum Vrbis 536. creati ſunt) *exiiſſe*, ait, *primum annum Olympiadis* CXL. Quod ſicut convenit cum eo, quod III. 15, 7. dicit, *ineunte æſtate L. Aemilium Conſulem* adeoque paulo poſt initium anni Vrbis 535.) *in Illyricum eſſe miſſum anno primo Olympiadis* CXL. & cum eo, quod III. 19, 12. ſcribit, *exeunte ejuſdem anni æſtate, ex Illyrico rediiſſe Aemilium:* ſic intelligitur, ex Polybii ratione integrum annum 1. Olymp. CXL. reſpondere integro anno conſulari 535. & nullam illius partem referri ulla ratione ad annum ſuperiorem 534. poſſe. Iam vero res eæ, quas hoc loco, in quo interpretando verſamur, expoſuit Polybius, non ſub finem anni Vrbis 534. ſed paulo poſt ejus initium acciderant. Nam

Digitized by Google

Verſ. 9. ſub vergiliarum ortum, id eſt medio fere menſe Majo legitimum tempus fuit, (vide IV. 37, 2, V. 1, 1.) quo inire præturam Aratus pater debuerat; id autem tempus etiam anticipaverat ille: tum vero paucis poſt diebus clades accidit Achæorum; (IV. 7 ſqq.) rurſusque brevi poſt tempore (c. 14, 1.) concilium Achæorum convenit. Itaque, quæ proxime poſt hoc concilium geſta ſunt, non geſta ſunt A. V. 535. nec anno 1. Olymp. CXLI. ſed etiamnum anno ſuperiori, A. V. 534. Ol. CXXXIX. 4. Porro, quæ de Demetrio Phario & Scerdilædo cap. 16. narrantur, ea ad eumdem annum pertinere, intelligitur ex III. 16. Et per complura etiamnum capita pergere Polybium in ejuſdem anni rebus narrandis, manifeſte adparet ex cap. 27. ubi Scopam, ait, adpetente legitimo comitiorum tempore, prætorem Aetolorum poſt Ariſtonem (cap. 5, 1. & 17, 1.) eſſe creatum: id autem tempus autumnale eſt, menſe Octobre. (IV. 37, 2.) Tum vero, quæ ſequuntur cap. 29 ſeqq. per hiemen geſta ſunt, ut intelligitur ex c. 29, 1. partim ex c. 35, 8. coll. cum II. 69. Quæ vero hieme geſta ſunt, in præcedentis anni hiſtoria referre Polybius ſolet. Adeoque ad expoſitionem rerum, in Peloponneſo A. V. 535. anno 1. Olymp. CXL. geſtarum, nonniſi fere a prætura Arati filii, qui patri in magiſtratu ſucceſſit, capite 37. hujus libri accedit; ſed & tunc rurſus continuo eas deſerit, &, interpoſitis primum rebus Rhodiorum, Byzantinorum & Cretenſium, ſub finem Olymp. CXXXIX. geſtis, ad illarum tractationem redit cap. 57 & ſeqq. Igitur (ut nos quoque ad propoſitum redeamus) ex eis, quæ expoſuimus, intelligi debet, quo pacto cap. 14. verſ. 9. in quo ſubſtitimus, Polybius dicat: Ταῦτα μὲν οὖν &c. Nempe: *Hæc igitur* (ſcil. in quibus exponendis nunc verſamur, quæ in hac Arati prætura geſta ſunt, & quæ Bellum Sociale præceſſerunt) *ſuperiore acciderunt Olympiade; quæ autem deinde geſta ſunt*, (ipſum nempe Bellum Sociale) *Olympiade* CXL. Quod autem in media narratione rerum, ad Olymp. CXXXIX. adhuc pertinentium, adeo ſtu-

dioſe

dioſe & h. l. & rurſus cap. 26, 1. Olympiadis CXL. memi- Verſ. 9.
nit, cauſſa hæc eſt, quod non ſolum initio operis & ſæpius deinde profeſſus erat, ab Olympiade CXL. initium ſumere propriam ipſius Hiſtoriam, reliquaque omnia nonniſi præparationis ac veluti introductionis cauſſa præmitti; ſed quod etiam initio ipſius libri hujus quarti declaraverat, *hoc libro ſe Res Græcorum, inde ab Olymp.* CXL. *geſtas, perſecuturum*: quare, ne inſtituti ſui oblitus videatur, ſubinde monet, in confinibus illius Olympiadis nunc hiſtoriam ſuam verſari. Pro ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, eſt ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν in ſolo Flor. contra quam aliàs ſolet, & contra grammaticam rationem.

CAPVT XV. Cap. XV.

Verſ. 1. Ἀχαρνᾶνας. Rurſus vulgo omnes Ἀχαρνάνας. Verſ. 1.

Verſ. 2. εἰσβεβηκότες. εἰσβεβληκότες Vat. & Verſ. 2.
Flor. quemadmodum ſuſpicatus erat Reiſkius. Et hoc receptum malim. — *Ibid.* αὐτοῖς, ſi tenemus, a βοηθεῖν pendebit, & ad Achæos referetur: αὐτοὺς pendebit a παρακαλεῖν, & pertinebit ad ſocios. Et hoc ſane probabilius.

Verſ. 4. ὅσους cum Vrſino ex ing. correxit Caſaub. Verſ. 4.
Mendoſe ὅσοις ed. 1. 2. cum msstis.

Verſ. 5. τὰς πρεσβείας. τοὺς πρέσβεις Aug. τὰς πρέσ- Verſ. 5.
βεις Reg. A. Vnde conjicere licet, fuiſſe olim παθεσταμένοι πρέσβεις, τὰς πρεσβείας ἐπετέλουν. Quam conjecturam adnotatam in ora libri Voſſiani video. Sed poteſt etiam haud incommode vocabulum πρέσβεις ex verſu 1. ſubintelligi.

Verſ. 8. πρός τε Λακεδ. πρὸς μὲν voluit Reiſk. ſed Verſ. 8.
vetat librorum conſenſus.

Verſ. 9. ἐὰν μὲν ἀφίστ. Caret μὲν ſolus Aug. Verſ. 9.

Verſ. 10. αὐτοὶ σύμμαχοι. Sic recte Caſaub. cum Verſ. 10.
Reg. B. C. monente etiam Vrſino ex ingenio. αὐτοῖς ed. 1. 2. cum msstis. In Flor. tamen ſuperſcr. αὐτοί.

Digitized by Google

Cap. XVI.

CAPVT XVI

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐψηφίσαντο ex msstis restitui. Temere ἐπεψηφίσαντο ed. 1. & ἐπεψηφίσαντο ed. 2 & sqq. — *Ibid.* ἄγειν πρὸς αὐτούς. αὐτοὺς si absque πρὸς servatum cujus, referetur ad Epirotas & Philippum, & oppositum fuerit Achæis, hac sententia: *licet Achæi bellum decreverint, se tamen pacem culturos.* Reiskius non modo πρὸς adjectum voluit, sed etiam adverbium τέως, *in præsentia rerum, non semper, sed tantisper, donec ipse (Philippus) in Peloponnesum veniret*, atque cum sociis deliberaret. Nam postea, ait Reiskius, bellum acre cum Aetolis gessit Philippus. At vero non in Peloponnesum venit Philippus, nisi postquam novam irruptionem fecerunt Aetoli. vide cap. 22, 1 sq.

Ibid. Sententiola illa, Οὕτως ἡ συνεχὴς ἀδικία &c. primore oræ adscripta est Codicis Vrbinatis.

Vers. 4. *Vers.* 4. In ἀνεπαγγέλτους consentiunt cum editis veteres codices omnes, excepto Flor. — *Ibid.* πολλοῖς. πολλοὺς πολλοῖς suspicatus est Reisk. — *Ibid.* δικαιοδοσίας ex Reg. B. adscivit Casaub. quocum faciunt Vat. Flor. Reg. C. Eamdem scripturam ex nescio quo vetere codice laudat Henr. Steph. in Thesauro ad hoc vocab. Parum videtur interesse; sed δικαιοδοσίαν rursus legimus XX, 6, 2. Et Polybianum hoc esse, confirmat Suidas. Vide Fragm. gramm. XXXIX. Est autem δικαιοδοσία & *satisfactio pro damno inlato*, & *sponsio* vel *satisdatio de damno non inferendo.*

Vers. 5. *Vers.* 5. τῆς τῶν Ἀχαιῶν· τῆς deest Flor. Verba μηδὲν ὑπεναντίον desunt ed. 1. invitis msstis.

Vers. 6. *Vers.* 6. Σκερδιλαΐδας. Corrupte h. l. Σκεδιλαΐδας Bav. & Reg. A. Mox vs. 9. recte Bav. sed Σκορδιλ. Reg. A. & Κερδιλ. Aug. De *Scerdilaida* hoc vel *Scerdilædo* confer quæ diximus ad II. 5, 6. — *Ibid.* ἐνενήκοντα. ἐννενήκοντα edd. & sic Aug. Reg. A. ἐν ἐνενήκοντα Vat. & Flor. ubi vocula ἐν ex σὺν truncata videtur, litera σ intercepta ab extrema litera vocis præcedentis; sed nil opus est præpositione. — *Ibid.* παρὰ τὰς Ῥωμ. συνθήκας. Vide II. 12, 3. III. 16, 3.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 7. προσμίξαντες. Sic ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Cum autem in Vat. & Flor. esset συμμίξαντες, in ora vero Vat. notaretur προς, & in Flor. προς superscriptum esset initio verbi συμμίξαντες, utraque scriptura imperite conjuncta est in Reg. B. C. atque ita edidit Casaub. & sequentes, συμπροσμίξαντες. Vers. 7.

Vers. 8. μετὰ δὲ ταῦτα Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. μετὰ ταῦτα δὲ edd. cum Bav. Vers. 8.

Vers. 9. Ἀμύνᾳ. Forte Ἀμυνῇ scribendum, (ut placuit Casaubono in ora Basil.) ut decurtatum sit ex Ἀμύνανδρος, quod est notum nomen regis Athamanum, cujus mentio frequens deinde apud Polybium & apud Livium occurrit. Quod si ejusdem viri nomen est, fuerit κηδεστὴς *gener* intelligendus, ut alibi apud Polybium. Certe Amynander ille natu minor esse debuit Scerdilædo. Vers. 9.

Vers. 11. πραττομένης. Perperam πραττομένοις Flor. — *Ibid.* Κυναιθέων recte ed. Casaub. cum Vat. Flor. Vrsin. Reg. B. C. Corrupte Σκυθέων ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. & τῆς περὶ τῶν Σκυθέων Aug. Vers. 11.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

Vers. 1. ἐπὶ τῆς οἰκίας. Sic omnes. Videtur tamen οἰκείας, ut alibi, scribendum. Conf. ad cap. 19, 12. Vers. 1.

Vers. 2. ὑπολαμβάνῃ. ὑπολαμβάνει ed. 1. 2. invitis msstis. — *Vers.* 3. Ἀχαιάτιδος recte Casaub. cum Reg. B. C. Ἀρχαιάτιδος ed. 1. 2. cum vett. msstis. Vers. 2. 3.

Vers. 6. συνεσχῆθαι, συνεσχίσθαι Aug. συνεσχήσεσθαι Flor. Sed Bav. Vat. Reg. A. & Vrsin. in verum consentiunt. Vers. 6.

Vers. 8. Nisi gravius etiam vulnus inerat huic loco, recte utique verba ordinavit Casaubonus; quorum ordo magis etiam turbatus erat eo, quod τῶν Ἀχαιῶν cum præcedentibus erant juncta, & majori puncto separata a sequentibus. In eamdem cum Casaubono sententiam Vrsinus correxit: Τῶν δ' Ἀχαιῶν ἐπιχωρ. ἐταίμως. Sed fortasse alio modo laborabat hic locus; &, cum sic darent codi- Vers. 8.

Digitized by Google

Verſ. 8. codices, βουλόμενοι μετὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις τῶν Ἀχαιῶν. ἐπιχωρησάντων δ' ἑτοίμως &c. interciderunt forſan inter διαλύσεις & τῶν Ἀχαιῶν verba nonnulla, quibus dixerat Polybius, *in oppido Cynethenſium præſidium tunc fuiſſe Achæorum.* cf. verſ. 9.

Ibid. ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς. Perperam ἐν δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς Vat. Flor. Reg. C.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. κατανοστήσαντες opportune dederunt Vat. & Flor. & codex Vrſini. — *Ibid.* οὐχ ὡς. οὐχ ὅπως voluit Reiſkius, *ne dicam, non modo non.*

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἐπεσπῶντο &c. Citat Suidas in Ἔπραττον.

Cap. XVIII. CAPVT XVIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ταύτην δὲ συμβαίνει τὴν ἀρχὴν &c. Habet Suidas, in Πολέμαρχοι, & Scholiaſt. Ariſtoph. ad Veſp. 1037. Vterque vero Aetolorum hunc eſſe magiſtratum ait, quod non dicit Polybius. Phigalenſes, apud quos idem memoratur magiſtratus IV. 79, 5. cum Aetolis quidem faciebant, & præſidium Aetolorum in urbe habebant, (IV. 3.) nec tamen ipſi erant Aetoli. — *Ibid.* ἐπὶ τῶν πυλώνων. Immerito hoc vocab. ſolicitavit Meurſius, Lect. Atticar. lib. II. c. 14. p. 83. & in πυλῶν mutatum voluit. Cf. verſ. 4.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἑτοίμους. ἑτοίμας Aug. Reg. A. Neutrum male.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τοὺς εἰσαγαγόντας. Temere τοὺς caret ſola ed. 1.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐστρέβλωσαν δὲ πολλοὺς &c. Citavit, tacito auctoris nomine, Suidas, in Διάφορον. — *Ibid.* In οἷς ἠπίστησαν ἔχειν cum codicibus noſtris conſentit Suidas l. c. Quæ phraſis prima quidem ſpecie videri poteſt contrarium denotare ejus ſententiæ, quam hoc loco res ipſa poſcit. Nam ſi ἀπιστεῖν exponis *non credere;* hoc dicere videbitur, *quibus non credebant, habere eos abſconditam pecuniam.* Quare adjiciendam particulam negantem μὴ ſuſpicatus erat Küſterus. Sed id quidem plane contra eſt.

Ex

Digitized by Google

Ex græci sermonis usu, ἀπιστέω τοῦτο μὴ εἶναι significat *non credo, hoc ita esse; suspicor, hoc ita non esse.* Vide Thucyd. I. 10. (ubi Scholiastes ait, μὴ Attico more redundare) & II. 101. ibique Dukeri observationem. Contra, quemadmodum ἀπιστεῖν τινι est *suspicari aliquem, suspectum eum habere:* sic οἷς ἠπίστησαν ἔχειν &c. erit, *quos suspicabantur habere pecuniam reconditam.* Vers. 8.

Vers. 9. Λούσων. Constanter libri nostri omnes & h. l. & mox in Λουσιᾶται, (quibus duobus locis cum libris nostris consentit etiam Peirescianus Codex, e quo istam lectionem enotavit Valesius ad calcem Excerptorum de Virtutibus & Vitiis;) tum rursus c. 25, 4. & lib. IX. 34, 9. simplici litera σ, & cum accentu in penultima, scribunt hoc nomen. Duplicem σσ Casaubonus ex veteribus Stephani Byzantini editionibus arripuit. Casum rectum Λουσοῦ facit Stephanus cum Pausania, sed Polybius videtur cum aliis τὰ Λοῦσα fecisse. Vide Interpretes Stephani, & Scholiast. Callimachi ad Hymn. in Dianam vs. 235. ibique Spanhemium. In cod. Bav. h. l. sic Λοῦσον, quo duplex scriptura indicatur, prima Λοῦσον, altera Λούσων: Imperite utramque confundens Obsopœus, Λοῦσων edidit. Vers. 9.

Vers. 11. Λουσιᾶται. Accentum mutavi, qui in codicibus nostris & in editis acutus erat. — *Ibid.* καὶ τὸ μηδὲν edidit Casaub. ex Reg. B. C. Quod si τοῦ servatum cupis, delenda fuerit particula καὶ, ut ad genitivum intelligatur ἕνεκα. Vers. 11.

Vers. 12. προσεστρατοπεδ. ex msstis revocavi, quibus invitis temere προεστρατοπεδ. dabant editi. προσστρ. etiam ex conject. correxit Scaliger. Vers. 12.

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Vers. 1. ἐξαπέστειλε. ἐξαπεστάλκει solus Aug. — *Ibid.* παρὰ Λακεδαιμονίων. Temere præpositionem omittunt editores. Vers. 1.

Vers. 3. προσβολάς. Temere προσβολὰς edd. — Vers. 3. 4.

Vers. 4. ἀνεστρατοπ. Perperam ἀντεστρατ. solus Aug. — *Ibid.*

Digitized by Google

Ibid. ὅμως. Non utique abjectum velim ὁμοίως, de qua lectione dixi ad I. 59, 1,

Vers. 6. *Vers.* 6. προῆγον Vat. Flor. & sic Scaliger & Reisk. ex conjectura. προσῆγον edd. cum ceteris codd.

Vers. 7. *Vers.* 7. Ὁ δὲ Ταυρίων. Perperam δὲ caret Aug. — *Ibid.* Κεγχρεάς. Κεγχρέας Aug. Reg. A. — *Ibid.* διϊσθμήσαντα τοὺς λέμβους. Cum eodem modo hæc verba Polybii recitentur apud Suidam, in ipsa voce Διϊσθμήσαντα, perspecte sic ibi monuit KÜSTERVS: „Cum verbum hoc active a Suida hic exponatur, [scil. τὸν Ἰσθμὸν διαβιβάσαντα,] scribendum est διϊσθμίσαντα, per ι, a δίϊσθμίζω. Τὸ διϊσθμήσαντα enim est verbum neutrum, ut Grammatici loquuntur, a διϊσθμεῖν, quod huc non facit." — Sic sane & ὑπεριθμίσας τὰ λοιπὰ τῶν πλοίων, V. 101, 4. consentientibus omnibus libris legimus. Et apud Suidam, in Ἡμιολίαις & in Ὑπεριθμ. (vide Fragm. Polyb. Grammat. num. CXXXII.) cum ὑπεριθμήσας darent superiores editiones, recte Küsterus, auctoritate optimi codicis manuscripti, ὑπεριθμίσας rescripsit. Et mox apud Polyb. hoc cap. vs. 9. ferri quidem ὑπεριθμήσας poterit, si absolute dictum intelligas; quod si vero ex vers. 7 & 8. τοὺς λέμβους subintelligas, fuerit cum Vat. & Flor. ὑπεριθμίσας scribendum.

Vers. 8. *Vers.* 8. ὑπέρβασιν τῶν λέμβων. Adcurate si scribere voluit Polybius, utique ὑπερβίβασιν scripserit. Sic modo vidimus, apud Suidam διϊσθμήσαντα per διαβιβάσαντα τὸν Ἰσθμὸν exponi.

Vers. 9. *Vers.* 9. ὑπεριθμήσας. Vide ad vers. 7. — *Ibid.* προκατασύρας. Conf. ad c. 10, 8 προσκατασύρας Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* εἰς τὴν Κόρινθον. Deest τὴν ed. 1. & Bav.

Vers. 10. *Vers.* 10. In ἐνεκάπησαν consentiunt omnes. Quod verbum licet nusquam aliâs reperiatur, nisi apud Hesychium, Ἐγκακοῦμεν· ὑφοῦμεν (ubi incertum est, in ipso verbo, an in interpretamento, an denique in utroque peccatum sit;) non tamen opus videtur, ut illam apud Polybium scripturam cum Ernesto in Lex. Polyb. suspectam habea-

Digitized by Google

habeamus, & ἐξεκάκησαν (ab ἐκκακεῖν) ſcribendum putemus. Verſ. 1c.

Ibid. τοῦ δοκεῖν μόνον. μόνου ed. 1. & Reg. B. invitis vett. codd.

Verſ. 11. τοὺς Ἀχαιοὺς ἔχων. ἔχων, monente Vrſino, correxit Caſaub. & conſentiunt Vat. Flor. Reg. C. Perperam ἔχειν ed. 1. 2. cum ceteris. Verſ. 11.

Verſ. 12. εἰς τὴν οἰκείαν. Sic ed. 1. 2. cum Bav. neſcio an & cum Vat. e quo nil notatur. Atque id reſtituit Erneſtus, poſtquam οἰκίαν, caſu magis, puto, quam conſilio, ediderat Caſaub. & tenuerat Gronovius. In οἰκίαν tamen conſentiunt h. l. Aug. & Reg. A. nec ex Flor. diſſenſum adnotavit Gronov. Conf. ad c. 17, 1. Verſ. 12.

Ibid. καὶ μονονοῦ σαλπιγκτοῦ δεομένων. Caſaubonus: *ubi vel ſolus tubicen ad victoriam ſufficiebat.* — „Legit igitur ὁ πάνυ, [ſic ad h. l. commentatus eſt GRONOVIVS,] καὶ μόνον σαλπιγκτοῦ, *quæ tantum tubicine egerent; ubi ſi audirent tubicinem Aetoli, ſtatim in pedes ſe conjeciſſent.* Quomodo I. 72, [4.] οἱ μὲν ἄνδρες οὐχ οἷον παρακλήσεως πρὸς τὴν ἀπόστασιν, ἀλλ' ἀγγέλου μόνον, ἐδεήθησαν. Et quaſi ſic vulgo editum eſſet, citat ad geminum Diodori locum in Excerptis Valeſius, p. 48. [T. II. p. 578. ed. Weſſeling.] Poſſes tamen ad vulgatum tuendum τὸ δεομένων interpretari καλουμένων, ut millies, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, ut ipſis locis velut animatam vim tradat, *quæ tantum non vocarent tubicinem*, velut infeſta Aetolis, & promittentia Achæis certam victoriam. Quomodo V. 35, [2.] οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα πανοῦργοι μονονοὺκ ἐπ' ὀνόματος ἐκάλουν τὸν Κλεομένην. III. 51, [2.] οἱ βάρβαροι ἐξεκλήθησαν, ὑπὸ τοῦ συμβάντος." — Ad hæc REISKIVS: „Mea ſententia, nil refert; [μόνον, an μονονοῦ legas.] Si μονονοῦ, quod eſt *pæne*, *propemodum*, *tantum non*, ſervas, in σαλπιγκτοῦ ſubauditur μόνον, quod ſæpiſſime omittitur. Nihil opus eſt, ut in hoc quidem multum laboremus." — Etiam Weſſelingium video (ad Diodor. l. c.) pronunciantem, eodem redire, μόνον, an μονονοῦ apud Polybium legas;

Digitized by Google

Verſ. 10. legas; nec tamen explicantem, qua ratione nihil intereſſe exiſtimet. Sane, ſi μονονοὺ cum Reiſkio *pæne*, *propemodum*, *tantum non*, interpretemur, multum intererit; nam quod ad σαλπιγκτοῦ deinde ſubaudiendum μόνον ait, durum videtur. At, ſi (quemadmodum III. 64, 5.) diviſis vocibus ſcribamus μόνον οὐ, quod idem valet ac οὐδὲ, *ne quidem*; tum, pro eo, quod vulgo veluti in proverbio dici ſolitum videtur, *tantum tubicine opus eſt*, ſignantius quodammodo & majori cum emphaſi nunc dixerit Polybius, *ubi ne tubicine quidem opus erat futurum*, id eſt, *ubi ne pugna quidem erat opus futurum*, ſed ſine prælio cædi potuerant Aetoli & internecione deleri.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ὅμως παντ. ἀνθρωπ. &c. Alia verborum ſerie ed. 1. cum Bav. ὅμως ἔδοξαν παντ. ἀνθρ. ἠτυχ. — *Ibid.* δικαιότατα ex msstis reſtitui. δικαιότατον ed. 1. 2. errore Obſopœi, ſcripturæ compendium in cod. Bav. perperam interpretantis. Id in δικαιότατοι mutarunt Reg. B. C. quod edidit Caſaub.

Cap. XX. ## CAPVT XX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἐπειδὴ δὲ κο. — *Ibid.* Ἀρκάδων. Ἀρκαδίων h. l. Aug. & Reg. A. — *Ibid.* In ἤθεσι cum codicibus noſtris conſentit Peireſcianus. cf. cap. 21, 1 ſq.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. τοσοῦτο. τοσοῦτον Aug. — *Ibid.* καιρούς. χρόνους idem Aug. — *Verſ.* 3. ταῦτα δή. ταῦτα δὲ Vat. Flor.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὴν γε ἀληθῶς μουσικὴν, *eam dico, quæ vere Muſica nominatur.* Significat, puto, ſe *Muſicæ* nomen nunc propria ac vulgari notione accipere; non illa latiore & auguſtiore, apud veteres Philoſophos & apud Platonem inprimis uſitata, qua humaniorum omnium literarum diſciplina atque cultura eodem nomine deſignabatur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Οὐ γὰρ ἠγητέον, μουσικὴν &c. Totum hunc locum, *de Muſicæ ſtudio, Arcadibus neceſſario*, uſque ad cap. 21, 9. magnam partem ad verbum ex Polybio deſcripſit Athenæus, Deipnoſ. lib. XIV. c. 5. p. 626.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ. αὐτῷ Bav. — *Ibid.* ῥίψας. Mendoſe ῥίψαι Vat. Flor. & ἂν τῷ ῥίψαι Vrb. Vnde orta ſit confuſio terminationum αι & ας, cum alibi docui, tum ad I. 15, 10. — *Ibid.* παρεισῆχθαι. παρεισήχθη Vat. Flor. Verſ. 5.

Verſ. 6. αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν εἰς τὸν πόλεμον &c. Conf. Sextum Empir. lib. VI. ſect. 9 ſq. & quos ibi auctores citavit Fabricius. Verſ. 6.

Verſ. 7. Verba τὴν μουσικὴν παραλαβεῖν nec edd. nec ſcripti noſtri codices Polybiani agnoſcunt. Licet autem videri poſſit, ex præcedentibus intelligi potuiſſe αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν εἰσαγαγεῖν, tamen ex ſequentibus (σύντροφον ποιεῖν αὐτὴν) adparet, deſiderari h. l. ejuſmodi quædam verba, qualia opportune Athenæus obtulit. Verſ. 7.

Ibid. παισίν. ἐν παισὶν idem Athenæus; & ἐν νεανίσκοις pro νεανίσκοις. In Scholio noſtro, infra Contextum, lege: *recipiendum fuit* ἐν παισὶν, & ἐν νεανίσκοις.

Verſ. 8. πρῶτον μέν. Deeſt μὲν ed. 1. & Bav. Verſ. 8.

Verſ. 9. τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλήταις recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrb. Et conſentit Athenæus, apud quem quidem ita edidit Caſaubonus; & in Commentario ait, eſſe hanc ſcripturam omnium exemplarium Athenæi; quamquam Baſileenſis Athenæi editio (apud Valderum, anno 1535.) αὐλοῖς habet eodem modo, ut vulgo ex Bavarico codice apud Polybium legebatur. Commendaverat jam ſcripturam iſtam REISKIVS, monueratque, eadem ratione dici τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλήταις ſcil. ᾄδουσι, *cum canunt tibicines Liberales*, quæ in pſephiſmate Cteſiphonteo apud Demoſthenem pro Corona ſæpius legitur καινοῖς τραγῳδοῖς, ſcil. ᾄδουσι, *cum canunt novi tragœdi.* Verſ. 9.

Verſ. 10. τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις. Nullum hoc loco auxilium præſtat Athenæus, qui vocabulum illud, de quo dubitamus, prorſus prætèrit. Codices vero noſtri in ἀγωγὰς conſentiunt omnes. Quid autem ſit hoc, τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις ποιοῦντας, fateor, mihi non ſatis eſſe perſpectum. διαγωγὴν *obtectationem* de- Verſ. 10.

Digitized by Google

Verſ. 10. notare, vidimus III. 57, 9. Ad τῶς συνουσίαις Athenæus τῶις κοιγῶις adjecit.

Ibid. δι' αὐτῶν recte ex Vrb. recepit Caſaubonus, & conſentiunt Vat. Flor. & codex Vrſini. Mendoſe διὰ τῶν ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. qui error & Athenæi pariter codices occupavit.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἐμβατήρια. Sic & Scaligerum video correxiſſe. Cum ἐμβατηρίας apud Polybium vulgo, conſentientibus libris, legeretur, defendens eam lectionem Reiſkius, ſubaudiri ait προόδους, *proceſſiones militares.* At, ſi adjectivum ſtatuis illud nomen, erit communis generis, & ἐμβατηρίους, non ἐμβατηρίας fuerat dicendum. τὰ ἐμβάτηρια (intell. ᾄσματα vel αὐλήματα) ſunt νόμοι πολεμικοὶ, modi & rhythmi, ad quorum normam fiebant motus militares, ut diſcimus ex Scholiaſte Thucyd. ad V. 69. Eodem pertinent, quæ Scholiaſtes Hermogenis habet, cujus verba protulit Fabricius ad Sextum Empir. p. 358. A. Λακεδαιμόνιοι πρὸς τὸν ἐμβατήριον τοῦ αὐλοῦ ῥυθμὸν κατὰ πολεμίων ἐχώρουν. Caſaubonus in ora Baſil. olim probaverat ἐμβατήρια, deinde vero adſcripſit: „Lego ἐμβατήρι' ᾄσματα μετ' αὐλοῦ."

Ibid. ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιδείκνυνται τοῖς αὐτῶν πολίταις οἱ νέοι. *in theatris juvenes prodeunt & ſpectandos ſe præbent civibus ſuis.* ἐπιδείκνυνται, non ἀποδείκνυνται, proprium in hac re verbum mihi viſum eſt. Hinc ἐπιδεικτικὸς, *ad oſtentationem comparatus* XII. 28, 8. XVI. 18, 2.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. μοι δοκοῦσιν. μοι carent Aug. & Reg. A. — *Ibid.* παρεισαγαγεῖν recepi ex Vat. & Flor. & ſic jam ipſe Caſaubonus & Reiſkius ſuſpicati erant. conf. verſ. 3. & cap. 20, 5.

Ibid. τρυφῆς. τροφῆς Bav. ſed ſuperſcr. litera υ. — *Ibid.* περιέχοντος. Mendoſe περιέποντος Vat. Flor. Aug. & Reg. A. a pr. manu. — *Ibid.* in στυγνότητα conſentiunt Vat. cum ſuis, tum & Vrb. & Athenæus, & Perotti codex.

Digitized by Google

dex. — *Ibid.* ᾧ συνεξομ. οἷς συνεξ. Athenæus, *quibus rebus:* quod probat Reiskius, & eodem modo in edit. Polybii Hagenoënsi ait legi; sed meum quidem exemplum in ᾧ consentit.

Vers. 5. παρατριβὰς ex Athenæo adscivit Casaubonus; quamquam, unde in Athenæi editionem Casaubonianam fuerit adscitum, non adparet: sane in edit. Basil. est διατριβὰς, ut apud Polybium, & mutationis nullam rationem in Commentario reddidit Casaubonus. Vers. 5.

Vers. 7. τοῖς τοιούτοις. Nil opus est, ut cum Reiskio ἐπὶ τοῖς τοιούτοις suspicemur. Vide Adnot. ad I. 11, 1. Vers. 7.

Vers. 8. In πάντες αὐτοὺς consentit Athen. cum edd. & Bav. πάντας αὐτοὺς Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Vers.* 9. πάσης. ἁπάσης Athenæus. Vers. 8. 9.

Vers. 10. μὴ διὰ μίαν, pro vulgato μηδαμίαν, opportune dederunt Vat. Flor. & Reg. A. ex emend. Eadem lectio notata in ora libri Vossiani. Optima ista lectio, eademque certissima, ansam præcidit aliis omnibus conjecturis. — *Ibid.* χώριν τοῦ μή. μὴ temere & invitis mss. tis omisit ed. 1. quod miror probari potuisse Reiskio. Vers. 10.

Vers. 11. ἐάν ποτ' αὐτοῖς ὁ θεὸς εὖ δῷ. ὁ θεὸς δῷ ed. 1. 2. cum Bav. & Reg. A. in contextu, sed in hujus ora est γρ'. εὐοδῶ, & sic Aug. in contextu. Cum in contextu Vat. esset ὁ θεὸς δῷ, inter lineas adscripta est particula εὖ, & in ora γρ'. ὁ θεὸς εὖ δῷ. Et hoc ipsum εὖ δῷ dant Vrb. Flor. & Vrsin. Recte omnino: nam, quamquam per se, ut Reiskius monet, sufficere posset ἐάν ποτ' αὐτοῖς ὁ θεὸς δῷ, tamen melior lectio, quam præstant probatissimi codices, respui non debet. Est autem proverbialis quodammodo illa dictio. Sic Euripides, Orest. 667. ed. Musgrav. Vers. 11.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων;

Quem versum repetit Aristoteles, Ethic. ad Nicomach. IX. 9. Quo magis miror, quid commoverit Casaubonum, ut, cum scripturam codicis Vrb. ipse adnotasset, eamdemque Vrsini codice vidisset comprobatam, atque etiam Aristotelis

Verſ. 11. ſtotelis locum, quem modo citavi, ob oculos habuiſſet, (nam ipſe eum in ora Baſil. citavit,) tamen conſulto optimam deferens ſcripturam, invitis omnibus libris ὁ θεὸς ἐνδῷ edere malucrit; unum, ut videtur, Perottum ſecutus, qui habet, *ſi quando Dii permiſerint.* Docet tamen Mericus Caſaubonus, veram ſcripturam εὖ δῷ deinde probatam fuiſſe patri, qui eam exemplo ſuæ editionis adſcripſit, & illum etiam Euripidis verſum ibidem laudavit. Pro εὖ διδόναι, VII. 9, 10. eſt διδόναι τὴν εὐημερίαν. ἕως ἂν ἡμῖν εἱ θεοὶ διδῶσι τὴν εὐημερίαν.

Ibid. ἡμερώσειαν αὐτούς. Perinde eſt, ut ſæpe vidimus, αὐτοὺς ſcribamus, an αὑτοὺς, quod h. l. Vrſinus & Scaliger voluerunt. Vtrumque ſimul ſpiritum adpinxit Reg. B. Quod ad verbum adtinet, nihil habet utique, a quo pendeat infinitivus ἡμερώσειν, quem hic præferunt cum ed. 1. & 2. veteres codices omnes: & omnino vel conjunctivus, qui vocatur, modus, vel optativus requirebatur, quorum utervis penderet a præcedente conjunctione ἵνα. Præſtabat autem optativus, variationis cauſa, quoniam in medio interſertus jam erat conjunctivus, pendens a particula ἄν. Itaque recte ἡμερώσειαν ſcripſit vir ille doctus, cujus ingenio atque doctrinæ complures præclaras lectiones debent codices Reg. B. & C. Et recte hoc recepit Caſaubonus. Ac vel hoc idem ipſum, vel (quod eodem redit) ἡμερώσαιεν in animo habuiſſe puto Vrſinum & Scaligerum, cum ἡμερώσειεν hoc loco ſcriberent; nam ſingularis quidem numerus, qui ad ὁ θεὸς referretur, cum per ſe non ſatis commodus videtur, tum τραπέντας in accuſativo requirebat, pro τραπέντες.

Ibid. Verba καὶ μάλιστα ταύτης &c. adparet referenda eſſe ad illa ſuperiora πρὸς παιδείαν: nec vero aliena eſt hujuſmodi trajectio verborum a ſtylo Polybiano.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἐκάνιμεν. ἐκάναμεν Vat. Aug. Reg. A.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXII.

Cap. XXI. Verſ. 1.

Verſ. 1. οἰκείαν. οἰκίαν Aug. Reg. A.

Verſ. 2. In βιβλιαΦόρους conſentiunt omnes, niſi quod in Reg. A. prius videtur fuiſſe βιβλιοΦόρους. Vtrumque in uſu fuiſſe videtur. Sic certe & θυρεαΦόρους V. 53, 8. libri omnes per α ſcribunt, quod ſervari ibi a nobis debuerat. Et ipſum hoc βιβλιαΦόροι frequenter legitur apud Diodorum. Vtramque ſcripturam Suidas agnoſcit. Nam βιβλιοΦόρον dant editiones omnes in fragmento, quod adfertur ad voc. Ἑξαυτῆς. (Fragm. Polyb. Hiſtor. n. XXXVIII.) In alio autem Fragmento, quod ad hoc ipſum vocab. Βιβλιοφόρος recitatur, per ο quidem vulgo ſcriptum legitur hoc nomen; ſed cum ex literarum ſerie, tum ex altero fragmento, quod ibidem exhibetur, intelligitur, βιβλιαφόρος fuiſſe ibi ſcribendum. Sed quid multa? Diſſidebant jam de hujus vocabuli & ſimilium ſcriptura veteres Grammatici. Vide Phrynichum p. 30. ad voc. Βιβλιαγράφος, & Thomam Magiſtrum p. 152. in Βιβλιογράφος, ad quos multa in utramque partem congeſſerunt viri docti. Quod autem Henr. Stephanus in Theſ. T. I. col. 797. ait, Βιβλοφόρος in Lexicis citari ex Polybio, id, quo pertineat, non video.

Verſ. 2.

Ibid. πέμπειν ἑκάστους παρ' αὐτὸν, *ut quique mitterent ad ipſum.* Sic editi omnes: nec per ſe ea lectio ſuſpicionem ullam corruptelæ poterat præbere, Sed temere ita edidit Obſopœus. παρ' αὐτῶν dat Bav. & conſentiunt Flor. Aug. Reg. A. nec dubito, quin & Vat. quamquam non adnotavit Spallettus, quemadmodum & Bœclerus ex Auguſtano adnotare neglexit, in quo tamen perſpicue ita ſcriptum. Eadem ſcriptura (puto ex cod. Reg. A.) notata eſt in ora libri Voſſiani: Quæ cum firmetur librorum conſenſu, non modo non negligi a nobis, verum etiam haud dubie *in contextum recipi* debuerat. πέμπειν ἑκάστους παρ' αὐτῶν κατὰ σπουδὴν εἰς Κόρινθον τοὺς βουλευομένους, *ut quique celeriter de ſuis* (vel, *ſuorum nonnullos*) *Corinthum mitterent, qui deliberarent* &c.

Digitized by Google

Verſ. 2. *Ibid.* εἰς Κόρινθον κατὰ σπουδήν. Sic ed. 1. cum Bav. & rurſus ed. Caſaub. & ſeqq. Sed concinnior videtur ſeries verborum, quam habet ed. 2. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. κατὰ σπουδὴν εἰς Κόρινθον.

Ibid. τοὺς βουλευσομένους. Articulum τοὺς temere & invitis mſstis omiſit ed. 1. βουλευσομένους ex Reg. C. adſcivit Caſaub. & conſentit Reg. C. Sed veteres codices omnes cum ed. 1. 2. βουλομένους habent, quod ferri ſane nullo modo potuit: nam βουλεύεσθαι quidem recte interdum poſitum videmus, ubi aliquis βούλεσθαι maluiſſet; (vide Adnot. ad I. 38, 5.) non vero viciſſim βούλεσθαι ὑπὲρ τῶν συμφερόντων dici poteſt, pro βουλεύεσθαι. Eadem verba eodem modo perperam inter ſe vulgo permutata V. 67, 8. videbimus. Vide & Adnot. ad IV. 26, 8. τοὺς βουλευσαμένους hoc loco, in quo verſamur, habet ora libri Voſſiani. τοὺς βουλευομένους Scaliger.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πάντα revocavi ex ed. 1. & Bav. πάντως ed. 2 & ſeqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Ibid. βασιλέως δὲ οὐχ ὑπάρχοντος. Sic Caſaubonus edidit, Vrſinum ſecutus, qui hoc, ex ſuo codice puto, adnotavit; nam eodem modo dant Vat. & Flor. Et ſic quidem res poſcebat. conf. cap. 35, 8. Perperam βασιλέως δ' ὑπάρχοντος, omiſſa particula negante, Bav. Aug. Reg. A. & ſic ed. 2. Particulam δὲ vero ſimul omiſit ed. 1. In ora libri Voſſiani notatum invenio, ἴσως δέ μοι. Voluit, quiſquis id ſcripſit, δὲ μὴ, deſiderari intelligens negantem particulam.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸν Φίλιππον. Temere articulum neglexit ed. 1. — *Ibid.* Verba τοῖς κατὰ τὴν Πελοπόννησον πράγμασιν ἐπαρκεῖν minus recte cum Caſaubono interpretatum me eſſe intelligo, *ut regendis rebus Peloponneſi par eſſe poſſet.* Debueram, *quam ut rebus Peloponneſi opem ferre* (vel, *providere*) *poſſet.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. δυοῖν. δυεῖν Flor. ut ſolet: quod in fœminino genere ferri poterat; non item in maſculino. — *Ibid.* συνειδέναι τῇ φύσει. Ignorant τῇ φύσει ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg.

Reg. A. Recepit Caſaub. ex Reg. B. & conſentiunt Vat. Flor. Vrſin. & Reg. C.

Verſ. 8. προϊέναι ex Reg. B. adoptavit Caſaubonus, nullo ſuffragante vetere codice, niſi fortaſſe Flor. de, cujus diſſenſu nil monuit Gronovius. Simplex verbum ἰέναι habent ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. nec varietatem ex Vat. adnotavit Spallettus. Atque id teneri fortaſſe debebat. Certe, ſi præpoſitione erat opus, mallem cum Reiſkio παριέναι vel συνιέναι, niſi ante urbem ſitum fanum illud ſtatuamus; ſed in ipſa urbe fuiſſe Pauſanias teſtis eſt, III. 17. & X. 5. Verſ. 8.

Verſ. 9. προπορευθείς. Sic omnes, excepto Aug. in quo ſimplex verbum πορευθείς. De iſto verbo diximus ad I. 69, 10. Verſ. 9

Verſ. 11. Πολυφόντην edd. ex Bav. Πολυφῶντα Flor. Verſ. 11.

CAPVT XXIII. Cap. XXIII.

Verſ. 1. Initium hujus capitis, uſque ad verba τὸν Φίλιππον, deeſt Aug. a pr. manu & Reg. A. Verſ. 1.

Verſ. 3. διανούσας ed. Caſaub. cum Vrſin. Vat. Flor. ἀνούσας ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. — *Ibid.* κατὰ τὸ συνεχές. ὅτι τὸ κατὰ τὸ συνεχὲς ed. 2. cum Aug. & Reg. A. — *Ibid.* οἴεται δεῖν. δεῖν deeſt Aug. Reg. A. Verſ. 3.

Verſ. 6. αὐτῷ δὴ τῷ Φιλίππῳ. Sic edd. ex Bav. Ceteri αὐτῷ οἱ τῷ Φιλ. In qua ſcriptura, ſi ſtatuere licet, literas οι diverſam lectionem indicare, & olim vel inter lineas ſuper αὐτῷ, vel ad marginem fuiſſe ſcriptas, vera fuerit ſcriptura hæc, πάντα δ' ὑπισχοῦντας ποιήσειν αὐτοὶ τῷ Φιλίππῳ, ut αὐτὸι, *ipſi*, opponantur *Adimanto*, quem ut turbarum auctorem accuſabant. Verſ. 6.

Ibid. ἀληθινῶν αὐτῷ φίλων revocavi ex msstis, qui in hoc conſentiunt. ἀληθινῶς edd. non male, ſed invitis exemplaribus.

Verſ. 8. Quæ ſunt poſt τοὺς τε Λακεδαιμονίους uſque τοῖσι τοὺς Λακεδαιμονίους, deſiderantur in Aug. a pr. Verſ. 8.

Digitized by Google

manu & Reg. A. — *Ibid.* ἐχρήσατο Θηβαίοις. Θηβαίοις ἐχρήσατο ed. 2. cum ſolo Aug.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. εἶναι τῶν γεγονότων ed. 2 ſeqq. τῶν γεγονότων εἶναι ed. 1. Reg. B. C. cum ſolo Bav.

Cap. XXIV.

CAPVT XXIV.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. τὰς τότε (ſupple ῥηθείσας, quod adjicitur verſ. 3.) γνώμας, *ſententias, quæ tunc dicebantur.* ἐπταικαιδεκαετῆ. Sic, cum accentu in ultima, dederunt Aug. & Flor. Vulgo *penacute*, cum Bav. & Reg. A. — *Verſ.* 2. ἡμῖν μέν. Temere μὲν omiſit ed. 1. — *Ibid.* ἀνατιθέναι. ἀντιθέναι Reg. A. ſuperſcripta tamen inter lineas litera α poſt ἀν. ἀντιτιθέναι Aug.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Verba διορθοῦν καὶ abſunt ab ed. 1. & Bav. Sed habent ea Reg. B. C. cum ceteris.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Ὁ γὰρ Φίλιππος &c. Habet hæc *Codex* VRBINAS in Eclogis, uſque verſ. 7. βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν. Pro ὁ γὰρ, ὁ γοῦν ſcripſit Scaliger, nulla urgente cauſa. Particulam γὰρ h. l. per *igitur* eſſe exponendam, ait Reiſkius. Sed poteſt, puto, commode teneri *cauſſalis ſignificatio:* nempe ex ipſo reſponſo regis intelligitur, recte judicaſſe Polybium, cum ait, *ſibi videri, regem non per ſe in illam ſententiam incidiſſe, ſed fuiſſe eam a ſeniore quodam viro, eoque prudente & moderato, qualis Aratus erat, regi ſubgeſtam.*

Verſ. 6. *Verſ.* 6. οὐ καλῶς ἔχον εἶναι. Sic recte ed. 1. & rurſus ed. 3 & ſeqq. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Mendoſe ἔχον εἶναι Vrb. Vat. Flor. Temere ἔσχον εἶναι ed. 2. Hinc ἔχον reſcribere juſſit Vrſinus, *ex ingenio*, ut ait; puto, quod & codex ipſius cum aliis ἔχειν daret.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐφ' οὕτω μικρᾶς αἰτίας recepi ex Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Sed, ne quid diſſimulem, videtur cum genitivo illo caſu requiri potius præpoſitio ἀπὸ, quam ἐπὶ, quare ἀφ' οὕτω μικρᾶς αἰτίας malim; niſi ἐπὶ interpretandum ſit *in*, *in tam levi cauſa*, ut in illis ἐπὶ παντὸς, *in omni re*, III. 7, 8. ἐπὶ τοῦ παρόντος, *in præſentia*,

Digitized by Google

satis, III. 64, 3. &c. In qua dubitatione non prorsus spretam velim lectionem vulgatam ἐφ' οὕτω μικραῖς αἰτίαις.

Vers. 8. ὅτι δεῖ παριδεῖν. Quid sit, quod hæc verba, in quæ cum ed. 1. & 2. consentiunt codices omnes, cum illis τοῦ δεῖν παριδεῖν commutarit Casaubonus, equidem non capio; nisi virum doctissimum aut saltem typothetam ejus decepit mirum illud & paullo rarius alioquin scripturæ compendium, quo in Basileensi editione hoc loco (nec tamen uno hoc loco, sed passim aliâs) designatur particula ὅτι, ut τοῦ pro ὅτι legerit; quo facto in promtu erat, τοῦ δεῖ in τοῦ δεῖν mutare. Vers. 8.

Ibid. In Πετραῖον consentiunt h. l. libri. conf. V. 17, 6.

Ibid. τὸν αὐτοῦ φίλον. Aptius est quod dant Vat. & Flor. τῶν αὐτοῦ φίλων, intell. ἕνα, atque id receptum malim. — *Ibid.* ἐξαπέστειλε. ἐξαπέστελλε Vat. ἐξαπέστελε Flor. — *Ibid.* περὶ συμμαχίας. Minus recte περὶ συμμαχίαν Vat. Flor.

Vers. 9. μετὰ τῆς δυνάμεως. τῆς carent Aug. Reg. A. — *Ibid.* ὡς ἐπὶ Κόρινθον, *Corinthum*: ὡς ἐπὶ Κορίνθου, *versus Corinthum*. Vers. 9.

Ibid. τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως. Imperite ἑαυτῶν edd. errore Obsopœi, & invitis mssis; quod miror servatum a Casaubono. — *Ibid.* τοῖς συμμάχοις. Temere prætermisit τοῖς ed. 1. — *Ibid.* πρὸς τοὺς Λακεδ. Articulus abest ab ed. 1. & Bav.

CAPVT XXV. Cap. XXV.

Vers. 1. τῶν συμμαχίδων, intellige πόλεων. Sed videtur adjiciendum fuisse hac vocab. Vers. 1.

Vers. 2. Post Βοιωτῶν perperam τῶν inserunt ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid.* Δαύλιον. Vide Berkelium ad Steph. Byz. in Δαυλίς. — *Ibid.* Θύριον. Conf. Adnot. ad cap. 6, 2. Vers. 2.

Ibid. προσβαλεῖν. Poterat particula καὶ, ante προσβαλεῖν, majorem vim addere orationi, ut dicat, non solum

Digitized by Google

lum dolo, sed etiam vi adgressos esse urbem. Sed quandoquidem verba νυκτὸς ἔτι non tam ad συστησάμενοι, quam ad προσβαλεῖν, videntur pertinere; incommode utique καὶ insertum videri debebit.

Vers. 4. *Vers.* 4. Κλάριον. conf. IV. 6, 3. — *Ibid.* Λούσιος. Vide Adnot. ad IV. 18, 9. — *Ibid.* Πύλῳ scribendum monuerat etiam Vrsinus. De re confer IX. 38, 8.

Ibid. ἄρτι συνοικιζομένῃ τῇ Μεγαλοπόλει. *Megalopoli*, (insidiatos esse) *recens tunc instauratæ*, vel *frequentari rursus incolis cœptæ*; scilicet postquam a Cleomene fuerat vastata. II. 55. De ejus restauratione conf. V. 93. & Pausan. VIII. 49. p. 699. Perperam συνοικιζόμενοι Flor. Aug. Reg. A.

Ibid. μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν. Adjiciendam præpositionem μετὰ, monuerat jam Gronovius in Notis editis ad h. l. Eamdem adjectam video in ora libri Vossiani; sed ibi simul τὴν Μεγαλόπολιν pro τῇ Μεγαλοπόλει. Vide cap. 16, 9 sqq. ubi his ipsis verbis utitur, ἐνέβαλον (οἱ Αἰτωλοὶ) εἰς τὴν Ἀχαΐαν μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν. Adde c. 29, 5. & IX. 38, 8. Intercidit fortasse ΜΕΤΑ ob similitudinem duarum priorum syllabarum ΜΕΓΑ vocabuli præcedentis. Verba ἀνάστατον αὐτὴν ποιῆσαι pendent ab ἐπιβουλεύσασιν, & subintelligitur ὥστε, vel τοῦ - - ἕνεκα, *insidiati sunt, ut eam vastarent.* Sed pro αὐτὴν, αὖθις malim, aut hoc ad αὐτὴν adjectum: *ut illam denuo vastarent.*

Vers. 6. *Vers.* 6. παρανατεβάλοντο ψήφισμα, *in medium proposuerunt decretum.* Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. Cum vulgo ex Bav. προανατεβάλοντο legeretur, divisis vocibus Reiskius προανατέβαλον τὸ ψήφισμα scribere jussit, & distinguendum monuit inter δόγμα & ψήφισμα, ut δόγμα sit idem, quod προβούλευμα, veluti *senatus consultum*, nempe *decretum legatorum*, quo decreto statuerunt, civitatibus Achæorum propter tales rationes proponendum esse hujusmodi quoddam ψήφισμα, vel *plebiscitum*, quod ab his confirmaretur. Itaque προανατέβαλον τὸ ψήφισμα interpretatus est *formulam plebisciti scripto consignarunt*, priu-

Digitized by Google

prius quam civitatibus ad confirmandum (ἐπικυροῦν) *propo-* Vers. 6.
nerentur. At vocab. δόγμα pariter de *plebiscito* usurpatum, cum alibi, tum 26, 4. videmus.

Ibid. ὅτι συναναστώσουσι. Scripturam hanc, haud dubie veram, (quam & aliæ rationes commendant, & locus huic geminus III. 77, 6.) conservarunt nobis codices Vat. & Flor. Quæ scriptura cum corrupta esset in Bav. Aug. Reg. A. & in συναντήσουσι mutata, doctus librarius codicis Bavarici, ut sequentia aptaret huic verbo, porro pro εἴ τινα κατέχουσιν, (in quod ipsum etiam codices Aug. & Reg. A. cum Vat. & Flor. consentiunt,) εἰς ἣν ἂν κατέχουσιν scripsit; atque ita expressum est in ed. 1. 2. Sed id rursus cum non satis græcum esse intelligeret is, cujus ex ingenio multa passim in codices Reg. B. & C. sunt recepta, κατέχωσιν posuit pro κατέχουσιν. Atque id expressit Casaub. & sequentes, hoc modo: ὅτι συναντήσουσι τοῖς συμμάχοις εἰς ἣν ἂν κατέχωσιν αὐτῶν &c.

Vers. 7. χώραν ἔχοντας. Perperam ἔχοντες Aug. — Vers. 7.
Ibid. πολιτείας. πολιτείας Vat. Flor.

Vers. 8. συναναχωμιεῖσθαι Bav. Vat. Aug. Reg. A. B. C. Vers. 8.
Vrsin. Mendose συναναπομεῖσθαι ed. 1. 2. συναναχινεῖσθαι Flor. — *Ibid.* τὸ ἱερὸν, *templum*; scil. Apollinis Delphici, ut monuit Reisk.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Vers. 1. Τούτου τοῦ δόγματος κυρωθέντος, scil. ὑπὸ τῶν Vers. 1.
συνέδρων cum hoc decretum ratum esset habitum ab adsessoribus concilii. Requirebatur tunc adhuc confirmatio civitatum, ἐπικύρωσις. (vers. 2.)

Ibid. κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς &c. *anno primo Olympiadis* CXL. Verba hæc, quæ vulgo cum præcedentibus conjungi solent, ab illis interjecto inciso separavi, & ad sequentia retuli. Decretum, de quo agitur, factum confirmatumque est superiori adhuc Olympiade, in cujus rebus exponendis per complura etiamnum capita pergit Polybius: ut demonstravi ad IV. 14, 9. Sed initium

Digitized by Google

Verſ. 1. tium ipſius belli in annum ſequentem, qui annus primus eſt Olympiadis CXL. incidit. conf. cap. 37, 3 ſqq. tum cap. 57 ſqq. Verba καὶ τετταρακοστῆς per errorem omiſſa ſunt in ed. 1.

Ibid. καὶ πρέπουσαν. Particulam καὶ ex Reg. B. recepit Caſaub. nec video, quo pacto carere illa commode poſſimus. Neſcio, an eamdem agnoſcat codex Flor. e quo nullum diſſenſum a contextu Caſauboniano adnotavit Gronov.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Quid dicat τὸν ἀπὸ τῆς χώρας πόλεμον ἐκφέρειν, (cf. cap. 30, 2.) utrum, *bellum inferre extra limites*, id eſt, *bellum non* modo *defenſivum*, quod dicunt, ſed & *offenſivum* ſuſpicere, an *conſcriptis ex tota regione copiis*, (quod eſt aliâs πανδημεὶ) non ſatis certum habeo. Caſaubonus: *ut omnes in ſua quique regione bellum Aetolis indicerent.* Rurſusque cap. 30, 2. *ut hominibus ditionis ſuæ bellum eſſet cum Aetolis edixerunt:* & conjunctum hoc putavit cum eo, quod verſ. 6. legimus, τὸ λάφυρον ἐξεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν:

Verſ. 4. *Verſ.* 4. χωρὶς κοινοῦ δόγματος. κοινοῦ carent Aug. Reg. A. — *Ibid.* οὐκ ἀμυνεῖσθαι. Non aſpernarer ἀμύναθαι, ſi darent ſcripti libri; (vid. ad II. 64, 9.) ſed hi quidem in ἀμύνεσθαι conſentiunt omnes. Vnus Reg. B. in ora ſic habet: γρ'. ἀμυνεῖθαι. conf. ad cap. 28, 2. Reiſkius ἀμύναθαι probavit, intelligendo δεῖν, *non oportere ulciſci*, aut, *nefas ipſis eſſe ulciſci.* — *Ibid.* νομιθήσεθαι. Perperam νομιθήσεται Aug.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸ μὲν πρῶτον. Particula μὲν temere omiſſa in ed. 2 & ſeqq. — *Ibid.* ἀπαντήσουσι. ἀπαντήσωσι Flor.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. παραγιγνόμενον recepi ex Vat. & Flor. qui quidem παραγινόμενοι abſque γ in medio h. l. ſcribunt.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὸ λάφυρον ἐκεκήρυξαν. Idem eſſe hoc monuit Caſaub. in ora Baſil. cum eo, quod planius Thucydides ait lib. V. c. 115 ἐκήρυξαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους λήζεσθαι. Ceterum non ſatis fuiſſe cauſſæ videtur, cur Caſaubono vitio verterit Valeſius, (in Præf.

Digitized by Google

Præf. ad Excerpt. Polyb.) quod τὰ λάφυρα *spolia*, non *praedam*, fit interpretatus.

Vers. 8. προσελθόντος dederunt Vat. & Flor. — *Ibid.* διαλεχθέντος dant veteres libri omnes. Quod cum operarum errore in ed. 1. & hinc etiam in ed. 2. & Reg. B. C. in διαλαθέντος esset corruptum; διαλαληθέντος parum feliciter scribere jussit Vrsinus: cui cum obsequentem Scaligerum vidisset Casaubonus, ipse quoque paruit, & διαλαληθέντος in contextum recepit. — *Ibid.* τὰ ῥηθέντα Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrsin. τὰ λεχθέντα edd. cum Bav. Vers. 8.

CAPVT XXVII.

Cap. XXVII.

Vers. 1. ἀρχαιρεσιῶν. ἀρχαιρεσίων Vrb. Reg. A. Vide ad III. 106, 1. Insertum est hoc caput *Eclogis Codicis* VRBINATIS, usque ad vers. 8. extr. — *Ibid.* στρατηγὸν αὐτῶν εἵλοντο Σκόπαν. Sic edd. cum Bav. Vat. Flor. Speciem quidem habet αὐτὸν, *praetorem crearunt ipsum illum Scopam, qui* &c. Sed sic requiri videtur αὐτὸν εἵλοντο τὸν Σκόπαν, cum articulo, nomini praefixo. Et bene habet αὐτῶν, quo solet uti hac occasione Polybius: ut ἥρηντο στρατηγὸν αὐτῶν Ἀννίβαν, IV. 2, 9. στρατηγὸν αὐτῶν Ἄρατον κατέστησαν, V. 30, 7. Sic I. 30, 1. V. 108, 10. &c. Vers. 1.

Vers. 2. μὴ πολεμεῖν. Non video, quî carere possimus particula negante, quam ex ingenio recte adjecit Casaub. Conf. c. 26, 4. Vers. 2.

Vers. 4. τὴν Καδμείαν Φοιβίδου παρασπονδήσαντος. Vide Diodorum XV. 20. Plutarch. in Pelopida p. 280. Cornel. Nep. in Pelopid. c. 1. Vers. 4.

Ibid. παρὸν τἀναντία ποιεῖν. — „Nolo quidem dubitare, Polybium scripsisse παρὸν, sed debebat δέον scribere: non enim quæritur, quid *potuerint* Lacedæmonii facere, sed quid eos *decuerit*." REISK. — At in eamdem prorsus sententiam Suidas Παρὸν non solum ἐξὸν & δυνατὸν interpretatur, sed & δέον, *quod oportet, quod convenit*, & *suo*

Digitized by Google

suo quasi loco est. Eodem modo IX. 12, 5. σκοπεῖν ἤδη πάρεστι, *considerare nunc convenit.* Sic sæpe πάρα, apud Tragicos.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἀπήρτιον ἀφιέναι. ἀφιέντες Vrb. Vat. Flor. Vrsin. quod, quo insolentius videri potest, eo magis veri speciem habet.

Vers. 6. *Vers.* 6. διοικίσαντες. διοικήσαντες Flor.

Vers. 8. *Vers.* 8. τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους. Mendose βουλομένους Vat. & Vrb. conf. ad IV. 22, 2. Ne quem vertat turbet accusativus casus, cum adjectivo verbali ζηλωτέος constructus. ὃν οὐδαμῶς ζηλωτέον τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους idem est ac ὃν οὐδαμῶς ζηλοῦν δεῖ τοὺς ὀρθ. βουλευομένους. Sic IV. 41, 9. οὐκ ἀπιστητέον θεωροῦντας. Rursus V. 32, 5. πλείστην ποιητέον σπουδὴν τοὺς λέγοντας καὶ τοὺς ἀκούοντας. De qua constructione nonnihil delibavi ad I. 14, 8.

Vers. 9. *Vers.* 9. μετὰ τῆς δυνάμεως. Requiri articulum, recte monuit Reiskius; & dederunt eum Vat. & Flor.

Cap. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς &c. Conf. III. 15. & Adnot. ad IV. 14, 9. — *Ibid.* ἐντὸς Ἴβηρος haud incommode *trans Iberum* latine h. l. vertitur. cf. ad III. 76. 6. — *Ibid.* ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν Ζάκ. πόλιν. Bene Casaubonus: *adversus Saguntinorum urbem se comparabat.* Nam anno sequente demum eam *oppugnare* cœpit. cf. c. 37, 1. & III. 16, 9. & 17, 1. & 4.

Vers. 2. *Vers.* 2. κατὰ παράθεσιν τοῖς Ἰβηρικοῖς. Sic recte edidit cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. Vide Lexic. Polyb. Commodum videri potest παρένθεσιν, quod in ora habet Reg. B. sed id ex conjectura viri docti, non ex vetere codice mstro ductum est: & signum γρ'. quod ibi præfigitur, non γράφεται intelligi debet, sed γράφε, quemadmodum cap. 26, 4. — *Ibid.* ἀκολουθοῦντας. ἀκολουθοῦντες Aug. & Reg. A. a pr. manu.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 3. *καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα. καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλ.* ed. Caſaub. & ſqq. jubente Vrſino ex ingenio, invitis mſſis. — *Ibid. τὰς μὲν ἀρχὰς* recepi ex Flor. & Reg. 13. monente etiam Reiſkio ex ingenio. Vulgo *τάς τε ἀρχάς.* — *Ibid. ἤρξαντο καὶ τὴν ἀναφ. ἔχειν.* Temere & mendoſe *ἤρξατο* ed. 2 & ſeqq. *καὶ* commode *abeſt* a Vat. Flor. & Vrſini codice. Verſ. 3.

Verſ. 4. *περὶ ἧς ἐν ἀρχαῖς ἐνεδειξάμεθα. quam* (compl. cationem rerum romanarum cum externis) *jam initio indigitavimus.* Germanice diceres: *wovon wir ſchon anfangs einen Fingerzeig (einen Wink) gegeben.* Reſpicit ea, quæ dixit I. 3, 3 ſqq. De ſignificatione verbi *ἐνδείκνυμι* confer Adnot. ad III. 38. 5. — *Ibid. παραδείξαντες, ſimul obiter oſtendentes.* Obſcuritati difficultatique, quam in hac regione habebat tota auctoris oratio, mederi ſtudui adjectis parentheſeos ſignis. — *Ibid. λοιπὸν ἤδη, deinde demum.* Verſ. 4.

Verſ. 6. *μόνον* ed. Caſaub. & ſqq. cum Reg. B. C. Vat. Flor. *μόνων* ed. 1. 2. cum ceteris. Verſ. 6.

Ibid. καταπληκτικὴ, ad excitandam admirationem comparata. *καταπλεκτικὴ* Scaliger. Multo felicior haud dubie omnibus videbitur conjectura, quam Gronovius oræ ſui libri adſcripſit, *καταλληκτικὴ*, cujus hæc fuerit ſententia: *at non tantum ad intelligendum perſpicua, verum etiam ad complectendum animo tenendumque facilis ſit noſtra hiſtoria.* Nec dubitaſſem equidem illam adoptare emendationem, niſi geminus fere huic noſtro locus occurriſſet, ex quo liquido adparet, non ſolicitandum eſſe vocabulum illud, de quo quærimus. VIII. 4, 10. *οὕτως ἂν ἔτι μόνον σαφῆ τὰ γεγονότα, καὶ θαυμαστά*, ubi *σαφῆ* reſpondet *τῷ εὐπαρακολουθήτῳ*, *θαυμαστὰ* vero *τῷ κατακληκτικῷ*. Et idem prorſus ibi, quod hoc loco, dicere voluiſſe auctorem, non dubitabis, ſi, quæ ibidem præcedunt, cum his, quæ hic ſcribit, contuleris. Ita ſedulo cavere editor debet, ne, inſigniori quadam ſpecie alicujus emendationis deceptus, in contextum eamdem recipere properet, priuſquam liquido

Digitized by Google

quido conſtet, defendi ſcripturam codicum nulla commoda ratione poſſe.

Cap. XXIX.

CAPVT XXIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἠσφαλίζετο τὰ πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους τῆς Μακεδονίας βαρβάρους. Articulum τὰ, quem omittunt ed. 1. & 2. cum Bav. Aug. & Reg. A., recte adjecit Caſaubonus cum Reg. B. C. Vat. Flor. Vrſin. *Munivit ea, quæ objecta & obnoxia erant barbaris, ſupra Macedoniam habitantibus.* Pro Μακεδονίας, corrupte Λακεδαιμονίας dant Vat. & Flor. Sic & Aug. & Reg. A. in contextu, ſed in his a prima etiam manu inter lineas ſcriptum Μακε, (ſic) cum debuiſſet ſaltem Μακεδο. Conf. Adnot. ad IV. 1, 5. In ed. 2. operarum errore eſt πρὸς τοὺς τῆς ὑπερκειμένους Μακ. βαρβ. Seriem verborum, quæ in prædictis codicibus obtinet, ex ſuo codice indicavit Vrſinus, quem ſecutus eſt Caſaubonus cum Scaligero. Alia ſeries, in ed. 1. & Bav. minime incommoda, πρὸς τοὺς τῆς Μακεδ. ὑπερκειμ. βαρβάρους. Eamdem ſeriem tenentes Reg. B. C. articulum τῆς neglexerunt.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. εὐκατηγορήτων. εὐκατηγόρων Aug.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Μή ποτε γὰρ οὐδὲν &c. Profert Suidas in Ῥᾳδιουργός. — *Ibid.* τὰ κατ' ἰδίαν ἀδικήματα. τὸ κατ' ἰδίαν ἀδίκημα Suid. — *Ibid.* μόνον temere omiſſum in ed. 1. — *Ibid.* τῷ μὴ ποιεῖν. Perperam τὸ μὴ ποιεῖν ed. 1. 2. ex Bav.

Ibid. ταῖς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίαις. Hoc aptius convenire viſum eſt cum eo, quod præceſſit, τούτῳ τῷ τρόπῳ, & τῷ μὴ ποιεῖν &c. Ceterum duplici errore τὰς εἰς αὐτοὺς ἀθεΐας dant ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. τὰς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. C. Vat. Flor. & Suida. Particulam autem διὰ, præter Reg. B. C. qui ex conjectura eam ſupplerunt, ignorant codices omnes: nam & in Suidæ editionibus omnibus ante Küſterianam fruſtra quæras, &, quod eamdem inſeruit Küſterus, ex auctoritate Caſauboni fecit, qui eam in contextum Polybianum

Digitized by Google

bianum receperat; certe codicum mss torum Suidæ, e quibus ducta fit illa emendatio, mentionem nullam Küsterus fecit.

Verſ. 5. δώσειν μέρος τι τῆς λείας. In hanc ſeriem verborum cum editione prima conſentiunt codices omnes, excepto Aug. e quo δώσειν τι τῆς λείας μέρος habent ed. 2. & ſeqq. *Ibid.* Ἀχαΐαν. Ἀχαΐαν Vat. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἐποιήσαντο. Suidas in Μερίτης. Et id deſiderabat ſermonis uſus & ſtylus Polybianus. Verſ. 6.

Verſ. 7. ὑποκαθημένης Vat. Flor. Reg. C. & Suidas ad hoc ipſum verbum, ubi hunc Polybii locum citavit. Eamdem ſcripturam notare voluiſſe Vrſinus videtur, ſed typotheta ὑποθεμένης poſuit. ὑποκειμένης edd. cum Bav. Aug. Reg. A. B. — *Ibid.* τῆς κοινῆς συμμαχίας. Caret κοινῆς ſolus Aug. Verſ. 7.

CAPVT XXX.

Cap. XXX.

Verſ. 1. Οἱ δὲ ἐξαποσταλέντες πρέσβεις. Vide c. 26, 2. *Ibid.* ἐνετύγχανον τούτοις recepi ex Vat. & Flor. Et ſic ſcribendum monuerat jam Caſaub. in ora Baſil. ἐτύγχανον τούτοις edd. cum ceteris. Verſ. 1.

Verſ. 2. Ἀκαρνᾶνες. Sic h. l. editi omnes. Ἀκαρνάνες Bav. Ἀκαρνανεῖς Vat. Aug. Reg. A. Ἀκαρνεῖς Flor. Sed vſ. 4. omnes in Ἀκαρνᾶνες conſentiunt, excepto Reg. A. qui Ἀκαρνάνες habet. — *Ibid.* συνεπεκύρωσαν. ἐπεκύρωσαν Aug. Reg. A. — *Ibid.* τὸν ἀπὸ χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν. τὸν ἀπὸ τῆς χώρας legitur cap. 26, 2. & eumdem articulum h. l. inſertum voluit Reiſkius. — *Ibid.* καταμέλλουσι. καταμέλουσι ed. 1. 2. cum Bav. Hinc pejus etiam καταμελοῦσι Reg. B. C. Vide ad I. 44, 1. Verſ. 2.

Verſ. 3. Verba τὸ δὲ μέγιστον uſque πεῖραν deſunt Aug. a pr. manu & Reg. A. — *Ibid.* πρὸς Αἰτωλούς. πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς dant iidem Aug. & Reg. A. Verſ. 3.

Verſ. 6. διακούσαντες Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ὁ βασιλεύς. Deeſt artic. ed. 1. & Bav. Verſ. 6.

Digitized by Google

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἀγεννῶς καί. Temere ἀγεννῶς δὲ καὶ ed. 1. 2. Hinc ἀγεννῶς δὴ καὶ Reg. B. C. utrumque invitis vett. codd.

Cap. XXXI. ## CAPVT XXXI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τῆς Φιγαλίας. Abeſt articulus a ſolo Aug. Φιγαλίας dederunt Vat. Flor. Aug. Φυγαλίας ed. 1. 2. Bav. Reg. A. B. C. Conf. ad cap. 3, 5. & 6, 10.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. οἱ ἐφορεύοντες. Αἰτωλῶν ἐφορεύοντες ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. C. abſque articulo. Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες Vat. Flor. Vrſ. Alienum vero prorſus ab hoc loco nomen Αἰτωλῶν eſſe, perſpecte monuit demonſtravitque PALMERIVS. Nec enim credi ulla ratione poteſt, Aetolorum magiſtratus concioni interfuiſſe civitatis Meſſeniorum, aut tantum auctoritate, hoſtes cum eſſent, apud Meſſenios valuiſſe. Nec convenit, quod ſequitur, ephoros illos a recta conſilii via aberraſſe: nam ſi Aetoli hi fuiſſent, optime & e reipublicæ Aetolorum utilitate feciſſent, quod Meſſenios ab hoſtium ſocietate abſtraxiſſent. Denique manifeſte, qui ἐφορεύοντες h. l. dicuntur, iidem ſunt, qui οἱ τῶν Μεσσηνίων προεστῶτες cap. 32, 1. Aetolorum porro magiſtratus non *Ephoros*, ſed *Apocletos* dici ſolitos, ſatis ex ipſo etiam Polybio notum eſt: Meſſeniorum magiſtratum *Ephoros* fuiſſe adpellatos, docet Noſter IV. 4, 3. Itaque in Μεσσηνίων mutandum Αἰτωλῶν contendit Palmerius; plane extruſum illud nomen voluerunt Gronovius & Reiſkius. Sed probabilius videtur, ex alio nomine, vel ex alio quocumque verbo, aut pluſculis etiam verbis, quorum vel vicinus quodammodo ſonus, vel vicina ſcriptura erat, fuiſſe detortum illud nomen. Forſan ſcripſerat οἱ τότε vel οἱ τότε αὐτῶν ἐφορεύοντες. conf. IV. 4, 3. In latina verſione deletum vocabulum *Aetolorum* velim, quod ex Caſauboni interpretatione propagatum eſt.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἐγὼ γὰρ &c. Habet hæc *Codex* VRBINAS uſque ad finem capitis, ἀσχιστον καὶ βλαβερώτατον. — *Ibid.* φοβερὸν μέν. Caret μὲν ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* τὸ πολεμεῖν

μᾶν prætuli cum edd. & Bav. Aug. Reg. A. Perottus, *fugiendum esse bellum* interpretans, videtur utique cum aliis τὸν πόλεμον legisse.

Vers. 5. κατὰ τὰ Μηδικά. Bella Græciæ a Persis illata, τὰ Μηδικὰ a Græcis dici solita, satis notum est. Vide Thucyd. I. 69. Aristoph. Lysistr. 654. ut taceam alios. *Ibid.* Θηβαίους -- διότι τῶν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποστάντας κινδύνων. Ad Thermopylas. Vide Herodot. VII. 233. Adde Polyb. IX. 39, 5. Vers. 5.

Ibid. τὰ Περσῶν εἵλοντο. Miro modo corrupte hic locus ante Casaubonum edebatur, τὰ περὶ ὧν ἐκινδύνευον εἵλοντο. Sic nempe legitur in Bav. Aug. Reg. A. Sed in Vat. & Vrb. solum τὰ περὶ ὧν εἵλοντο, quamquam in Vrb. super εἵλοντο ab alia manu superscriptum est ἐκινδύνευον. Adparet, ΠΕΡΙΩΝ ex ΠΕΡϹΩΝ esse corruptum. De permutatione literarum I & C sæpe dixi: vide loca ad I. 15, 10. p. 188. harum Adnotationum citata. Et hoc loco etiam fortasse nonnemo, animadvertens errorem, C super I scripsit; quod alius perperam accipiens, figuram C pro spiritu aspero habuit, & jam diserte περὶ ὧν scripsit. Quidquid sit, haud dubie rectissime fecit Casaubonus, quod τὰ Περσῶν Polybio restituit, quam scripturam codices Reg. B. C. repræsentant, sive ex docti viri ingenio, sive ex vetustiore codice depromtam. Ac sane sic exhibere videtur Flor. e quo certe nullam a contextu Casauboniano discrepantiam adnotavit diligentissimus alioquin in adnotandis vel minutissimis dissensionibus Gronovius. Iam quod in aliis codicibus insertum verbum ἐκινδύνευον est; facile intelligitur, ortum illud debere hariolationi eorum, qui, quid valeret περὶ ὧν, non perspicientes, intercidisse hoc loco verbum putarent. Quo magis miror REISKIVM, eidem corruptæ scripturæ insistentem, manifestissimam emendationem cum contemtu respuisse, & alia ratione, dura quidem illa admodum & contorta, mederi huic loco esse conatum. Cujus conatus sicut per se infelix videri debet, sic infirmissima ratio, quam prætendit, cur τὰ Περσῶν hic locum habere

Verſ. 5. bere non poſſit. — „Eos, inquit, qui Græciam tunc invaſerunt, Græci non *Perſas*, ſed *Medos*, appellant; adeoque nomen *Perſarum* ſecundum τὰ Μηδικὰ non videtur fatis conveniens.“ — Atqui ipſe Herodotus, ut hoc utar, in eadem hiſtoria, de qua hic agitur, promiſcue Perſarum Medorumque nomen uſurpat: & eodem capite, quod paulo ante citavi, VII. 233. *Thebanos*, ait, ὡς εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσέων γιγνόμενα τὰ πρήγματα, *cum res Perſarum ſuperiores eſſe animadverterent, manus ad barbaros protendiſſe, dicentes*, ὡς μηδίζουσι, *cum Medis ſeſe ſentire.*

Ibid. διὰ τῶνδε τῶν ποιημάτων. Mendoſe διὰ δὲ τῶν ποιημ. Aug. Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Τὸ κοινόν τις ἀστῶν &c. Aliquanto plenius adfert hoc *Pindari Fragmentum* Stobæus Serm. LVI. p. 373. ed. Baſil. (Serm. CCXXIV. p. 742. edit. Wechel.) unde exhibuit Schneiderus, in Carminum Pindaricorum Fragmentis p. 54. & in Commentario germanice edito de Vita & ſcriptis Pindari p. 38. Et quod ſi quidem ea, quæ apud Stobæum ſequuntur, cum ſuperioribus contuleris, videbitur iniquior in Pindarum fuiſſe Polybius. Ita enim *tranquillitatem* civibus commendat poëta, ut *ex animis pellant inteſtinas diſcordias, multum miſeriæ adferentes, in paupertatem conjicientes, & educationi liberorum infeſtas.*

Ibid. ἐν εὐδίᾳ τιθείς. Sic bene Caſaub. cum Vrb. Hinc verbum παρευδιάζεσθαι, cap. 32, 5. Male diviſæ erant voces in Bav. Aug. Reg. A. ἐν εὖ διατιθείς. Et eodem modo fuerat in Vat. in quo dein eraſa eſt particula ἐν. Hinc εὖ διατιθεὶς, abſque ἐν, dat. Flor. & Reg. B. Apud Stobæum eſt ἐν εὐδίᾳ κατατιθείς. — *Ibid.* ἐρευνασάτω. Perperam ἐρευνάσατο ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. B. C. *Ibid.* τὸ Φαιδρὸν magis placet, quam ἱερὸν, quod eſt apud Stobæum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Εἰρήνη γὰρ μετὰ μὲν τοῦ δικαίου &c. *pace juſta et honeſta nihil pulcrius, nihil utilius.* Confer, quæ in eamdem ſententiam infra diſputat cap. 74. hujus libri.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. δουλείας ἐπονειδίστου. Etsi ſpecioſum eſt δεσπότας, fuit tamen δουλείας tenendum. Manifeſte enim reſpicit id, quod apud Herodot. l. c. VII. 233. legimus, *non ſolum in ſervitutem ab eiſdem Perſis, quibus ſeſe dediderant, redactos eſſe pleroſque ex illis Thebanis, ſed etiam in contumelioſiſſimam ſervitutem, regia nota frontibus eorum inuſta.* Verſ. 8.

CAPVT XXXII. Cap. XXXII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. γέμοντος δὲ τοῦ στρατοπέδου πάντων τῶν ἐπιτηδείων. Facilis fuerat lapſus ex γέμοντος in γενόμενος, quod cum ita eſſet corruptum, aliam medicinam laboranti orationi quæſivit doctus & ingenioſus librarius codicis Bavarici; cujuſmodi emendationum ex ejuſdem viri ingenio profectarum paſſim exempla adnotavimus. Vide ad I. 12, 1. ad I. 18, 7. ad II. 10, 4. &c. Amat autem Polybius verbum γέμω in illa connexione. V. 8. 8. παντοδαπῆς γέμοντες ὠφελείας. III. 80, 3. χώραν πολλῆς γέμειν ὠφελείας. IV. 75, 8. τῆς δυνάμεως ὑπεργεμούσης παντοδαπῆς ὠφελείας. XIV. 10, 2. καταγέμοντος ἤδη τοῦ στρατοπέδου τῆς λείας.

Ibid. ἦκε πρὸς τοὺς Οἰνιάδας. Ὀρνιάδας ed. 1. temere & invitis msstis, qui in Οἰνιάδας conſentiunt. Et ſic alii plerique ſcriptores, quamquam apud Stephanum Οἰνειάδαι per diphthongum ſcribitur hoc nomen, ubi vide quæ monuerunt Interpretes. Eſt autem Οἰνιάδαι pariter urbis & gentile nomen. cf. verſ. 9. & XXII. 15, 14. Sed quin vocab. Ἀχαιοὺς ex errore hic natum ſit, dubitari non debet: ac mihi omnino vel cum Reiſkio ἦκε πρὸς τοὺς ἀπ' Ἀχελῴου Οἰνιάδας, vel ἦκεν εἰς τοὺς πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ Οἰνιάδας ſcripſiſſe Polybius videtur. Sic Stephanus: Οἰνειάδαι, (niſi & ipſe Οἰνιάδαι ſcripſit, ut judicavit Berkelius) πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ. Iſta adjectione *Acheloi fluvii* diſtinguebatur ſcilicet hoc oppidum ab alio cogno-

cognomine, cujus idem Stephanus meminit, & Strabo lib. IX. p. 434. Fluvium vero *Acheloum* h. l. nominatim commemoratum fuisse a Polybio, ex versu 4. etiam fit probabile, ubi simpliciter τῷ ποταμῷ scribit, quasi de eo jam paulo ante dixisset. Sane magis placet ista hujus loci Polybiani emendatio, quam quæ a Palmerio tentata est in Græc. Antiq. lib. III. c. 8. ubi confectam rem censuit, si, servato vocabulo Ἀχαιούς, verbum ἦχε in ἦγε mutaretur, quasi hoc diceret Polybius: *duxit ad Oeniadas Achæos.* — „Legatos scilicet Achæorum, ut interpretatur idem PALMERIVS, quos secum retinuerat, (cap. 64. 3.) duxit ad Oeniadas, ut testes essent tam nobilis expeditionis, & ad suos referrent Philippi militarem diligentiam & strenuitatem." — Quæ emendatio, liçet levissima utique mutatione peracta, tamen nescio quid duri & adfectati, reliquum contextum si consideraveris, habere videbitur. Vers. 2.

Vers. 3. καταστρατοπεδεύσας δὲ. Quod δὲ abest ab ed. 1. temere & invito exemplari Bavarico factum est: adeoque fundamento caret conjectura, quam huic defectui superstruxerat Reiskius. — *Ibid.* Παιάνιον. Sic Reg. A. & Aug. cum Bav. & editis. Sed in ora Reg. A. est Παιώνιον, at superscr. ω eadem manu. A Pæanis, id est, Apollinis templo nomen puto habuisse hoc oppidum, quod in ipsis Oeniadarum finibus fuisse videtur. Vers. 3.

Ibid. τὴν σύμπασαν. Temere τὴν aberat vulgo, errore ex prima editione propagato. — *Ibid.* κατασκευὴν ex veteribus libris restitui, quibus invitis παρασκευὴν erat editum. Interdum quidem pro synonymis usurpantur ista nomina: conf. ad I. 19, 15. sed παρασκευὴ proprie *adparatus* est, κατασκευὴ *structura*, *constructio*, ut I. 21, 1. I. 22, 3. IV. 70, 10. conf. mox ad vers. 6. — *Ibid.* οὐδ' ὁποίας ἤγαγον. ὁποισοῦν ed. Casaub. & seqq. cum Reg. B. citra necessitatem & invitis vetustis libris. ἤγαγον correxi cum Flor. Mendose ἦγε edd. cum ceteris codd.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς τοὺς Οἰνιάδας. Difficili loco nullam medicinam lucemve adferunt libri. Verſionem tenui Caſauboni: *materiam & tegulas, cum cura impoſitas ratibus, Oeniadas per amnem devexit.* PALMERIVS, nihil in græcis corrigens: — „Non eſt, (ait) ut arbitror, hæc Polybii ſententia. Cur enim tanta cura Philippus ligna & tegulas ſecundo flumine devehendas ad Oeniadas curaſſet, quæ urbs erat hoſtilis, & ejus materiæ (abſente præſertim Philippo) dómina facta fuiſſet? Sic igitur verto: *Ex lignis & tegulis rates factas cum multa cura, flumini adaptavit, ut trajiceret Oeniadas verſus.* Pæanium illud, a Philippo dirutum, erat in ipſa Aetolia, ad ſiniſtram Acheloi ripam deſcendendo ſecundo flumine: Oeniadæ vero in Acarnania, ad dextram ejuſdem fluminis. Abundans igitur ligno & alia materia, pontem ex ratibus fabricavit, quo uteretur, ut exercitum traduceret verſus Oeniadas Philippus.“ — Hæc ille. At cuinam uſui ligna & tegulas Pæanio Oeniadas devehi Philippus curarit, quod quærit Palmerius, ipſe docet Polybius verſ. 11. Nec opus eſt, ut ſtatuamus, devecta hæc ad illam urbem eſſe, priuſquam eam cepiſſet Philippus; quem, nil impedit, quo minus credamus, poſt captas Oeniadas demum id faciendum curaſſe, quamquam nunc ſtatim ejus rei meminit Polybius, ubi de Pæanio cum maxime verba facit. Præterea non morata eſt regem obſidio urbis Oeniadarum; quam nullo negotio, primo adventu, cepit præſidio nudatam. Iam ratibus quidem opus eſſe potuit Philippo ad trajiciendum etiam ipſum exercitum ad urbem Oeniadarum, quæ ad oſtium Acheloi, non quidem in oppoſita, in dextra dicas, totius fluminis ripa (quæ ſententia fuit Palmerii) videtur ſita fuiſſe, ſed inter duo brachia Acheloi intercepta; quod cum ex Thucydid. II. 102. intelligi videtur, (cujus verba Cellarius etiam adfert Geogr. Antiq. II. 13. p. 1105.) tum ex eo, quod ab aliis auctoribus ad dextram, ab aliis ad ſiniſtram ejus fluminis ripam vide-

Digitized by Google

videtur poni. Et, τὰ ξύλα εἰς σχεδίας καθήρμοζε, per se quidem commode intelligi poterit *ex lignis rates compegit:* sed, quo pacto *ex tegulis* pariter *compegerit rates*, difficile fuerit dictu. Denique, si vel maxime verba ista τὰ ξύλα &c. interpretaremur, *ex lignis & tegulis rates esse compactas;* desideraretur etiam sic aliud verbum, ad quod referretur τῷ ποταμῷ, & quo significaretur, quid eis ratibus fecerit Philippus. Quare hac quidem ex parte cum REISKIO sentio, qui — „Casauboni, ait, interpretationem malo hic, quam Palmerii, sequi, quæ multis premitur difficultatibus & repugnantiis;" — sed nec illam carere difficultatibus video, quibus non satis mederi puto id, quod idem REISKIVS proposuit, cum ait: — „Forte κέραμον ἐνθεὶς εἰς σχεδίας καθήρμοζε τῷ ποταμῷ, subaudi σὺν vel ἐν, συνεργοῦντος τοῦ ποταμοῦ, ope fluvii. καθαρμόζειν h. l. est *applicare, appellere aliquid*, ut ratem, *aliquem ad locum.*" — Quod quidem quam sit asperum & ab usu sermonis alienum, non opus est ut moneam. Mihi vero utique post καθήρμοζε aliud desiderari verbum videtur. Tum vero fateor, quid κέραμος h. l. ad munitionem faciat, (conf. vers. 11.) non satis mihi liquere. Sane non sunt *pretiosæ tegulæ*, quales illæ, quarum cap. 57, 7. facta est mentio. Et requiro hic τὴν λιθείαν, *lapides*, munitioni inprimis inservituros; nisi ipse hic κέραμος, qui nunc commemoratur, *lateres* sunt *coctiles*, ex destructis ædificiis ad exstruendos novos muros repositi. Vers. 4.

Vers. 5. ἐπεβάλοντο ex scriptis libris restitui, quibus invitis ἐπεβάλλοντο erat editum. Et requiri videbatur aoristus, significatione præteriti plusquamperfecti. Vers. 5.

Vers. 6. Ἔλιαος ed. 2 seqq. cum Aug. Reg. A. Ἔλαος ed. 1. Bav. Vat. Flor. Perott. Apud alios scriptores nullam hujus oppidi mentionem reperio. *Eleus* unde in Danvillii tabulas depromtus sit, nisi ex ipso hoc Polybii loco, compertum non habeo. — *Ibid.* κατασκευὴν restitui ex scriptis libris. Temere παρασκευὴν edd. cf. ad vers. 3. Sed simul immutanda paululum interpretatio erat; hoc enim Vers. 6.

Digitized by Google

Verſ. 6. enim nunc dicunt græca: *Attalus exſtruendum illud caſtellum* (ſimul tamen includi poterit notio, *& rebus omnibus neceſſariis inſtruendum*) *receperat Aetolis.* Ceterum de Aetolorum cum Attalo commercio nihil aliud jam compertum habeo: illud video, cognationem quamdam intercedere inter hujus caſtelli nomen, & nomen *Elææ* urbis, quæ navale erat regum Attalicorum, ut docet Strabo lib. XIII. p. 615. & 622.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πρὸς τὰς εἰς Πελοπ. Sic Flor. Aug. Reg. A. In ſcholio infra contextum delenda verba *& Regiis;* nam recentiores quidem Reg. B. C. exemplum editionis primæ, ut ſolent, ſequuntur. Reg. A. vero cum Aug. facit. Ex Vat. nil notatur.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τοὺς γάρ. τοὺς μὲν γὰρ ed. 2 ſeqq. cum ſolo Aug. Ceteri codices ignorant μέν. — *Ibid.* πρὸς Αἰτωλούς. πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς Aug. Reg. A. — *Ibid.* περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, *circa principium ſinus Corinthiaci.* Temere ſuſpecta habuit hæc verba Cellarius, Geogr. Antiq. II. 13. p. 1105. Scilicet pro ſitu locorum, qui deſcriptus eſt in Tabula, quam exhibet idem Cellarius, ægre ſane intelligebatur, quo pacto hoc dicere potuerit Polybius. Sed quantum illa Tabula, his quidem in regionibus, diſtet a vero, ut alia taceam, oſtendit ipſa diſtantia, quæ ibi inter *Araxum* promontorium & *Oeniadas* Aetoliæ intercedit, quod intervallum *non amplius centum ſtadiorum* eſſe Polybius docet. Qui Danvillianam inſpexerit Tabulam, & recte expreſſam illam diſtantiam videbit, nec incommode a Polybio dictum judicabit, *Oeniadas ad initium ſinus Corinthiaci eſſe ſitos.*

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἔγγιστα δ' αὐτῆς, ſcil. τῆς παραλίας τῆς τῶν Δυμαίων vel τῆς Πελοποννήσου. αὐτοῖς edd. cum Bav. & Aug. αὐτῆς legendum ex ingenio viderat Reiſkius; ſic autem dederunt Flor. & Reg. A. puto & Vat. quamquam ex hoc nil notatum.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Conf. ad verſ. 4. — *Ibid.* χρώμενος αἰς τήν. Tenui hoc, ſic editum a Caſaubono ex Reg. B. Mendoſe

Digitized by Google

dose χρωμένοις εἰς τὴν ed. 1. cum Bav. Mendosius χρωμένους τὴν εἰς οἰκ. ed. 2. χρωμένοις πρὸς τὴν Aug. Reg. A. Denique χρώμενος πρὸς τὴν Vat. Flor. Vrsin. quod recipi debebat. — *Ibid.* οἰκονομίαν. — „Cur non potius οἰκοδομήν?“ CASAVB. *in ora Basil.* Imo οἰκοδομίαν, quod conjecit Reiskius, propius etiam accedit, & satis usitatum Polybio vocabulum est. Sed stare posse vulgata, in quam consentiunt libri, visa est. Vers. 11.

CAPVT LXVI. Cap. LXVI.

Vers. 1. τοὺς Δαρδανεῖς &c. Miratur Reiskius, nihil ad regem perlatum de Scopæ cum Aetolis invasione & Dii devastatione. Nempe ista incursio ita raptim erat suscepta, ut, quo tempore nuncius ejus rei ad Philippum perveniebat, jam retrogressi essent Aetoli. — *Ibid.* ὑπονενοηκότας non tam *suspicantes* debuit verti, quam *intelligentes*, ficut c. 67, 7. & sæpe alibi. — *Ibid.* δυνάμεις. δύναμιν Bav. in contextu, sed superscr. εις. Vers. 1.

Vers. 2. παρὰ τῶν Ἀχαιῶν πρέσβεις. vide cap. 64. — *Ibid.* τοῖς προσηγγελμένοις recte Vat. Flor. & Suidas hac ipsa voce. — *Ibid* κατὰ δύναμιν ed. 1. cum Bav. Vat. Flor. & Suid. κατὰ τὴν δυν. ed. 2 & sqq. cum Aug. Reg. A. Vers. 2.

Vers. 4. Δημήτριος ὁ Φάριος. Vide III. 19. Vers. 4.

Vers. 5. εἰς τὴν Ἤπειρον. εἰς aberat ab editis, errore primæ editionis. Vers. 5.

Vers. 6. Θρᾳκῶν τινων. τινων, quod aberat vulgo, adjeci cum Flor. Aug. Reg. A. & Perotto. — *Ibid.* τὴν στρατιὰν ed. Casaub. & seqq. cum Reg. B. & Flor. στρατείαν ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. puto & Vat. Non male. — *Ibid.* ἤ[illegible] caret solus Aug. Vers. 6.

Vers. 7. In Δαρδανέων cum ed. 1. & 2. consentiunt scripti libri omnes. Vers. 7.

Vers. 8. κατὰ δέ. δὲ deest Vat. — *Ibid.* Αἰμίλιος &c. Exeunte æstate hoc factum ait III. 19, 12. De toto hoc Synchronismo conf. quæ diximus ad IV. 14, 9. — *Ibid.* Ἀννίβας δὲ &c. Vide III. 17. & 33, 5. — *Ibid.* Ζάκανθαν. Vers. 8.

Digitized by Google

Verſ. 3. *καν θαν.* Hac forma nominis libro III. conſtanter uſus eſt, & eadem h. l. utitur Aug. & Flor. in contextu, ſed idem Flor: terminationem *ον* intra lineas habet. Ex Vat. autem quum nulla notetur varietas, videtur ille in *Ζάκανθον* conſentire cum editis. — *Ibid. παραχειμασίαν* ex mſstis reſtitui. Temere *παραχειμασίας* edd.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *ἐξαιτήσοντας.* Flor. Aug. Reg. A. *αἰτήσοντας* edd. cum Bav. neſcio an & Vat. e quo nulla notatur varietas. De re confer III. 20.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. *τὸ μὲν πρῶτον ἔτος ἔληγε* &c. Conf. ad IV. 14, 9. *ἔληγε*, non *exierat*, ſed *in exitu erat, ad finem properabat primus annus Olympiadis* CXL. Confer ad cap. 67, 6.

Cap. LXVII.

CAPVT LXVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *τῶν ἀρχαιρεσίων.* Sic h. l. omnes, ſcripti editique. Conf. ad III. 106. 1. De tempore, quo agi ſolebant comitia iſta Aetolorum conf. IV. 37, 2. — *Ibid.* Δορίμαχος. Vide dicta ad cap. 58, 9. — *Ibid. καταφθορᾷ.* Mendoſe *καταφορᾷ* Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *ὥστε μητ' εἰρήνης ὅρον μήτε πολέμου πρὸς Αἰτωλοὺς ὑπάρχειν, ita ut quoad Aetolos,* (Aetolorum in oculis; & in ratione, qua hi cum aliis agebant,) *neque pacis, neque belli termini, fines & jura nulla eſſent:* id eſt, *ut & pacis & belli jura nihil ad ſe pertinere illi arbitrarentur.* — *Ibid. παρὰ τὰ κοινὰ* recte edidit Caſaubonus & ſeqq. Sic & Scaliger correxit in ora ſui libri. Mendoſe *περὶ* ed. 1. 2. cum mſstis, in uno Reg. A. *παρὰ* intra lineas indicatur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *οἰκείαν* tenui ex ed. Erneſt. monente etiam Reiſkio: ſic autem dedit etiam Bav. *οἰκίαν* edd. cum ceteris.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *Τοῦ δὲ χειμῶνος ἔτι προβαίνοντος* &c. *adulta hieme, progrediente magis magiſque hieme* &c. Diſerte mox ait verſ. 7. *circa brumam*, id eſt, *circa ſolſtitium hybernum Corinthum adveniſſe Philippum.* Ita quæ ſequuntur dehinc res geſtæ, incidunt in novum annum, ex noſtro more

Digitized by Google

more agendi initium novi anni. Atque id me imprudentem commoverat, ut ad oram contextus h. l. & deinde novum annum, *Olymp.* CXL. 2. *annum Vrbis* 536. adscriberem; quo accedebat, quod verba extrema capitis præced. ita acceperam, tamquam diceret Polybius, *exiisse jam annum primum Olympiadis* CXL. Sed (ut paulo ante monui, ad c. 66, 11.) non dicit *exiisse jam*, sed *in exitu fuisse*: & quod jam ad IV. 14, 9. adnotavi) solet Polybius, quæ tota hieme gesta sunt, ad annum superiorem referre; quod eo etiam magis erat consentaneum, quoniam annus Consularis Romanorum, per quem potissimum distinxit scriptor noster suam narrationem, cum vere incipiebat; cum quo tempore, in Achæorum historia, coincidit fere tempus, quo novus Prætor Achæorum ineibat magistratum. Itaque secundum eamdem rationem quam ad IV. 14, 9. exposui, quemadmodum annum 1. Olymp. CXL. & annum Vrbis 535. adscribere primum cœpi ad cap. 37. ubi Aratus, Arati filius, præturam apud Achæos iniit; sic debuerat hoc loco usque ad finem hujus libri IV. continuari in ora libri Ol. CXL. 1. A. V. 535. & demum cum libri quinti principio, cum novo Achæorum prætore, incipi *Ol.* CXL. 2. *A. V.* 536. Vers. 6.

Ibid. Κρῆτας τριακοσίους. Conf. ad cap. 61, 2. — *Ibid.* ἐκπεῖς τοὺς περὶ τὴν αὐλήν. τῶν περὶ τὴν suspicatus erat Reisk. sed nil variant libri. — *Ibid.* προῆγεν ἀπὸ Λαρίσης recte edd. cum Bav. conf. cap. 66, 7. ἐπὶ Λαρίσης Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Vers. 8. τοῦ Κορίνθου dederunt Vat. & Flor. Conf. c. 72, 8. Poterat autem pariter vulgata scriptura τῆς Κορίνθου teneri, quam & IV. 19, 9. & 25, 1. & V. 18, 1. & alibi tenui, ubi in eam codices omnes consentiebant. Vtroque genere usurpatum hoc nomen invenitur, sed in fœminino maxime. Apud Strabonem promiscue ὁ & ἡ Κόρινθος expressum video. ἐν τῇ Κορίνθῳ p. 377. b. ἐρήμη κώμη ἡ Κόρινθος pag. 381, d. ὁ Κόρινθος pag. 378. a. Vers. 8.

Digitized by Google

Vers. 8. 280. d. &c. Apud Polybium rursus XVII. 6. 8. & 11, 4. scripti libri omnes in masculinum genus consentiunt.

Ibid. διαλαβὼν τὰς ὁδοὺς &c. Citat Suidas in Διαλαβών. — *Ibid.* ἀς αὐτὸν caret ed. 1. & Bav.

Cap. LXVIII.

CAPVT LXVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Εὐμπίδας. Εὐμπυλίδας Aug. Conf. c. 59. — *Ibid.* εἰσ διαχιλίους. Caret εἰς Aug. — *Ibid.* ἅμα δὲ τούτοις. ἅμα δὲ καὶ τούτοις ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. C. Delevit καὶ Caub. cum Reg. B. Vat. Flor. Vrsin. — *Ibid.* ἁμίσσας caret ed. 1. operarum errore. — *Ibid.* ἐν Φαρίδος. De hac urbe vide cap. 70, 3 sq.

Ibid. Φενικῆς, id est, *agri, ad Phenicum, Arcadiæ urbem, pertinentis.* Vide Steph. Byz. in Φενεός, & Wesseling. ad Diodor. II. p. 41. Leviuscule erraverant ed. 1. 2. cum vett. codicibus, Φανίμης dantes penacute. Nihil huc pertinebat *Phœnice*, quod Epiri oppidum est.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐμβάλλειν. ἐμβάλλειν Aug. Reg. A. sed in hoc superscr. μ. — *Ibid.* αὖος τ' ἦν, *paratus erat.* Aberat hoc ab ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Adjecit Casaub. ex Reg. B. cum quo faciunt Vat. & Flor.

Vers. 3. *Vers.* 3. προνομὰς edd. ex Bav. Suidas: Προνομή· διαρπαγή. Et Προνομεία· ἡ σύλευσις. Et apud Hesychium Λῆϊς exponitur προνομία. Conf. eumdem in Προνόμια, & ibi Interpretes.

Vers. 4. *Vers.* 4. προστεπτωκότων. προστεπτυκότων ed. 1. 2. 3. errore operar. ex ed. 1. propagato, quem correxit Gronov. *Ibid.* ἐν ἧπερ ἦκε, *qua venerat.* Sic ἦκε, *venerat*, notione præteriti plusquamperfecti, IV. 80, 1. & aliis. Satis autem fuerat ἧπερ, absque ἐν, ac fortasse præpositio hæc orta ex litera ν, in quam desinit vox præcedens.

Vers. 5. *Vers.* 5. καταλαίζων. καθαλαίζων ed. Casaub. operarum errore. — *Ibid.* καταστυγόντων correxit Casaub. monente Vrsino. Sic autem & Reg. A. ex emendatione quidem, sed ab ead. manu. Et ora Reg. B. ἵνας καταστυγόντων.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 6. αὐτὸν τὸν Στυμφ. Temere τὸν deerat ed. Caſaub. & ſeqq. Ipſa urbs diſtinguitur ab agro, cujus nomen Στυμφαλία eſt. Verſ. 6.

CAPVT LXIX. Cap. LXIX.

Verſ. 1. πρωτοτορείας & mox πρωτοτορείων ſolus ſtund quidem dedit Aug. — *Ibid.* Ἀπέλαυρον. Vide Liv. XXXIII. 14, 10. & ibi Drakenb. Verſ. 1.

Verſ. 4. Ἀχαιῶν αὐτῶν τινας. Sic Vat. & Flor. ut ſuſpicatus erat Reiſkius. τινὰς αὐτῷ ed. 1. cum Bav. αὐτῷ τινὰς ed. 2. & ſeqq. cum Aug. Reg. A. — *Ibid.* συμβοηθησάντας rectè edd. cum Bav. Aug. Reg. A. συνέβη βοηθησάντας Vat. Flor. συμβεβοηθηκέναι. Reg. B. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐν τῷ περὶ Σελασίαν πρὸς Κλεομένην πανθύμῳ. Verba ἐν τῷ iterum ponunt ed. 1, 2. cum codd. omnibus poſt Σελασίαν. Priori loco iſta verba, monente Vrſino, deleverat Caſaubonus: nos, cum Reiſkio, ibi reſtituimus, & altero loco delevimus. De re vide II. 65 ſqq. Pro Σελασίαν mendoſe Σπαρτίαν dant Aug. Reg. A. Κλεομένη pro more Flor. pro Κλεομένην. Verſ. 5.

Verſ. 6. προάγοντας. προσάγοντας Flor. & Reg. B. Scilicet hi cum hoc verbo conſtruxerunt pronomen αὐτοῖς, quod potius pendet a σύνεγγυς. Verſ. 6.

Verſ. 7. διαφθάρη. ἐφθάρη ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* οὐ πλέονας. οὐ πλέον ſolus Reg. B. Verſ. 7.

CAPVT LXX. Cap. LXX.

Verſ. 1. περὶ τὸν Ὀλίγυρτον. Sic corrigendum putavi, collato IV. 11, 5. & Plutarchi loco ibi citato. In ſcholio infra contextum h. l. peccarunt nonnihil operæ. Non Λίγυρτον vulgo h. l. dabant editi cum Bav. ſed Λύγυρτον, quod inde Danvillius in Tabulam Græciæ recepit. Nec Vat. & Flor. Λίγυρτον habent, ſed Λύγυρτον. Et ex Vat. ne hoc quidem, ſed τὸν Αὔγυρτον, notavit Spallettius. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐπὶ δύο ἡμέρας. ἐπὶ δυ' ἡμέρας Reg. A. & ἐπὶ δύο ἡμέρας Aug. ut III. 51, 12. III. 52, 9. — *Ibid.* Verſ. 2.

ἅμα τούτῳ correxit Casaubonus, monente Vrsino ex ingenio. Sic vero dedit Aug. ἅμα τούτοις ed. 1. 2. cum ceteris codd. — *Ibid.* διὰ τῆς Κλειτορίας, *per agrum Clitoris oppidi.* Conf. ad IV. 10, 6.

Vers. 3. sqq. *Vers.* 3. τῆς Ἀζανίδος. *Azanis*, vel *Azania*, ut Stephanus scribit, pars Arcadiæ, septemdecim oppida comprehendens. In horum numero *Psophis* erat. — *Ibid.* τὴν μεσόγαιαν edd. ex Bav. (nisi quod ed. 1. & 2. per Obsopœi errorem σ duplicant.) τὴν μεσόγειον Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* συνάπτουσα Bav. Aug. Reg. A. Temere & imperite συναπτούσης edd. errore ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* Vocab. Ἀχαιῶν deest Flor. Pro προσασπερίων simplex ἀσπερίων habet solus Reg. C. — *Vers.* 4. Confer c. 71, 2. — *Vers.* 5. Caret τριταῖος ed. 1. cum Bav. *Ibid.* Καφυῶν cum Scaligero correxit Casaub. Καφύων ed. 1. 2. consentientibus codicibus nostris. — *Ibid.* κατασατρατοπέδευε. κατεστρατοπέδευσε ed. 4. 5. invitis libris.

Vers. 7. *Vers.* 7. τὴν γὰρ ἀΦ' ἑσπέρας. γὰρ deest ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Adjecit Casaubonus ex Reg. B. Varietas nulla enotata est ex Vat. & Flor. ex quo intelligitur, Vat. ignorare particulam, sed Flor. eamdem agnoscere, unde etiam hausit Reg. B. Probanda utique conjectura, quam habet codex Vossianus in ora: παρὰ μὲν γὰρ τήν. conf. vers. 8. Eadem fuit Reiskii sententia. κατὰ ad oram sui libri adscripsit Scaliger. — *Ibid.* λάβρος dedit Vat. Flor. Aug. Perott. Et sic ex conjectura scribere jusserat Reiskius. Nec tamen omnino spernam adverbium λάβρως, ad verbum καταΦέρεται referendum: *rapide fertur.* λάθρως operarum errore est in ed. 4. Quod in Perotti versione vulgo *felicissimus torrens* scribitur, adparet, *velocissimus* voluisse interpretem.

Ibid. τὸ παράπαν. Restitui τὸ, quod temere & invitis mastis aberat ab ed. 2. & seqq. — *Ibid.* κατὰ βραχὺ τῷ χρόνῳ. κατὰ βραχὺ τῶν χρόνων Vat. Flor.

Vers. 8. *Vers.* 8. ἔχει. Mendose ἔχειν ed. 1. 2. cum Bav. Vat. Flor. Monente Vrsino correxit Casaub. Et verum habent

bent Aug. Reg. A. B. C. conf. verſ. 10. — *Ibid.* τὸν Ἐρύμανθον. *Erymanthus* & fluvii & montis nomen, de quibus copioſe Pauſanias. Notus Erymanthius aper, ab Hercule confectus. — *Ibid.* καὶ ὑπὸ πολλῶν. ὑπὸ adjiciendum monuit Vrſin. Et cum id ipſum daret Flor. non dubitavi recipere; licet non diffitear, etiam abſque præpoſitione ſtare orationem poſſe. Verſ. 8.

Verſ. 9. τὸν προειρημ. τρόπον. Correxit Caſaubonus, τότον ed. 1. 2. cum msstis. In uno Reg. A. ρ ſuperne adjectum a pr. manu. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἔχει δὲ, monente Vrſino, correxit Gronovius. ἔχειν δὲ ed. 1. 2. 3. conſentientibus msstis; unde videri poteſt excidiſſe verbum συμβαίνει. Confer tamen verſ. 8. Verſ. 10.

Verſ. 11. καὶ τὸν Εὐριπίδαν. Reſtitui articulum, temere omiſſum in ed. Caſaub. & ſeqq. Verſ. 11.

CAPVT LXXI. Cap. LXXI.

Verſ. 1. λογιζόμενος. Receptum malim συλλογιζόμενος ex Vat. & Flor. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐπέκειτο τοῖς Ἀχαιοῖς τότε. τότε caret ed. 1. cum Bav. quod immerito probavit Reiſkius. Imo recte illam particulam inſerunt ed. 2. & ſeqq. cum ceteris codicibus. Nempe verbum ἐπέκειτο nunc non nude *imminebat* eſt interpretandum, media quadam notione; ſed in partem adverſam accipiendum, *hoſtiliter imminebat, oppoſita erat;* cui mox opponitur προκεῖσθαι, *præſidio eſſe.* Igitur *tunc, quum Eleorum ſequeretur partes,* (conf. c. 70, 4.) *oppoſita erat* Pſophis Achæis & Arcadibus: ſi Philippus eam cepiſſet, erat eiſdem *præſidio* futura. Verſ. 2.

Ibid. κατὰ τοσοῦτον Flor. Aug. Reg. A. Vulgo κατὰ τοσοῦτο edd. cum Bav. — *Ibid.* τοῖς Ἠλείοις Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et Perottus, *Elienſibus.*

Verſ. 3. παρήγγειλε. παρήγγελε Flor. pro more. Verſ. 3.

Verſ. 5. τῷ πεπεῖσθαι recte ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. C. & Bav. & Vrſin. Temere τῷ τε πεῖσθαι ed. 1. Verſ. 5.

Digitized by Google

quod tenuit ed. 2. τῷ τε πεπεῖσθαι Aug. Reg. A. τοῦ πεπεῖσθαι Vat. & Flor.

Vers. 8. *Vers.* 6. διηπίστουν ἀλλήλοις. Cum διηπόρουν vulgo omnes darent, Casaubonus in ora Basil. notavit: „Forte διηπόρουν ἐν ἀλλήλοις, vel διηπίστουν." Et hoc posterius, quod mihi unice verum visum est, in versione expressit, *diffidere sibi invicem incipiebant*. Verbum διηπόρουν ex præcedentibus imperite repetitum videtur: nec satis puto, pro ἀλλήλοις cum Reiskio aut ἀλλήλους, aut, quod illi magis placuit, ἐπ' ἀλλήλοις corrigere.

Vers. 10. *Vers.* 10. ἐπεὶ δ' ἦ τε. ἐπειδὴ δὲ χορηγ. Flor. minus commode. Nam & articulus ἡ requirebatur, & particula τε respondet ei, quae sequitur, οἵ τε Μακεδ. Lubens acciperem ἐπειδὴ δ' ἥτε χορηγ. — *Ibid.* ἐπὶ τὴν τοῦ ῥιφ. ἐπὶ τοῦ τὴν ῥιφ. ed. Casaub. operarum errore. — *Ibid.* ἀμελλήτως correxit Gronovius. ἀμελήτως ed. 1. 2. 3. consentientibus mss. Conf. Adnot. ad I. 44, 4.

Vers. 12. *Vers.* 11. ἐξελθόντας. ἐπεξελθόντας Flor. quod licet ex nullo alio codice adferatur, tamen recipi debebat; quia probabilius est, neglectam esse illam præpositionem ab aliis librariis, quam ab hoc ex ingenio adjectam.

Cap. LXXII. CAPUT LXXII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἐνδυμενίαν. Conf. V. 81, 3. Suidas ex hoc loco: Ἐνδυομενίαν· τὰ ἔπιπλα. Τὴν μὲν ἐνδυμενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξήρπασαν. Hesychius: Ἐνδομενία· κτῆσις, ἢ ἀποσκευή. Confer Interpretes utriusque grammatici; sed inprimis Interpretes Pollucis, ad Onomast. X. 12.

Vers. 4. *Vers.* 4. κατὰ χώραν solus quidem h. l. dedit Flor. Sed id requirebat usus, cum aliorum, tum ipsius Polybii, III. 46, 9. VIII. 36, 13. XL. 3, 3. Alia enim ratione dicitur κατὰ τῆς χώρας, III. 76, 10. XI. 3, 10. conf. ad III. 19, 7. & ad IV. 45, 6. Itaque quum h. l. κατὰ χώρας cum Bav. aliisque codd. darent editi, monuit REISKIVS: „Forte κατὰ

Digitized by Google

κατὰ χώραν: nisi *pluralem* praetulit, ad significandam multitudinem locorum, ubi quique erant." —

Vers. 5. τινὰς ἡμέρας recte edd. ex Bav. Perperam ἐπὶ τόπου τινὰς ἡμέρας Vat. Aug. Reg. A. Vers. 5.

Vers. 6. ἀπελογίσατο, praeeunte Scaligero, correxit Casaub. Sic autem praeferunt Aug. & Reg. A. Sed ἀπελογήσατο ed. 1. 2. cum Bav. Vat. & Flor. Conf. ad II. 12, 4. & ad II. 54, 4. Vers. 6.

Vers. 8. τὰς αὐτῶν. τὰς αὐτῆς Bav. — *Ibid.* τὸν Κόρωθον. Sic h. l. Aug. in contextu, & Flor. inter lineas. Conf. ad c. 67, 8. Vers. 8.

Vers. 9. Ηρόσλαον. — „Miror novitatem nominis. Num Ἡρόστρατον?" REISK. — Nil variant codices. Vers. 9.

Vers. 10. ἐπετέλεσθη recepi ex Vat. Flor. Aug. Reg. A. Conf. II. 58, 7. III. 84, 15. Vers. 10.

CAPVT LXXIII. Cap. LXXIII.

Vers. 1. πεπυσμένοι, monente Gronovio, correxit Ernestus. Sic autem Vat. Aug. Reg. A. Ceteri πεπυσμένοι. Vers. 1.

Vers. 2. συναύξειν δὲ τὴν πρόθεσιν. Capite superiori vers. 6. τὴν αἵρεσιν dixerat καὶ τὴν εὔνοιαν. πρόθεσιν nunc videtur dicere, *propositum futurum bene merendi de Achaeis, & eos sibi devinciendi.* Vers. 2.

Ibid. τὴν Στράτον. Retraxi accentum, qui vulgo ponebatur in ultima. — „Si bene habet τὴν Στράτον, videtur haec *Stratos* eadem cum *Stratia* Homeri Iliad. B. 607. cujus & Pausanias p. 651. & ex Homero Statius meminit Thebaid. IV." REISK. — Eam sua aetate deletam ait Strabo lib. VIII. p. 388. ita quidem, ut ne locus quidem, quo fuerit olim, definiri potuerit. — *Ibid.* Τελφουσίοις. Τελφουσσίοις ed. Casanb. & seqq. invitis mastis.

Vers. 4. τὰς μὲν προνομάς, τοὺς μὲν προνομεῖς corrigendum putavit Scaliger, nulla urgente causa. τὰς προνομὰς idem sonat ac τοὺς προνομεύοντας. conf. V. 19, 8. Sic οἱ Φωδοι idem est ac οἱ ἀφοδεύοντες, & id genus alia. — *Ibid.* αὐτὸς δὲ bene Casaub. & seqq. cum Reg. B. C. puto & cum Vers. 4.

Digitized by Google

Flor. e quo nulla notatur discrepantia. αὐτός τε ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. nescio an & Vat.

Vers. 6. *Vers.* 6. γέμειν σωμάτων καὶ κατασκευῆς. κατασκευὴν commode nunc *rerum omnium copiam* interpretatus est Casaub. Confer ad I. 19, 15. Sic III. 17, 10. & sæpe Thucydides, ut I. 89. II. 5. VI. 46. Adde Pollucem in Onomast. X. 11. & ibi Interpretes. Infra, cap. 75, 2. pro synonymo ejusdem vocabuli utitur ἀποσκευή.

Vers. 7. *Vers.* 7. ὥστε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς, ἔχοντας ἱκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπαν εἰς Ἠλείαν. Casaubonus: *ut reperiantur sic satis divites, qui per alteram aut tertiam generationem urbem Elidem omnino non adierint.* Ad hanc sententiam adaptavi distinctionem orationis, interposito commate post γενεάς. REISKIVS, verba ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς construens cum proxime sequentibus, hanc esse ait Polybii sententiam: „*Eleorum quosdam adeo deditos fuisse vitæ, quæ ruri agitur in opere rustico, duræ & laboriosæ, ut, quum satis ipsis esset, unde vel nepotes ipsorum, nedum ipsi commode viverent, (vel, quamquam opibus abundarent, ad secundam, quid quod & tertiam hominum generationem sufficturis,) nollent tamen ab illa vitæ duritie & asperitate desistere, atque in urbem descendere, & otio lautitiisque se tradere.*“ — Optet eruditus lector. Mihi videntur ea, quæ proximo versu sequuntur, Casauboni commendare interpretationem. Quodsi vero Ἠλεία h. l. scripsit Polybius, contra usum & suum & aliorum scriptorum eodem nomine & regionem & urbem designavit. CASAVBONVS ad oram Basil. adscripserat: „Scribendum videtur εἰς μητρόπολιν πόλιν Ἠλείας.“

Vers. 9. *Vers.* 9. διὰ τὸ πλῆθος μὲν τῆς χώρας. Casaubonus obscurius: *propter laxum agri modum.* Reiskius: *quod Elis esset regio amplissima, cujus in extremis finibus qui habitarent, propter magnitudinem intervalli non possent sæpe ad urbem commeare.* Forsan τὸ πλῆθος de πολυανθρωπίᾳ intelligendum, id est, *de cultorum multitudine.*

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ἱερὸν βίον. Sic ed. 1. cum codd. omnibus, excepto Aug. e quo *βιὸν ἱερὸν* habet ed. 2. & seqq. De re confer Diodorum Siculum T. II. p. 547. citatum etiam a Reiskio, & Strabonem lib. VIII. p. 333. Vers. 9.

CAPVT LXXIV. Cap. LXXIV.

Vers. 1. *Πλευρίους.* Sic Vat. Flor. Aug. *Πλευρίδος,* penacute, editi cum Bav. & Reg. A. De antiquis Eleorum cum Arcadibus controversiis & bello conf. Diodor. XV. 77. *Ibid. μεταλαβεῖν: μεταβάλλειν* ante Casaubonum scribere jusserat Vrsinus, nulla urgente causa. Conf. ad I. 61, 3. Vers. 1.

Vers. 2. *ἔμειναν ἐπὶ τῶν αὐτῶν, in eodem statu manserunt:* id est, *armati manserunt;* arma non deposuerunt, quæ ista occasione ceperant, cum olim belli prorsus fuissent immunes. ¶ Verba ista *ἐπὶ τῶν αὐτῶν* temere prætermisit ed. 1. Habet autem ea Bav. cum aliis. Vers. 2.

Ibid. οὐκ ὀρθῶς κατά γε τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος τοιούμενοι πρόνοιαν. Tenui hoc, non quod persuasus fuerim uniee verum esse, sed quod nec certius quid haberem, & quod scriptura hæc veterum codicum Vat. Flor. & Vrsini utcumque defendi posse videbatur, naturalem verborum seriem hanc intelligendo, *οὐκ ὀρθῶς τοιούμενοι, κατά γε τὴν περὶ τοῦ μέλλοντος πρόνοιαν, in quo male fecerunt, certe quod adtinet providam futuri curam.* Pulcre autem intelligo, nec per se satis expeditam esse eam rationem, & in hanc sententiam *ποιοῦντες* potius, quam *τοιούμενοι,* fuisse scribendum, & ex usu sermonis ac præsertim ex ipsius stylo Polybiani usu connectenda ista verba utique videri, *περὶ τοῦ μέλλοντος τοιούμενοι τὴν πρόνοιαν.* Itaque minime contemnendam putavi CASAVBONI emendationem, *κατά γε τὴν ἐμὴν,* scil. *γνώμην* vel *δόξαν,* quam, dubitanter primum ore Basil. inscriptam, in ipsum contextum deinde recepit doctissimus ille Polybii editor. Eamdemque haud cunctanter & equidem tenuissem, si aliàs eam formulam, quam Platoni quidem frequentatam scio, Polybio usurpa-

Digitized by Google

Verſ. 2. tam meminiſſem. Nunc quum alii codices, pro κατά γε τὴν, κατὰ γένος τὴν darent, corruptiſſimum quidem hoc eſſe intellexi; ſed eam ipſam ob cauſam viſa mihi eſt hæc ſcriptura non ex ingenio & conjectura librarii alicujus, qui κατά γε τὴν in ſuo exemplari inveniſſet, manaſſe, ſed veſtigia fortaſſe paulo minus obſcura, quæ ad veram ſcripturam probabili via nos adducere poſſent, continere. Sane ſpeciem aliquam admodum probabilem mihi viſa eſt habere REISKII conjectura, κατὰ γένος τὴν ex καταγελαστὴν corruptum ſuſpicantis. Et reliquam quidem ejuſdem ſagaciſſimi viri emendationem, ἀλλ' ἔμεναν ἐν οὐκ ὀρθοῖς, καταγελαστὴν περὶ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι πρόνοιαν, nullo modo potui probare; quoniam nec per ſe tam commoda viſa eſt, quam vulgata lectio, in quam libri omnes conſentiunt; & quod falſæ hypotheſi eam ſuperſtructam vidi, quaſi verba ἐπὶ τῶν αὐτῶν a veteribus nonnullis abeſſent codicibus, quæ quidem non niſi operarum aut Obſopoei errore deſiderantur in prima editione. Sed, reliquam codicum ſcripturam tenendo, ſic fortaſſe ſcripſiſſe Polybium ſuſpicatus eram: οὐκ ὀρθῶς, καταγελαστὴν (aut καὶ καταγελαστὴν, vel καὶ γελαστὴν, vide ad I. 51, 7. & ad III. 23, 3.) περὶ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι πρόνοιαν. Ne quid tamen diſſimulem, ut nunc quidem ſtat ſententia, maxime omnium probabilis Caſauboni mihi videtur ſententia, eamque in contextu ſervatam malim.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. λέγω δὴ τὴν εἰρήνην. De *Pacis juſtæ & honeſtæ proſperitate* confer quæ dixit hoc eodem libro, cap. 31. δὴ h. l. ex mſtis reſtitui, contra quorum fidem δὲ vulgo erat editum.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. προθεμένοις. προθεμένους ed. 1. operarum error; nec id ex τοθουμένοις fortaſſe corruptum putes, nam in προθεμ. conſentiunt codices.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. οὔτε ποτέ. Ad οὔ τε refertur deinde τὴν δέ. Confer Adnot. ad I. 13, 6. & in ea Adnotatione pro eo, quod operarum noſtrarum errore legitur, *Vulgo edebatur* οὐδ' ἡμῖν, reſcribe, *Vulgo legebatur* οὐδ' ἡμῖν. Confer

&

Digitized by Google

& I. 62, 2. & III. 118, 3. Nec tamen diſſimulabo, οὐδὲ τότε pro οὔτε τοτὲ, me hoc loco malniſſe. Verſ. 8.

Ibid. πρὸς τὸ παρὰ πάντων &c. Vt tam de neceſſitate emendandi vulgatum contextum, quam de probabilitate earum emendationum, quas nos (præeunte Caſaubono partim in ora Baſil. partim in latina verſione) adhibuimus, planius judicare lector eruditus poſſit; totam ſedem, qualem vulgo exhibent libri omnes, ſcripti cum editis, hic adpoſuiſſe juvabit. Eſt autem hujuſmodi: ἐπειδὴ τὰ τῶν καιρῶν, οὔτε τοτὲ πρότερον εὐφυεστέραν διάθεσιν ἔσχηκε τῆς νῦν παρὰ πάντων ὁμολογουμένης πτήσασθαι τὴν εἰσυλίαν. τὴν δὲ χώραν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἐπὶ τῆς παλαιᾶς συνηθείας οἷον αἰδυγμάτων ἐμμενόντων, οἰκοῦσι διαφερόντως οἱ λεοί. Scaliger pro eo, quod nos πρὸς τὸ παρὰ πάντων poſuimus, τοῦ παρὰ πάντων ſcripſit. In ὁμολογουμένην vero, & in ἔτι, nobiſcum conſentit. Ceterum quod de *præſenti rerum ſtatu* dicit Polybius, ad idem fere tempus pertinet, de quo dixi ad IV. 32, 9. & locis ibi citatis. Etenim licet de Eleorum in foedus Achaicum receptione in Reliquiis Hiſtoriarum Polybii nulla mentio occurrat, videntur tamen utique jam ante Meſſenios & Lacedæmonios, de quibus dictum eſt locis citatis, Elei foederi illi acceſſiſſe, quos jam octavo ante id tempus anno ad Achæorum ſocietatem pronos fuiſſe diſcimus ex Livio XXXVI. 31.

CAPVT LXXV. Cap. LXXV.

Verſ. 2. ὁ καλεῖται Θαλάμας. Fuit oppidum *Thalamæ* in Laconia, cujus meminit Polyb. XVI. 17. & Ptolemæus atque Pauſanias. Fuit aliud Meſſeniæ, eidem Pauſaniæ & Stephano Byz. memoratum. *Thalamarum* harum Elidis apud nullum alium Scriptorem mentionem reperio; ac neſcio, unde Danvillius ſitum hujus caſtelli didicerit, qui illud in ea parte Elidis poſuit, quæ & Achaiæ & Arcadiæ confinis eſt. Verſ. 2.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. τὴν τε χώραν. Caret τε Aug.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀναλαβὼν caret ed. 1. cum Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. συμπεφυγότων Vat. Flor. Vrſin. Et ſic debuerat etiam Reg. B. in quo mendoſe συμπεφυγόντων, quod ita expreſſit Caſaubonus, ſed συμπεφυγότων recte ed. Gron. & Ern. Simplex πεφυγότων ed. 1. 2. cum aliis codd.

Ibid. Pro ἅτε λίαν corrupte eſt ἀτελῆ in Vat. & ἀτελῶς in Flor. Idem error IV. 57, 14. — *Ibid.* ἅμα δὲ καὶ καὶ caret ed. 1. operarum errore. — *Ibid.* αὐτούς. αὐτοὺς Aug. Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἀμφίδαμος ſcripſi cum Vat. Flor. & Perotto, in quam ſcripturam infra cap. 84 ſq. libri omnes conſentiunt.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. πρὸς δὲ τούτοις τετράποδος λείας. Sic, abſque articulo, habent ed. 1. 2. cum Bav. ſed in his τετράποδος in τετράποδα eſt corruptum, & punctum ponitur poſt hoc vocabulum. πρὸς δὲ τοῦ τῆς τετράποδος λείας citatur ex Vat. ubi facile adparet, τοῦ τῆς ex τούτοις eſſe corruptum. πρὸς δὲ τούτοις τῆς τετράποδος λείας Flor. Reg. A. Aug. quod ex marg. ed. 2. recepit Caſaub. In Reg. A. tamen prius aberat τῆς, ſed mox ab eadem manu adjectum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. παντοδαπῆς. Vat. Flor. in quam formam alibi conſentiunt codices noſtri.

Cap. LXXVI. CAPVT LXXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀπελλῆς δέ. Perperam Ἀπελλῆς μὲν Aug. & Reg. A. qui tamen mox recte cum aliis ὃς ἦν μὲν dant. — *Ibid.* ἀγαγεῖν ſcripſi cum Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. nil notatur: miror vero, ſi cum Bav. in διαγαγεῖν conſentiat. In Bœcleri lectionibus Polybianis, per errorem, ἀγαγεῖν editis tribuitur, & διαγαγεῖν codici Auguſtano.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Θετταλοὶ γάρ. Temere Θετταλοὶ μὲν γὰρ ed. 2. ſeqq. cum Aug. & Reg. A. & mox tamen iidem ἐδόκουν μέν.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πρὸς ταύτην. Perperam πρὸς caret Aug.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 4. *ἐτέτρεψε.* Neſcio, quo caſu quove conſilio *ἐτετρέπετο* in marginem ed. 2. irrepſit, quod nullus codex habet. — *Ibid. καταλύσεις.* Putaveram *τὰς καταλύσεις*, ſed articulum nullus codex agnoſcit. Verſ. 4.

Verſ. 6. *πεπεισμένος* cum Vrſino. & Scaligero correxit Caſaubonus. Sic & ora Reg. B. *ἴσως, πεπεισμένος.* Et Perottus: *ſperans. πεπεισμ.* ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid. τῷ κατὰ βραχύ.* Sic omnes cap. 82, 2. *Verſ.* 6. *λήσειν* rectè edd. cum Bav. Corrupte *δῆσιν* Vat. Aug. Reg. A. Prorſus omiſit hanc vocem Flor. ſed vacuum reliquit ſpatium. — *Ibid. ἀγαγών. ἀναγαγὼν* ed. 1. operar. errore, & inde Reg. B. Verſ. 6.

Verſ. 7. *πρότερον.* Sic rectè ed. Caſaub. & ſeqq. Reg. B. Vat. Flor. Vrſin. Perperam *ὕστερον* ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Totam *φῆσιν*, a verbis *καὶ ταῦτα* uſque *προστατ]όμενον* prætermiſit Perottus. — *Ibid. συνεστρατευμένος καὶ τεθραμμένος.* Sic ſcripti omnes cum editis. Quod *συνεστρατευμένους τεθραμμένος* habet Vrſinus, ex ipſius conjectura eſt, quam nemo deſideraverit. — *Ibid. ποιεῖν Κλεομένει τὸ προστατ]όμενον.* Sic rectè edd. cum Bav. & Flor. niſi quod in hoc mendoſe Κλεομένῃ eſt pro Κλεομένει. Κλεομένην *προστατ]όμενον* Aug. & Reg. A. ſed in Reg. A. vera lectio ab eadem manu inter lineas indicatur. Κλεομένει *προστατ]όμενον* (abſque artic. *τὸ*) Vat. & Vrſin. Verſ. 7.

Verſ. 9. *τῷ δ' Ἀπελλῆ. τῷ δ' Ἀπελλῇ* Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 9.

CAPUT LXXVII. Cap. LXXVII.

Verſ. 1. *ἐν ὑπαίθροις.* Sic edd. cum Bav. In edit. Erneſt. tamen *ἐν* omiſſum errore operarum. Sed eamdem præpoſitionem ignorant codices Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Ibid. συνδιατριβ.* Tetnere *διατριβ.* ed. 1. Verſ. 1.

Verſ. 3. *χάρις.* Caſaub. *venuſtas.* Commodius fortaſſe foret *ſuavitas.* — *Ibid. ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις.* Vocabulum *δύναμις majeſtatem* interpretatus eſt Caſaub. Verſ. 3.

Digitized by Google

Vers. 3. Casaub. & in ora Basil. adnotavit *δύναμις auctoritas, majestas.* Idem vocabulum Reiskius pro *facundia naturali, potentia in dicendo* accepit. Mihi, sicut στρατηγικὴ δύναμις *ingenium imperatorium*, sic βασιλικὴ δύναμις *regium ingenium* esse videtur. Vide Adnot. ad I. 84, 6.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἄλλος ἁρμόσει καιρὸς μᾶλλον. Vide lib. VII. c. 12 seqq.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐκ τῆς Ὀλυμπίας. Sic & ora cod. Vossiani, conf. cap. 75, 8. Ὀλυμπιάδος, quod ed. 1. & 2. dabant cum mastis, Xylander in germanica versione pro *regione Olympiaca* sive *agro Olympico* accepit.

Ibid. ἀναζεύξας τὴν ἐφ' Ἡραίας. Quod vulgo habent omnes τὴν ἐπὶ Φαραίαν, statim eo nomine peccare mihi visum est, quod accusativus casus adhibetur, ubi genitivus requirebatur, ut in illo II. 54, 12. προῆγε τὴν ἐφ' Ἡραίας καὶ Τελφούσης. Itaque saltem τὴν ἐπὶ Φαραίας fuerat scribendum. Φαραία autem nescio quid sit, nisi ager urbis, cui Φαραὶ nomen est. Sed sic ad Φαραίας requiri visus erat articulus, τῆς Φαραίας. Praeterea urbs *Pharae* ita longe hinc abest in Achaia, ut nullo modo probabile mihi fuerit, hujus urbis mentionem nunc facere voluisse Polybium, ubi de itinere, Olympia Telphusas & Heraeam instituto, agitur. Itaque, quum *Heraeam petiisse Philippum* diserte mox dicat Polybius, hoc loco τὴν ἐπὶ Φαραίας ex τὴν ἐφ' Ἡραίας corruptum putavi. Neque huic rationi obstat, quod mox sit, *primum Telphusam*, quae tamen longius aberat ab Olympia, *pervenisse Philippum, & inde demum Heraeam*, quae propius Olympiam sita est. Nam Olympia in Arcadiam proficiscentibus, sive Heraeam peterent, sive Telphusam, eadem via primum proficiscendum erat, donec extra Elidos fines pervenissent: eamque viam τὴν ἐφ' Ἡραίας vocat Polybius, quia Olympia Heraeam recta ducebat. Sed priusquam Heraeam perveniretur, declinabat inde alia via paulisper versus septentrionem, Telphusam ducens: & consulto hanc urbem, cujus cives nuperrime magno beneficio sibi devinxerat, (cap. 73, 2.)

prius

Digitized by Google

prius petiit Philippus, quam ipsam Heræam intraret, unde in Triphyliam erat invasurus. Ceterum video, ad defendendam quodammodo scripturam codicum, *τὴν ἐπὶ Φαραίαν*, provocari ad Strabonem posse, apud quem lib. VIII. p. 356 extr. & seq. hæc verba legimus: *παρὰ δὲ τὴν Ὀλυμπίαν ἔστι καὶ ἡ Ἔκτωνα*, [sive *Ἄρκτωνα*,] *δι' ἧς ῥεῖ ποταμὸς Παρθενίας, ὡς εἰς Φηραίαν ἰόντων*. Quamnam vero ibi *Φηραίαν* Geographus dicat, cum per se obscurum sit, tum magis etiam incertum fit ex eis quæ continuo ibi sequuntur: *ἡ δὲ Φηραία ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίας* &c. Nam *Pheræam* quidem *Arcadiæ* nemo novit. Sed ob id ipsum, quod in utramque partem dubia res est, non ibo inficias, cautius me facturum fuisse, si codicum scripturam interim, dum certius quid proferatur, in contextu tenuissem. Quanta vero difficultate omnino prematur nostra notitia istarum regionum, & quam lubrico loco conjecturam aliquam meam interponere ausus sim, nunc demum maxime intelligo, postquam Elidis tabulam, a consummatissimo in Geographia antiqua viro Danvillio delineatam, conferre subiit cum ea, quæ nuper ductu doctissimi Auctoris Itinerum juvenis Anacharsidis est descripta; quarum in altera idem ille *Parthenias* fluvius, quem Strabo loco citato commemorat, ubi *vias* mentionem facit, *quæ ab Olympia εἰς Φηραίαν ducit*, velut a septemtrione versus Olympiam decurrens describitur, in altera a meridie & a parte e diametro opposita. Vers 5.

Ibid. Τέλφουσαν, ut alibi, restitui ex scriptis libris, quibuscum consentiunt ed. 1. 2. Temere Τέλφουσσαν ed. Casaub. & seqq.

Ibid. βουλόμενος ταύτην ποιήσασθαι τὴν εἰς τὴν Τριφυλίαν εἰσβολήν. Habuerat brevius iter in Triphyliam ex Olympia; sed voluerat prius prædam, qua onustus erat exercitus, in amica regione partim in tuto deponere, partim dividere. Conf. cap. 78, 2. Simul eo consilio fortasse in Arcadiam rediit, ut securos redderet Eleos & Triphylios, tamquam nullum amplius periculum eis immineret.

Articu-

Digitized by Google

Verſ. 5. Articulum τὴν, qui vulgo deſiderabatur ad Τριφυλίαν, adjeci cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. In ſcripturam autem Τριφυλίαν cum aliis omnibus auctoribus conſentiunt codices noſtri Vat. & Flor. Ceteri partim Τριφυλίαν dant, partim Τρυφαλίαν. Τριφαλίαν h. l. Reg. A. & Perott. Τρυφαλίαν primum fuerat in Bav. ſed id in Τριφαλίαν mutatum. Viciſſim in Aug. primum Τριφαλ. videtur fuiſſe, ſed id in Τρυφαλ. mutatum. Conf. V. 27, 4. XVIII. 25, 7. & XVIII. 30, 10.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Δωρίμαχος. Δωρίμαχος Aug. Reg. A. conſtanter. — *Ibid.* Φιλίδαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perottus. Φυλίδαν edd. cum Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τοὺς Ταραντίνους. *Tarentini*, levium equitum genus. conf. XI. 12 ſq. De his conſule Arcerium ad Aeliani Tact. p. 15. & quos ibi citat, in primis Suidam in Ἱππική. Eorumdem ex Polybio meminit Livius XXXV. 28 ſq. — *Ibid.* βοηθῶν εἰς τὴν Τριφυλίαν. Τρυφαλίαν h. l. dant codices omnes; ſane nec ex Vat. hic notatur diſcrepantia ab editis. Sed in Flor. inter lineas vera lectio Τριφυλίαν indicatur, quam inde in contextum recepit alter Florentinus Laurentianus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἀπὸ Τριφύλου. Τριφύλου recte dederunt Vat. Flor. Reg. A. Τριφάλου Bav. & Perott. ſed in Bav. ſuper ι eſt υ, quod tenuerunt editores & Reg. B. C. Eodem modo Aug. Τρυφάλου. — *Ibid.* τοῦ τῶν Ἀρκάδος παίδων ἑνός. Sic recte ed. 1. cum Bav. Conſentit Pauſanias X. 9. p. 819. οἱ τοῦ Ἀρκάδος παῖδες, Ἔλατος καὶ Ἀφείδας, καὶ Ἀζάν· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Τρίφυλος. Mendoſe Τριφύλου τῶν Ἀρκάδων παίδων ἑνὸς Vat. Flor. Reg. Τρυφάλου τοῦ τῶν Ἀρκάδων παίδων ἑνὸς Aug. Hinc Τρυφάλου τοῦ τῶν Ἀρκάδων παιδὸς, deleta voce ἑνὸς, ed. 2 & ſqq. A tribus φύλοις in unum coalitis nomen *Triphyliae* Strabo repetit lib. VIII. p. 337. cujus originis etiam Stephanus Byz. meminit.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. τὸ Σικελικὸν πέλαγος scribendum contendit Gronovius in Notis msstis ad I. 37, 4. Vers. 8.

Ibid. ἐσχατεύουσα τῆς Ἀρκαδίας ὡς πρὸς χειμερινὰς δύσεις. Quod vulgo libri omnes habent τῆς Ἀχαΐας, manifeste pugnat cum eis, quæ & satis liquido ceteroquin *de Triphyliæ situ* novimus, & quæ modo ipse docuit Polybius, cum *inter Elidem & Messeniam interjectam* ait. Itaque PALMERIO obtemperare non dubitavi, ad hunc locum monenti: Lege Ἀρκαδίας. Non enim attingit *Achaiam* Triphylia, sed jacet ad occidentem hibernum *Arcadiæ*, Achaia ad septemtrionem." —

Vers. 9. Λέπρεον. Rectum casum τὸ Λέπρεον facit Polybius, cap. 79 seq. sicut Strabo; ὁ Λέπρεος Pausanias. — Vers. 9.

Ibid. Τπάναν. Τπαναν rescribe. Corrupte h. l. Τγίαναν ed. 1. 2. cum Bav. & Τγίανναν Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus. Sed deinde cap. 79, 4. recte ed. 1. 2. cum codicibus omnibus Τπαναν, quod ita editum & ibi & h. l. oportebat. Τπάναν penacute & h. l. & deinde edidit Casaub. & seqq. minus adcurate, nam cum accentu in antepenultima & apud Strabonem lib. VIII. p. 344. scribitur hoc nomen, & apud Stephanum, qui diserte ad Polybii librum hunc quartum provocat.

Ibid. Τυπανέας dederunt Vat. & Flor. cum h. l. tum cap. 79, 2. Et consentit Stephanus, apud quem Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας. Conf. Casaub. ad Strab. VIII. 344. Τυπανίαν h. l. Aug. & Reg. A. Τυπαναίας Vrsin. Conf. ad c. 78, 1.

Ibid. Πύργον. Πῦργον h. l. Aug.

Ibid. Αἰπιὸν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Et sic rursus Aug. cap. 80, 13. *Epion* utrobique Perottus. Collata scriptura codicum utroque loco, Αἰπιὸν verissimum judicari debuit. Nam quod ex cap. 80, 13. hoc loco Ἐπειὸν reponendum Reiskius censuit, aliter fortasse judicaturus ille fuerat, si sciviſſet, unius codicis Bav. auctoritate ibi niti vulgatam lectionem. Quod enim simul ad Strabonem

Digitized by Google

Verſ. 9. VIII. ad Panſaniam, & ad Stephanum in Ἔπειοι provocat, qui docent, *Eleos* olim *Epeos*, Ἐπειοὺς, fuiſſe adpellatos, id quidem nullam vim habet ad nomen hujus oppidi Triphyliæ, de quo nunc agitur, ſtabiliendum.

Ibid. Βώλακα, Στυλλάγιον. Mendoſe ed. 1. 2. cum ſcriptis libris omnibus Βώλακας, Τυλάγιον. Recte vero extremam literam prioris vocabuli ad initium alterius a Caſaubono eſſe tractum, cum ex Stephano Byzantino, tum ex ipſo Polybio cap. 80, 13. ſatis intelligitur. Sed cum & hoc loco & cap. 80, 13. codices ad unum omnes ſimplex dent λ, & duplex γ/, teneri hæc codicum Polybianorum ſcriptura Στυλάγ/ιον debuit; atque ita reſcriptum utroque loco velim, quamquam apud Stephanum Στυλάγιον, quod amplexus Caſaubonus eſt, vulgo legatur.

Ibid. Φρίξαν. Sic edd. & mssti cap. 80, 13. & h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. atque ſic correxit h. l. Gronovius, cum ante eum ex Bav. Φρύξαν eſſet editum. Conſentit Pauſanias & Stephanus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Ἀλιφειραίων. — „Poſſit videri ab Ἀλίφειρα derivari Ἀλιφειραῖος. Sed Stephanus edit Ἀλιφειρεύς, unde legendum h. l. Ἀλιφειρέων, quam lectionem confirmat etiam noſtri cap. 78, 8. ubi Ἀλιφειρεῖς legitur.“ REISK. — Nihil variant codices; & nil impedit, quo minus utraque terminatio in uſu eſſe potuerit.

Ibid. συντελοῦσαν (vel τελοῦσαν) ἐξ ἀρχῆς εἰς Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλόπολιν, *quæ ab initio* (vel, *quæ olim*) *Arcadiæ & Megalopoli attributa fuerat.* Quod ſi ſervatum cupis οὖσαν, in quod conſentiunt libri omnes, neceſſario deinde Ἀρκαδίαν καὶ Μεγαλόπολιν in Ἀρκαδίας καὶ Μεγαλοπόλεως vel καὶ Μεγαλοπολιτῶν mutari debebit. Et Ἀρκαδίας quidem unus recentiſſimus Reg. B. habet; ceteri in eam, quam dixi ſcripturam, conſentiunt, & καὶ Μεγαλόπολιν ipſe etiam Reg. B. ſervavit: quæ ratio miror quo pacto probari Caſaubono potuerit, qui & in græcis eam eſt ſecutus, ita ſcribens, οὖσαν ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίας· καὶ Μεγαλόπολιν, Ἀλιάδου τοῦ Μεγαλοπολίτου

Digitized by Google

πολίτου &c. & latine hunc locum ſit expreſſit: *urbem quoque Alipheræorum adjecerunt, quæ ab initio Arcadiæ attribuebatur: adjecere & Megalopolim, Alliada Megalopolitano, tempore tyrannidis ſuæ, tradentes* [*tradente* ſcribere voluit, quemadmodum correxit Gronovius] *in permutatione propter privatas quaſdam cauſas ab eo cum Eleis inſtituta.* Quæ ſententia quam & per ſe abſurda ſit, & reliquæ Peloponneſi hiſtoriæ contraria, abunde cuilibet paulo attentiori doctiorive lectori patere dicerem, ni in ea adquieſcentes recentiores omnes interpretes viderem. Vnus ipſe ISAACVS CASAVBONVS, errorem poſtmodum intelligens, ad oram exempli ſuæ editionis adnotavit: „*Scribe* Μεγαλοπολιτῶν, *ex emend. Ioſ. Merceri.*“ — Sed, qui hoc in Notis editis ad h. l. retulit MERICVS CASAVBONVS, quænam vis eſſet iſtius emendationis, non magis, quam multa alia, quæ in ſchedis Iſaaci patris invenit, percepiſſe ſe ſatis prodidit, cum ad prædicta verba de ſuo ingenio hæc adjecit: „Verſio igitur corrigenda: *quæ ab initio Arcadiæ attribuebatur; & Megalopolitanorum Alliada* &c.“ — At jam pridem ante Iſ. Caſaubonum genuinam Polybii ſententiam, quam nos & in græcis reſtituimus, & in latina verſione expreſſimus, præclare perſpexerat germanicus Interpres, Xylander: *auch die Statt Aliphera, welche zuvor den Arcadiern und Megalopolitern hat zugehört.* Quæ ſententia Livii confirmatur teſtimonio, lib. XXVIII. c. 8. *Alipheram (Philippus) Megalopolitis, quod ſuorum fuiſſe finium ſatis probabant, reſtituit.* Ex eodemque Livio XXXII. 5. & ex Pauſania VIII. 26. p. 652. & c. 27. p. 654 ſq. diſcimus, *Alipheram* (Ἀλιφήρων Pauſanias ſcribit) *unam eſſe ex iis urbibus, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum fuerant contributæ.* Verſ. 20.

Ibid. Λυδιάδου τοῦ Μεγαλοπολίτου. Cum vulgo Ἀλιάδου legeretur, notavit ad h. l. GRONOVIVS: „Credo, pro Λυσιάδου, cujus meminit lib. II. cap. 44. & 51. & Plutarchus Arato. In Legationibus quoque men-

Digitized by Google

Verſ. 10. tio ſit *Lyſiadæ* legati, quo certius conſtat, Achaicum hoc nomen fuiſſe." GRONOV. — „Conjecturæ Gronovii favet ille Pauſaniæ locus, p. 656. ubi tempora Megalopolis enarrans, duos tantum in ea urbe tyrannos ait fuiſſe, Ariſtodemum, &, duabus ætatibus poſt, Λυδιάδην, Cleomeni æqualem." REISK. — De hoc viro & ejus nomine confer quæ notavimus ad II. 44, 5. nec dubitabis, puto, recte hunc locum eſſe a nobis emendatum.

CAPVT LXXVIII.

Cap. LXXVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Φιλίδας. Sic Aug. Reg. A. & Bav. ſed in hoc ſuperſcriptum υ, unde Φυλίδας edd. Conf. cap. 77, 6. Φαλαΐδας nunc Vat. & Φαλαίδας Flor. — *Ibid.* Τυπανέας h. l. ſolus Aug. ſed in eo videtur primum fuiſſe Τυπανείας. (Τυμπάνεια nomen hujus oppidi editur apud Ptolemæum.) Τυμπανίας ed. 1. 2. cum Bav. Τυπανίας h. l. ed. Caſaub. & ſeqq. caſu magis, puto, quam conſilio: nam iidem cap. 77, 9. Τυπαναίαν dant; cap. 79, 2. vero, τὰς Τυπανέας. Sed h. l. in Τυπανίας conſentiunt Reg. A. & Flor. Ex Vat. nulla ab ed. 2. diſcrepantia hic notatur. *Typaneis morabatur*, Perott.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ἡραιέων. Ἡραίων ed. 2 & ſqq. temere & invitis msstis. — *Ibid.* πρὸς τὴν Ἀλίφειραν. Ἀλίφυρα ed. 1. 2. & τὴν omittunt editiones omnes; utrumque contra codicum fidem.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἔχοντος πλεῖον ἢ δέκα σταδίων πρόσβασιν. Triginta fere ſtadiorum itinere adſcendi per clivum in hoc oppidum, ait Pauſanias VIII. 26.

Vers. 4. ἀνεπίστατον. Passive acceperunt Reiskius & Ernestius, *cui nemo possit* ἐπιστῆναι, *supervenire; qui prorsus adiri non possit.* Imo recte Casaub. active cepit, *incuriosum, negligentem* se præstitit. conf. c. 35, 6. Sic adverbium ἀνεπιστάτως frequentissime activa notione usurpat Polybius. — *Ibid.* αὐτόν. αὐτὸν Bav. Reg. A. — *Ibid.* καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰ κατὰ &c. καὶ τοῖς κατὰ Flor. omissis mediis. Et τὰ carent ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Vat. & Flor. Recte adjecit Casaub. cum Vrsino & Reg. B. — *Ibid.* ὑποδεικνύων, reciproce, intell. ἑαυτὸν, ut II. 39, 12. & sæpe aliâs. Vers. 4.

Vers. 6. καὶ κατὰ γῆν. καὶ carent edd. cum Bav. Dederunt Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. nil notatum. — *Ibid.* βασιλεύοντες tenui, quia paulo post sequitur κυριεύοντες, vers. 8. & variare voluisse visus est orationem, βασιλεύοντες, δεσπόζοντες, κυριεύοντες. Sed fortasse istam subtilitatem non curavit Polybius. Vers. 6.

Vers. 8. Μαρώνειαν. Μαρωνίαν Vat. — *Ibid.* πορρώτερον restitui ex ed. 1. 2. & msstis. Citra necessitatem id in πορρωτέρων mutavit Casaub. Vers. 8.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 9. *Vers.* 9. εὗρε καὶ πλείους recte Vat. & Flor. Saepe ista ratione particulam καὶ positam ante vocab. πλείους vidimus. εὕρηκε πλείους edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Conf. ad I. 20, 6.

Vers. 11. *Vers.* 11. Κλεομένης. Conf. II. 69. extr.

Cap. XXXV.

CAPVT XXXV.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐκεῖνος μέν. μὲν carent Aug. Reg. A. — *Ibid.* μονονοὺχ ἐπ' ὀνομ. dederunt Vat. Flor. Poterat tamen & vulgatum servari. De re confer lib. IV. c. 35. — *Ibid.* προϑ. τὴν Κλεομ. Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐφιστάνων οὐδενί. ἐν, quod erat insertum, delevit Casaub. cum Reg. B. Recte, si quid video. Adhaeserat nempe illa vocula ex fine vocis praecedentis; ut IV. 68, 4. ὁδὸν ἐν ἧπερ ἦκε. & IV. 17, 4. χρόνον ἐν ἀκαταπαύστοις, quibus locis pariter ex eadem occasione irrepsisse eadem vocula videtur. Confer ad cap. 40, 4. Et alibi prorsus temere insertam vulgo vidimus, ut IV. 87, 2. Verbum ἐφιστάνειν vel συνεφιστάνειν, scil. τὸν νοῦν, idem est, ac ἐπιστῆσαι (τὸν νοῦν) vel ἐπιστῆναι. Et construuntur haec cum dativo τινί, vel cum ἐπί τι, non ἐν τινί. Quare aut φύδενὶ aut ἐπ' οὐδὲν scriptum oportuit.

Vers. 9. *Vers.* 9. ἀκονιτί. ἀκονητὶ Flor. — *Ibid.* αὐτὸς ὁ Κλεομένης. — „*Ipse Cleomenes*, qui a se esset beneficiis maximis ornatus." REISK. — Sane αὐτοῦς, longius ita distractum a σφίσιν, quod sequitur, ferri non poterat.

Vers. 10. *Vers.* 10. αὐτῶν τὰ πράγματα recte ex Reg. B. recepit Casaub. αὐτῷ edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Erroris eadem origo, quam notavi ad verbum τολμᾷν, cap. 33, 7. — *Ibid.* παρακρεμάμενα. παρακρεμμαμένα ed. 1. cum Bav.

Vers. 12. *Vers.* 12. Δι' ἅ. Cum Διὰ ταύτην fuisset in ed. 1. 2. & mastis, vocem hanc, ut importunam hoc loco, prorsus abjecit Casaub. & seqq. editores. In Reg. B. est διὰ μὲν οὖν τὴν ἐπιβολήν, & in ora adjicitur pronomen ταῦτα, inserendum post διά. — *Ibid.* ἐπιβολήν. ἐπιβουλὴν Aug. fre-

Digitized by Google

frequenti & aliâs errore. — *Ibid.* κατέχειν. Mendose μετέχειν idem Aug.

CAPVT XXXVI.

Cap. XXXVI.

Vers. 1. ἀναίρεσιν τοῦ Μάγα. vid. c. 34, 1. — *Ibid.* Βερενίκης utrobique dederunt Vat. & Flor. Βερενίκης edd. cum ceteris codd. ut apud Iustinum & passim apud alios scriptores. Sed vide vers. 6. — *Ibid.* αὐχάλλειν, *blandiri*, opportune dederunt Vat. & Flor. Eodem verbo utitur Noster XVI. 24, 5. De canibus sigillatim usurpavit Aelianus Hist. Animal. VIII. 2. XI. 3. & 20. Vers. 1.

Vers. 2. Κλεομένην. Κλεομένη Aug. Reg. A. Sic rursus cap. 37, 2. Vers. 2.

Vers. 6. Βερενίκης nunc etiam editi habebant, consentientibus Bav. Vat. Flor. Βερονίκης Aug. Reg. A. Vers. 6.

CAPVT XXXVII.

Cap. XXXVII.

Vers. 1. Μεσσήνιος. Μεσήνιος ed. 1. 2. cum Bav. constanter simplici litera σ. — *Vers.* 2. τὶς ἦν. ἦν τις Aug. *Ibid.* Ἀρχίδαμος ἐκ τῆς Σπάρτης ἔφυγε. cf. VIII. 1, 3 sqq. & Plutarch. in Cleom. Ejusdem meminit Polyb. IV. 35, 13. — *Ibid.* ἀναγκαίοις recte edd. Mendose ἀνοῖς Flor. Aug. Reg. A. quod ἀνθρώποις significat, & id ipsum perspicue est in Vat. — *Ibid.* ὑπεδέξατο. Simplex ἐδέξατο dant Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vers. 1. sq.

Vers. 3. τοῦ Κλεομένους. Temere καὶ Κλεομ. ed. 1. — *Ibid.* ἔδωκαν αὐτόν. Cum nil interesset, tenui hoc sicut ediderant Gron. & Ernest. & sic Bav. pro more. αὐτὸν ed. 1. 2. cum Aug. Reg. A. — *Ibid.* διαποστολὰς restitui ex ed. 1. & msstis. Perperam διαστολὰς ed. 2. & sqq. cum uno Aug. Vers. 3.

Vers. 4. ἔδει κυρωθέντων. — „Debebat, si diligentia in dicendo voluisset uti, dicere κυρωθεισῶν. praemisit enim συνθήκας.“ REISKIVS. — Spissam deinde exemplorum sylvam collegit idem vir doctus, quibus ad substantivum foeminini generis refertur participium generis masculini. Quae Vers. 4.

Digitized by Google

Quæ omnia nihil huc videntur pertinere. Neque enim ex Polybio ullum exemplum protulit, neque equidem aliquid simile in hoc scriptore observare me memini. Et hoc quidem loco ὧν κυρωθέντων in neutro genere ego acceperim.

Vers. 6. *Vers.* 6. πρὸς μὲν οὖν. οὖν carent Aug. & Reg. A.

Vers. 8. *Vers.* 8. Ἱππίταν. Ἱππότας apud Plutarchum in Cleom. p. 822. nomen vulgo proditur amici illius sociique Cleomenis, cujus & fides in regem & animi constantia ibidem laudatur. — *Ibid.* περιπατοῦντας recte ed. Casaub. & seqq. cum Bav. Vrsin. & Reg. B. Temere περιπατοῦντα ed. 1. 2. περιπατῶντας Vat. Aug. Reg. A.

Vers. 9. *Vers.* 9. τί παρείη. Sic ex conject. primum correxeram. Conjecturam dein confirmatam vidi codicis Flor. auctoritate.

Vers. 10. *Vers.* 10. Ἐβουλόμην ἂν σὲ &c. Verba hæc, usque κατεπείγεται habet ora *cod.* VRB. — *Ibid.* κυναίδους. κυνοίδους Flor.

Ibid. σάμβυκας cum accentu in antepenult. dederunt ed. 1. 2. 3. 4. cum codicibus nostris ad unum omnibus, Bav. Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. a qua scriptura, quamquam paulo insolentiore, recedere in tanto codicum consensu nefas duxi. Fuerit autem σάμβυκας a recto casu ἡ σάμβυξ derivatum, pro quo aliàs vulgo & apud alios scriptores & apud Polybium nostrum ἡ σαμβύκη, τῆς σαμβύκης usurpatum videmus. Verumtamen rursus apud Nostrum VIII. 6, 2. τὰς σάμβυκας editi & scripti libri omnes, & iterum VIII. 7, 8. eodem modo quatuor codices habent; quam scripturam & Suidas ob oculos utique habuit, cum scripsit: Σάμβυκες· εἶδος μηχανήματος πολιορκητικοῦ, ὡς Πολύβιος φησί. Quam eamdem scripturam etiam nos praedictis locis tenuissemus, nisi in eadem illa narratione apud eumdem Polybium rursus libros omnes VIII. 6, 8 & 10. in τῆς σαμβύκης, & VIII. 6, 11. in τῇ σαμβύκῃ, & in αἱ σαμβύκαι VIII. 7, 10. denique in ipsum τὰς σαμβύκας VIII. 8, 6. consentientes vidissemus. Sed vel sic duobus, quos dixi, locis poterat atque etiam fortasse debebat a nobis τὰς σάμβυ-

Digitized by Google

σάμβυκας teneri; nam ex eorumdem locorum cum hoc noſtro & cum memoratis Suidæ verbis collatione intelligi par eſt, Polybium quidem peræque ἡ σάμβυξ & ἡ σαμβύκη, vel ſaltem in plurali numero αἱ σάμβυκες & αἱ σαμβύκαι, τὰς σάμβυκας & τὰς σαμβύκας uſurpaſſe. Denotat autem iſtud vocabulum ἡ σαμβύκη, ſive ἡ σάμβυξ, plerumque quidem, quemadmodum in locis, ex libro VIII. citatis, *machinam bellicam navibus impoſitam, cujus uſus erat in oppugnatione urbium maritimarum*: de qua machina, præter ipſum Polybium VIII. 6. ſqq. & Appianum Mithrid. cap. 26. conſule, ſi vis, Athenæum Deipnoſoph. lib. XIV. cap. 8. p. 633 ſq. Bitonem, in Κατασκευαῖς πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν, in Veterum Mathematicorum operibus, Lutetiæ 1693. editis, pag. 110 ſeq. Athenæum Mathematicum, περὶ Μηχανημάτων, ibid. p. 7. Vegetium de Re Milit. IV. 21. & ex recentioribus Lipſium in Poliocret. lib. I. dialog. 6. Sed proprie ſignificat *inſtrumentum muſicum*, a cujus forma nomen invenit bellica illa machina. Erat autem inſtrumentum pulſatile, triquetrum, fidibus inæquali longitudine conſtans, *kαrpæ* noſtræ fere ſimile, ut poſt Turnebum in Adverſarior. lib. XX. 1. docuit Marcellus Donatus ad Livii libr. XXXIX. c. 6. in Livii edit. Drakenborch. & in Gruteri Theſauro Critico T. VI. part. II. p. 78. cujus viri diſputatio ad ipſum etiam hunc Polybii locum, in quo verſamur, ſpectat. Satis autem eodem hoc loco adparet ex connexione, σάμβυκας nunc ne ipſa quidem *inſtrumenta muſica* dici, ſed *puellas, inſtrumenta pulſantes*, quas σαμβυκιστρίας aliàs Græci, Latini *ſambuciſtrias*, vocant. Quare in eadem hiſtoria Plutarchus, Polybii hanc narrationem haud dubie in animo habens, Cleomenis verba in hunc modum refert: Ἐβουλόμην ἄν, σὲ μᾶλλον ἥκειν ἄγοντα σαμβυκιστρίας καὶ πυαίδους. (in vita Cleomen. p. 821. edit. Wechel.) Ne quis vero ob hæc, quæ Plutarchus habet, ſolicitandam putet codicum Polybianorum ſcripturam, & σαμβυκιστρίας Polybio pro σάμβυκας velit obtrudere. Etenim non ſolum per tropum quemdam orationis, in aliorum

Verſ. 10.

Digitized by Google

Verſ. 10. rum pariter populorum linguis haud infrequentem, *inſtrumenti* nomen pro *homine, qui illud commode pulſat*, uſurpare potuit Polybius; ſed in hoc quidem nomine etiam vulgari uſu id obtinuiſſe probabile eſt. Certe in illo M. Marcelli dicto, quod ut feſtivum refert Noſter VIII. 8, 6. ſalem omnem & acumen deſideraveris, niſi vocabulum σαμβύκη (ſive, quod eodem pertinet, σάμβυξ) pariter & *ſambuciſtriam*, & ipſam *ſambucam*, ex familiari ſermonis uſu denotaſſe ſtatuas. Ac ſane eadem notione latino etiam nomine, *ſambuca*, Plautum uſum videmus in Sticho, Act. II. Sc. 2. verſ. 56 ſq.

— — — — *fidicinas, tibicinas,*
ſambucas advexit ſecum forma eximia. —

ubi, poſtquam, contra veterum editionum & contra codicum manuſcriptorum (quoad quidem ſciam) fidem, *ſambucam* edi cœptum eſt, veterum ſcripturam ſedulo defenderunt Io. Bapt. Pius, in Annotationib. poſteriorib. cap. 3. Tom. I. Theſauri Critici Iani Gruteri p. 393. & Marcellus Donatus ad Livii lib. XXXIX. 6. in cod. Theſ. Crit. T. VI. P. II. pag. 78. Confer, ſi tanti videtur, quæ de eodem vocabulo Σαμβύκη uberius etiam diſputavimus in Emendationibus in Suidam pag. 71 ſqq.

Ibid. τούτων γὰρ ὁ νῦν βασιλεὺς πατρεπάγεται. Ora cod. Aug. & Reg. A. ἤγουν Φροντίζει. Plutarchus in Cleom. p. 821. ταῦτα γὰρ νῦν μάλιστα πατρεπίγει τὸν βασιλέα. Ad τούτων apud Polybium intelligendum aut ὑπὲρ aut στενδῇ monuit Reiſkius.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ῥηθέντα caret Flor. — *Verſ.* 12. προϋπάρχουσαν αὐτῷ edd. cum Bav. & ex Vat. nihil varietatis adfertur. ἑαυτῷ Flor. Aug. Reg. A.

Cap. XXXVIII.

CAPVT XXXVIII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἀνενεχθείσης. Mendoſe ἀνεχθείσης Aug.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. εὐθέως. Nova utique periodus ab hoc verbo incipienda videtur, ſcribendumque εὐθέως οὖν ὁ Σωσίβ. Frequenter particulam οὖν librariorum negligentia omiſſam obſervavimus. Vide ad III. 12, 7. III. 13. 3. V. 39, 6. &c.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. μὴ μέλλειν. Temere μὴ μένειν solus Reg. B.

Vers. 7. παραφυλατ]όμενος ab Vrsino accepit Casaub. Habet autem hoc Vat. & Flor. Simpl. φυλατ]όμενος ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. B. — *Ibid.* τῶν ἄλλων τῶν ἀπηγμένων. Restitui duo verba τῶν ἄλλων, temere & invitis mstis omissa in ed. Casaub. & seqq. — *Ibid.* ὑπηγμένων pro ἀπηγμ. dant Vat. & Flor. Vers. 7.

Vers. 10. τὸ τοιοῦτον. Caret τὸ Aug. Reg. A. — *Ibid.* προτιθέμενος, *ob oculos sibi proponens.* Sic scripti libri ad unum omnes. Cum operarum errore in ed. 1. & inde in ed. 2. fuisset ποτιθέμενος, Vrsinus, codicem suum mstum non inspiciens, ὑποτιθέμενος scribere jussit; in quo ei temere obtemperavit Casaub. & seqq. — *Ibid.* Μὴ μὰν ἀστοὺδέ γε &c. Iliad. lib. XXII. 304 sq. Vers. 10.

CAPVT XXXIX. Cap. XXXIX.

Vers. 1. καὶ καταμεθυσθέντων accepi a Vat. & Flor. Sæpe præsertim post καὶ neglecta est a librariis præpositio κατά. Vers. 1.

Vers. 3. Πτολεμαίῳ τῷ τότε. Perperam τῷ Πτολ. τότε Aug. Reg. A. — *Ibid.* παρέλειπεν. — „Si recte habet vulgata, & παραλείειν significat *includere carceri*, quam significationem ei Casaubonus tribuit, videtur e dialecto Macedonica ductum esse.“ REISKIVS. — Quid scripserit Polybius, non adsequor. Hoc video, consentaneum non esse, ut desperatos hos credamus spatium sibi sumsisse ad *trahendum* Ptolemæum *in custodiam*. Pariter multo lenius est, quam ut huc quadret, id quod ERNESTO in mentem venit: „Possis conjicere παραλύουσιν, sc. τῆς ἀρχῆς, *movent potestate quam in urbe habebat.*“ — Perspicue Plutarchus in Cleom. p. 822. ait: τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ ὁρμοφόρους διεσπάσατο, αὐτὸν δὲ (Πτολεμαῖον) κατασπάσαντες ἀπὸ τοῦ ἅρματος ἀπέκτειναν. Placeret apud Polybium παρέκτειναν, si modo usquam aliàs usurpatum hoc verbum reperiretur. Proxime a codicum scriptura abesset περιέλκτειναν, *circumtraxerunt.* Sed vide an παρέλευσαν aut περιέλευσαν Vers. 3.

λευσαν ſcripſerit, eadem notione qua aliâs καταλεύειν vſurpat, *lapidibus obruerunt.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συνεξανισταμένου edd. ex Bav. Conf. ad III. 34, 9. — *Ibid.* εἰς Φυλακήν. εἰς τὴν Φυλακὴν Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod recipi in contextum poterat.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. μὲν οὖν. Caret οὖν Aug. — *Ibid.* ἐπιδέξιος ed. Caſaub. & ſeqq. cum Vrſino Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Suida in Κλεομένης. περιδέξιος ed. 1. 2. ex Bav. — *Ibid.* τῇ φύσει. τὴν φύσιν Suidas.

Cap. XL. CAPVT XL.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Μετὰ δὲ τοῦτον. τοῦτο Aug. Bene habet τοῦτον, ſcil. *poſt Cleomenem*, qui *primus* fuerat, qui res novas contra Ptolemæum Philopatorem moveret. vide cap. 34, 11. — *Ibid.* Tria verba οὐ πολὺ κατόπιν, temere & contra Bavarici exemplaris fidem omiſit ed. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐπιβολὴν Ἀντιόχου τοῖς κατὰ Κοιλ. Συρ. πράγμασι. Nomen adſciſcens caſum ſui verbi; de qua conſtructione dixi ad I. 11, 1. De re, quam hic dicit Polybius, vide cap. 46.

Ibid. In τυχεῖν conſentiunt libri omnes. In uno Aug. primum fuerat τυγχάνειν, quod inde in oram ed. 2. eſt receptum, ſed in Aug. ob eadem manu correctum τυχεῖν.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐπεβάλετό τε λαλεῖν. Sic ed. Caſaub. & ſeqq. cum Bav. ex prima ſcriptura, & Aug. & Reg. A. Sed in Bav. eadem manu ſtatim altera litera λ ſuperſcripta, unde ἐπεβάλλετό τε ed. 1. 2. & Reg. B. At Vat. & Flor. perſpicue dant ἐπεβάλετο τότε λαλεῖν, quod commodius eſt, & recipi in contextum debuit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ποιησόμεθα. Perperam ποιησώμεθα Flor. — *Ibid.* ἐπὶ τὴν ἀρχήν. ἕως ἐπὶ maluit Caſaub. — *Verſ.* 5. τὰδελφοῦ. τοῦ ἀδελφοῦ Aug. — *Ibid.* πρῶτον ἐν τοῖς. ἐν carent Vat. Flor. Aug. Reg. A. abſorptum ab extrema litera ν vocis præcedentis. Vice verſa, poſt eamdem literam finalem, temere inſertam præpoſitionem ἐν vidimus V. 35, 6.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 6. *ὑπερβαλὼν τὸν Ταῦρον.* conf. IV. 48, 8. — *Verſ.* 7. *ἐγκειρικῶς* recte ed. Caſaub. & ſeqq. Et ſic Aug. & Reg. A. Mendoſe *ἐγκειρηκῶς* ed. 1. 2. cum Bav. Pejus *ἐγκειρεῖν* Vat. & Flor. — *Ibid. τοῦ Μόλωνος. τῷ Μόλονος* Vat. Flor. — *Ibid. Μηδίας.* In hanc ſcripturam libri conſentiunt omnes lib. X. c. 27. Scriptura per *ει* ex Colchicæ *Medeæ* nomine adhæſit librariis, quorum hominum opera in Tragicorum deſcribendis codicibus præcipue verſabatur. Verſ. 6, 7.

CAPVT XLI. Cap. XLI.

Verſ. 1. *διαστρέφειν. διατρέχειν* Aug. Reg. A. — *Verſ.* 2. *ἐπὶ τὰ πράγματα. ἐπὶ* caret ſolus Aug. — *Ibid. ἐγχειρισ. ἐγχειρησ.* ed. 1. 2. Bav. Aug. — *Ibid. Ταῦρον. Πάδον* Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. *τῶν μὲν τὰς ἀγνοίας.* Sic Vat. Flor. & Vrſin. a quo accepit Caſaub. *τῶν μὲν τῆς ἀγνοίας* Aug. Reg. A. *τοὺς μὲν τῆς ἀγνοίας* ed. 1. 2. ex Bav. — *Ibid. ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐνδεχόμενος, in pejorem partem accipiens, interpretans.* Nil mutant codices. Videtur tamen utique *ἐνδεχόμενος* cum Scaligero, Reiſkio & Erneſto legendum, quo verbo & alibi Polybius eadem notione utitur. Nam quod *ἐνδεχομ.* ex Lucian. T. I. p. 698, 93. & T. II. p. 357, 49. defendere tentavit Reiſkius, vereor ut id, quod voluit vir doctus, efficiat, quandoquidem alia notione ibi accipitur iſtud verbum. Verſ. 3.

Ibid. τοῖς δὲ χειροποιήτους καὶ ψευδεῖς ἐπιφέρων αἰτίας, ἀπαραίτητος ἦν καὶ πικρὸς δικαστής. aliis per calumniam falſa crimina impingens, inexorabilem ſe & immitem judicem præbebat. τοὺς δὲ, pro *τοῖς δὲ* habent ed. 1. 2. conſentientibus veteribus mſstis cunctis. Porro vocabulum *αἰτίας*, ut jam ſignificavi in ſcholio, ſcripti libri prorſus ignorant ad unum omnes. Tum vero *ἀπαίτητος ἦν* dant ed. 1. 2. cum Bav. Aug. & Reg. A. eodemque modo Vat. in contextu. In ora vero Reg. A. hæc eſt nota: *ἔχε τὸ ἀντίγραφον ἄπιτος.* Eademque nota fuerat in Aug. ſed

Digitized by Google

Vers. 3. ibi, ob nimis circumcisam a recentiore bibliopego marginem, tres posteriores literæ hodie desiderantur. In Vat. simillima est adnotatio: οὕτως εἶχε τὸ ἀντίγραφον, ἄτητος. Sed in eisdem Vaticanis membranis tres priores literæ vocis ἀήτ]ητος, quæ in contextu est, punctis inferne notantur ut spuriæ, & superscriptæ sunt literæ ἀπαραι, quibus indicatur vocabulum ἀπαραίτητος, quod ipsum solum in contextu habent Flor. & Reg. B. nulla adjecta nota. Et ἀπαραίτητος Xylander etiam (teste Casaubono in ora Basil.) adnotaverat ad oram exempli editionis Basileensis, quo ille usus olim erat, quod deinde ad Casaubonum missum est a Wechelianis hæredibus. (Vide Casaub. ad I. 26, 6. in Adnotat. nostris p. 218. & confer ejusdem Casauboni Epist. CXIX. & CXX. ad Bongarsium datas.) His præmissis de codicum scriptura, primum nemo dubitabit, quin corruptum sit τοὺς δὲ, quod erat initio hujus commatis. Id vero in τοῖς δὲ recte mutavit Reg. B. & cum hoc Casaubonus & sequentes editores. Reliqua fortasse ferri potuerant. Nam αἰτίας quidem non necessario requirebatur, quandoquidem ex præcedentibus haud incommode intelligi poterat nomen ἀγνοίας. Sed postquam receptum illud erat a Casaubono, nolui rursus ejicere, cum & per se commodissimum esset, & latere quodammodo videri posset in ἄτητος, quod habet ora nostrorum codicum; quamquam id ipsum peræque ex ἀήτητος corruptum esse potest. Denique ἀήτ]ητος κριτὴς, *invictus judex*, scil. *precibus invictus*, dici utcumque poterat pro ἀπαραίτητος, *inexorabilis*: at quoniam hoc ipsum ἀπαραίτητος, proprium in hac re vocabulum, in codicibus nonnullis est repertum, non aspernandum duxi. Ceterum vocabuli χειροτόνητος usum, qui hoc loco obtinet, ut minus tersum notavit Reiskius, & ex Macedonica dialecto adhæsisse Polybio contendit.

Vers. 4. *Vers.* 4. περὶ παντὸς ἐποιεῖτο βουλόμενος ἐπανελέσθαι. — „Fuit, cum vocabulum βουλόμενος mihi redundare & delendum esse videretur. Sed deprehendi postmodum usu

Poly-

Digitized by Google

Polybii, eum solere post dictionem ἐποιεῖτο περὶ παντὸς adjungere participium aliquod, ut βουλόμενος vel σπουδάζων, quod plane redundat. Exemplum ejus rei habemus p. 549." [V. 50, 4.] REISKIVS. Vers. 4.

Ibid. τὸν ἀποκομίσαντα, *qui reduxerat.* Sic ex conjectura cum Scaligero correxit Casaubonus. ἀποκομίσοντα *qui abducturus erat*, ed. 1. 2. consentientibus msstis, excepto Flor. qui (ni fallit Gronoviana collatio) cum Casaubono facit. — *Ibid.* τὰς Σελεύκῳ. Temere caret τὰς ed. 1. Perperam τὰ habet Aug.

Vers. 5. ἐπεῖχε. Casaubonus: *omnia observabat.* Possis & vertere, *continuit se*, *exspectavit.* — *Ibid.* ὁρμῆς pro ἀφορμῆς positum monuit Casaub. in ora Basil. Vers. 5.

Vers. 7. διότι restitui ex ed. 1. 2. & vett. codd. contra quorum fidem ὅτι scripsit Reg. B. quod adoptavit Casaub. — *Ibid.* δεῖ μὴ μέλλειν recepi ex Vat. & Flor. conf. c. 49, 2. Ceteri vulgo οὐ δεῖ μέλλειν. Vers. 7.

Vers. 8. οὕτω γάρ. οὕτως γὰρ ed. 2 & seqq. invitis msstis. — *Ibid.* οὐδὲ τολμήσειν ed. Casaub. & seqq. cum Vrsin. Vat. Flor. Aug. Reg. A. οὐ τολμήσειν ed. 1. & Reg. B. ex Bav. Temere οὐδὲν τολμήσειν ed. 2. — *Ibid.* παρόντος καὶ τοῖς πολλοῖς ἐν ὄψει γενομ. ed. Casaub. & seqq. cum Vrsino, Vat. &c. παρόντος ἐν ὀψ. καὶ τοῖς πολλ. γενομ. ed. 1. 2. cum Bav. Vers. 8.

Vers. 9. Vocab. ὑποχειρίους temere omissum est in ed. Casaub. & seqq. Vers. 9.

CAPVT XLII. Cap. XLII.

Vers. 1. ἔτι τοῦ προειρ. Sic recte Casaub. & seqq. cum Vrsin. Flor. & Reg. B. puto & Vat. quamquam ex hoc nil notatur. ἐπὶ τοῦ προειρημ. ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Vers.* 2. συμβουλῆς. συμβολῆς ed. Casaub. operarum errore. — *Ibid.* ἐγχειρίσαι Vat. Flor. Aug. & inter lineas Reg. A. ἐγχειρῆσαι edd. cum Bav. Vers. 1. 2.

Vers. 3. ὑποθύψας bene vertit Casaub. *leviter accendisse.* Emendandam scripturam monuit Ernestus. Pari Vers. 3.

Digitized by Google

Verſ. 3. modo erratum erat VI. 59, 4. Vide Suidam in Θύψις, & Θύψας, & Ὑποτυφούσης. Eſt enim a verbo ὑποτύφω, cujus verbi uſum exemplis illuſtravit Reiſkius ex Lucian. T. II. p. 908. ſ. de Gymnaſ. c. 26. & T. II. p. 185. ſ. Abdicati cap. 30. Tum ex Aeliani Var. Hiſt. IX. 41. ubi conſulere jubet Perizonium.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τοῦτον εἶναι πεπεισμένος. πεπεισμ. εἶναι τοῦτ. Flor.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐπὶ μὲν τὸν Μολ. Temere caret μὲν ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* μετὰ δυνάμεως Flor. Aug. Reg. A. B. puto & Vat. τῆς δυνάμεως, abſque μετὰ, ed. 1. cum Bav. μετὰ τῆς δυνάμεως ed. 2 & ſeqq.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῷ νεανίσκῳ περιστάϊη πόλεμος Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vrſin. περιστ. τῷ νεαν. πολ. edd. cum Bav. — *Ibid.* κωλυθήσεσθαι. Videtur proprium huic loco verbum eſſe κολουθήσεσθαι vel κολουσθήσεσθαι, cujus vis potiſſimum ineſt in *accidenda & minuenda poteſtate.* Exemplorum ſylvam Henr. Stephanus in Theſauro collegit; in quorum numero tamen nullum eſt, in quo eadem prorſus ratione, qua hoc loco, conſtruatur id verbum. Ceterum idem verbum κολούω apud Herodianum pariter cum κωλύω permutatum a librariis fuiſſe III. 11, 6. probabiliter utique ſuſpicatus eſt Henr. Stephanus p. 77. ſuæ editionis: & apud eumdem auctorem I. 8, 16. eam permutationem eſſe factam certo pronunciare licet, ubi pro vulgato κωλύειν perſpicue κολούειν habet codex Bavaricus, quem olim excuſſimus, (idem qui quinque priores Polybii libros ab eadem manu ſcriptos continet) & eadem dictio eſt qua plus ſemel Ariſtoteles in Politicis uſus eſt, (loca citavit Stephanus in Theſauro) κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας.

Ibid. Pro τοὺς ἀεὶ περιὸντ. eſt τοὺς ἐπὶ περιὸντ. in ed. Erneſt. operarum errore.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διό. διὰ (id eſt δι' ἃ) ſolus Aug. — *Ibid.* τὸ τελευτᾶιον. τὸ carent edd. invitis mſstis. — *Ibid.* καὶ φησὶ

φησὶ καί. Posterius καὶ, cum abesset vulgo, adjeci ex Vat. & Flor.

Vers. 8. ἐπιγραφῆς. conf. ad II. 2, 9. — *Ibid.* αὐτῷ. Vers. 8. αὐτῷ Reg. A. B.

CAPVT XLIII. Cap. XLIII.

Vers. 1. περὶ Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ τῷ Ζεύγματι. Vide Cellar. Geogr. Ant. lib. III. c. 12. p. 407 sq. Vers. 1.

Vers. 2. εὔχετο. ἤυχετο Flor. non Bav. quod per errorem positum est in schol. — *Ibid.* ἐπανελομ. ed. 2. & seqq. cum Aug. Vat. Flor. Reg. A. Solet hoc composito verbo uti Polybius pro simplici, quod habet ed. 1. cum Bav. Vers. 2.

Vers. 3. προστασίας. Temere προστατείας ed. 1. 2. — *Vers.* 4. εἰς τὴν Ἀντιόχειαν. Caret τὴν Flor. Vers. 3. 4.

Vers. 5. ἑτοίμους. ἑτοίμως Aug. — *Ibid.* τὰς ἐκ τῶν. Temere h. l. caret τὰς ed. 1. — *Ibid.* ἀνατατικὰς Casaub. & seqq. cum Bav. Vat. Flor. ἀναστατικὰς ed. 2. cum Aug. Reg. A. ἀνατητικὰς ed. 1. hinc ἀπατητικὰς Reg. B. In ora vero Aug. & Reg. A. est scholion, ἤγουν ἀπειλητικάς. Vers. 5.

Vers. 6. καὶ τὰ κατά. Caret τὰ Aug. — *Ibid.* δυνάμεως ἐπὶ τούς. Temere δυνάμεως caret ed. 1. & τοὺς caret ed. 2. Vers. 6.

Vers. 8. τῆς Ἀπολλωνιάτιδος χώρας. Ἀπολλωνιτίδος Aug. Reg. A. De *Apolloniatide* ad loca, quæ habet Cellarius l. III. c. 17. p. 771 sq. adde Strabon. lib. XV. p. 732. — „Est ubi hodie Náhawènd in Laurestan.“ REISK. — Cf. cap. 44, 6. ex quo loco intelligitur, inter Mesopotamiam & Persidem a Polybio poni *Apolloniatidem*. — *Ibid.* ὑπερβαλόντως. Perperam ὑπερβαλόντως edd. ex Bav. — *Ibid.* Φοβερὸς μέν. μὲν caret Aug. Quam vero hoc loco interrumpit orationem, eam post excursum de Media, quem cap. seq. interposuit, resumit & continuat cap. 45, 1. Vers. 8.

Digitized by Google

CAPVT XLIV.

Cap. XLIV. Vers. 1. *Vers.* 1. *ἱπποφόρβια* recte edd. ex Bav. Videndum tamen, ne non prorsus damnanda sit ceterorum codicum scriptura. Ex Platonis Politico Jungermannus ad Pollucem VII. 210. *τὴν ἱπποφορίαν* citat; id vero in *ἱπποφορβίαν* mutandum contendit. De *equorum Medicorum praestantia* confer Nostrum X. 27, 1 sq. Celebres ibi *Nisaei campi*, de quibus consule loca, quae ex Herodoto, Strabone & Eustathio ad Dionys. collegit Cellar. in Geogr. Ant. lib. III. cap. 18. p. 785 sq.

Vers. 2. *Vers.* 2. *περί γε μήν. μὴν* temere caret ed. 1.

Vers. 3. *Vers.* 3. Ἡ γὰρ Μηδία. De scriptura vide Adnot. ad cap. 40, 6. De re confer lib. X. c. 27. Habet hunc locum *de Media*, ab his verbis, usque ad finem hujus capitis, *Codex* VRBINAS in Excerptis. — *Ibid. κατὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν.* Sic ed. Casaub. & seqq. cum Vat. Flor. Vrsin. & Reg. B. Mendose *κατὰ τὸ ὕψος ἀνάτασιν* ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Puto & Vrb. in quo praeterea pro *ἀνάτασιν* est *ἀνάστασιν*, quod ipsum & ex Vat. adfertur. — *Ibid. ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη.* Casaubonus: *si hanc partem cum ceteris contendas.* Ad ista verba est scholion in cod. Reg. A. (non quidem ab ipsius librarii manu) hujusmodi: *ἤγουν, οὐ πρὸς ὅλην τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ πρὸς τὰ αὐτῆς μέρη συγκρινομένη.* Eamdem phrasin jam vidimus V. 19, 7. Quanam vero ratione *Mediam omnium Asiae locorum vel regionum maximam* dicat Polybius, fateor mihi non liquere, nisi *maximam omnium provinciarum* significat, *imperio regum Syriae subjectarum.* Ceterum huic eidem *Mediae*, de qua verba facit Polybius, cognomen *Magnae* fuisse, Strabo docet lib. XI. p. 522.

Vers. 4. *Vers.* 4. *τὰ κατὰ τὴν ἔρημον πεδία, τὴν μεταξὺ κειμένην τῆς Περσίδος καὶ τῆς Παρθυαίας.* Neutiquam damnare equidem ausim *τὰ κατὰ τὴν ἔρημον πεδιάδα*, quod est in vetustioribus codicibus. De *Παρθυαίας* vero etiam atque etiam dubitare licebit. Cum quinque codices *παρουσίας* habeant, vidimus quidem & alibi jam aliquo-

Digitized by Google

aliquoties diphthongum *ου* cum *α* permutatam a librariis: ex quo probabilis poterat emendatio videri quam codex Bav. adtulit, Παραασίας ſcribens: & tum quidem pronum fuit literam *ρ* duplicare, quod cum Vrſino fecit Caſaubonus, quem ſecuti ſunt poſteriores editores. Iam *Parrhaſii* quidem apud Strabonem commemorantur lib. XI. p. 508. (conf. Holſten. ad Steph. Byz. p. 16 ſq.) & *Parrhaſini* apud Plinium lib. VI. 16, 18. p. 314. ed. Harduini, ad Caſpium mare, adeoque Mediæ a ſeptemtrione incolentes; quos illi cum Anariacis, Caduſiis, Matianis nominant, quos eoſdem Polybius a ſeptemtrione Mediæ ponit verſ. 9. Sed, primum quidem, obſcurus is populus eſt, & regio *Parrhaſia* nemini memorata; quum tamen & notam ſatis & amplam regionem dicere voluiſſe videatur, quam Perſiæ opponit, & a Perſia interjecto illo deſerto diremtam ait. Accedit, quod Hyrcania, cui accenſentur illi Parrhaſii, nimis longe ad ſeptemtrionem reducta eſt, quam ut inter illam regionem & Perſiam nonniſi deſertum hoc, quod commemorat Polybius, interjectum dici poſſit. Habebat Hyrcania a meridie, partim quidem, ipſam Mediam, maxime vero *Parthiam*, quæ Mediæ ab oriente erat, (conf. Ptolem. lib. VI. cap. 5. init.) montium jugis illis, in quibus ſunt *Caſpiæ Portæ*, a Media ſeparatam. (Cellar. Geogr. lib. III. c. 18. p. 784 ſq. Itaque cum eadem Media a meridie (nempe ab ea parte, qua verſus orientem ſpectat meridies) Perſiam habeat; (hoc cap. verſ. 6.) conſequens eſt, ut illa *regio, quam per deſertum, ab oriente Mediæ ſitum, diremtam a Perſia* dicit Polybius, nulla alia niſi *Parthia* eſſe poſſit. Quod & convenit cum ordine, quem ſequitur Polybius in adſignandis finibus Mediæ a parte orientali. Incipit enim ab ea parte orientis, quæ verſus meridiem ſpectat, & ibi hoc ipſum deſertum ponit: tum pergit ad orientem proprie dictum, ubi ſunt *Caſpiæ Portæ*: deinde ad eam progreditur partem, qua ad ſeptemtrionem vergit oriens, ubi ait eſſe *Tapyrorum montes*, qui non longe ab Hyrcano vel Caſpio mari abſunt, & Mediam par- Verſ. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. tim ab Hyrcania, partim etiam a Parthia, ſeparant. (cf. Strab. XI. p. 514. & Ptolemæum lib. VI. c. 2. qui ab oriente Mediæ & Parthiam & Hyrcaniam ponit.) Mire porro convenit hæc ratio cum itinere illo, quod ab Antiocho ex Media in Parthiam ſuſceptum Polybius narrat lib. X. c. 28. ubi *Mediæ finitimum memoratur deſertum*, per quod Antiochus trajecit, *ex Media in Parthiam* ducens exercitum: quod ipſum utique idem illud videtur eſſe deſertum, cujus hoc loco mentionem factam videmus. Et Ptolemæus pariter (loco ſupra citato) *a meridie Parthiæ* deſertum ponit, quod Carmaniæ adtribuit, & *Carmaniam deſertam* vocat: eodemque modo Agathemerus, cujus verba retulit Cellarius III. 20. p. 814. — REISKIVS ait, deſertum a Polybio ſignificari illud, quod inter Perſidem & Segjeſtanam intercedit, de quo conferre jubet Abulfedæ tab. XI. & XII. Nobis vero nunc quidem non vacat, Arabas conſulere Geographos: ſed ex eis, quæ adhuc diſputavimus, probabile utique fieri putamus, vero proximam eſſe illam conjecturam, quam in ora cod. Reg. A. propoſitam diximus, ἕως Παρθυηνῆς. At quoniam Parthia Græcis non ſolum Παρθυηνὴ vel Παρθυήνη, verum etiam Παρθυαία eſt dicta; (vide Strab. XI. p. 514 ſq. & Steph. Byz. in Παρθυαῖοι.) quod ſi ſtatuamus, ΠΑΡΘΥΑΙΑC hoc loco ſcripſiſſe Polybium, pronior fere etiam ex hac ſcriptura, quam ex ΠΑΡΡΑCIAC, fuerit tranſitus in ΠΑΡΟΥCIAC, quod plerique & in his vetuſtiſſimi codices noſtri habent.

Ibid. Ταπύρων. Ταπείρων ſolus Aug. — *Ibid.* ἃ δὴ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης οὐ πολὺ διέστηκεν, *qui* (Tapyrorum montes) *non longe abſunt ab Hyrcanio mari.* Caſaubonus, *qui non longe abſunt ab Hyrcania;* quæ vera quidem eſt ſententia, ſed non reſpondet verbis Polybii.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἀποδωνιᾶτιν χώραν. Conf. ad cap. 43, 8. Adde cap. 51, 8. & cap. 52. — *Ibid.* Ζάγρον ὄρος. ὁ Ζάγρος cap. 54, 7. & 55. 6. Mendoſe h. l. τὸ Ξάγρον ὄρος ed. 1. Bav. Flor. τὸ Ζάγριον ὄρος Strabo ſcribit, eoque Mediam

Digitized by Google

Mediam a Babylonia & Assyria ait disterminari lib. XI. p. 522.

Vers. 7. διαφορὰς δὲ καὶ συγκλείσεις πλείους ἔχον ἐν αὐτῷ. — „διαφορὰς si bene habet, [quidni?] significat *discessus montium*, ut transitum relinquant. συγκλείσεις sunt *scopulorum congressus*, exitum intercludentes. συγκλείειν de montibus inter se coëuntibus est verbum proprium. vid. Herodot. p. 272, 36. [lib. IV. c. 157.] & Nostri p. 574. [V. 69, 1.] συγκλειούσης εἰς στενὸν τόπον τὴν παραλίαν τῆς παφωρείας, *monte litus in angustum concludente vel coarctante.*" REISK. — διαφοραὶ videntur loca, ubi adeo *late discedunt* a se invicem montes, ut αὐλῶνες, id est, *satis amplæ planities* sint interjectæ; συγκλείσεις sunt *angustiæ*, quæ nonnisi κοιλάσι, id est *cavis convallibus* locum faciunt. Vers. 7.

Ibid. ἔχον. ἔχων ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid.* Κοσσαῖοι καὶ Κορβρήνας. Apud Strabonem lib. XVI. p. 744. *Cossæi* Susianæ accensentur; *Corbiana*, ἡ Κορβιάνη, (sic enim ibi scribitur) Elymaidi. — *Ibid.* Κάρχοι. *Carchos* nemini alii scriptori memoratos video: nisi huc spectant Καρχοῦδοι, aut *Carchuci* Ptolem. VI. 2. quorum verum nomen Καρδοῦχοι est, quod ibi codex Palat. habet, consentiente Strabone & Plinio. Reiskius quidem *Carchorum* nomen superesse putavit in *al Carch*, quod medio ævo nomen fuit partis urbis Bagdad. (conf. Danville Geographie Ancienne T. II. p. 248.) Effeque etiam ait *Carg* [nisi *Carch* scribere voluit; nam arabicis literis usus est, in quibus *g* & *ch* nonnisi unius puncti situ differunt] in *Chuzistana*.

Vers. 8. τοῖς δὲ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσι κειμένοις, συνάπτει τοῖς Σατραπαίοις καλουμένοις. Et situs ratio, & quæ de eodem populo atque regione cap. 55, 6 sqq. memorantur, dubitare nos non sinunt, eam hic a Polybio regionem dici, quæ *Atropatene* vulgo vocatur, quam eamdem τὴν Ἀτροπάτιον Μηδίαν Strabo nominat lib. XI. p. 522 seq. Ea, ut Strabo docet, superioribus temporibus Vers. 8.

Digitized by Google

Verſ. 8. bus Mediæ accenſa, reliquæ Mediæ, de qua hic agitur, quæ Magna cognominatur, ab occaſu adjacet, & verſus ſeptemtrionem protenditur: nomen autem ab *Atropato* habet, (quem in Ἀτράτην commutarunt librarii apud Diodor. Sicul. XVIII. 3. conf. Arrian. Exp. Alex. IV. 18. & Iuſtin. XIII. 4.) qui, cum Perſicorum regum nomine regioni ei præfuiſſet, a Macedonum poteſtate eam defendit, & peculiare regnum conſtituit, quod Strabonis adhuc ætate ſub Atropati ſucceſſoribus floruit; quorum e numero fuit Artabarzanes ille, adverſus quem Antiochus expeditionem eam ſuſcepit, quæ inferius cap. 55. exponitur. Quodſi igitur ſtatuamus, τοῖς ἀτροπατίοις vel ἀτροπατείοις hoc loco ſcripſiſſe Polybium; intelligitur, quam facilis fuerit lapſus librariorum, τοῖς σατραπείοις ſcribentium, præſertim cum ex cap. 41, 1. (ac forte etiam ex III. 6, 10.) ἡ ἄνω σατραπεία memoriæ adhuc eorum inhærerent. Et, quoniam rurſus cap. 54, 9. & 13. & cap. 55, 1. σατραπεία memorantur, eo pronior etiam fuit lapſus cap. 55, 2. ut iterum τῶν σατραπειῶν pro τῶν Ἀτροπατείων ponerent. Itaque rectius fortaſſe, quam nos, Caſaubonus fecit, quod utroque loco (& hic, & cap. 55, 2.) haud cunctanter *Atropatios* in latina ſaltem verſione ſcripſit, & in græco contextu nomen Σατραπείοις & Σατραπειῶν adjecto aſteriſco, ut mendoſum, notavit. Suſpicari quidem poſſes, regioni huic, quia ſub Satraparum Perſicorum ditione manſit, Σατραπειῶν nomen fortaſſe a Græcis fuiſſe inditum, & populos hos Σατραπείους adpellatos. Sed, ut taceam, nemini veterum geographorum aut hiſtoricorum id eſſe obſervatum, eidem ſuſpicioni id ipſum obſtat, quod alias provincias veteris perſici imperii, quæ nunc ſub Syriæ regibus erant, pariter σατραπείας vocatas videmus. (conf. Diodor. Sicul. lib. XVIII. c. 3.) Vulgatam tamen ſcripturam hoc loco apud Polybium tuetur Reiſkius, ita quidem, ut, pro τοῖς Σατραπείοις καλουμένοις, τοῖς Σατραπείας καλουμένας maluerit: provocans primum ad ipſum cap. 55, 2. tum vero ad Arabum geographorum teſtimonium.

Sed,

Digitized by Google

Sed, quod cap. 55, 2. in τῶν Σατραπειῶν cum accentu in ultima (tamquam a nominativo αἱ σατραπεῖαι) consentiunt libri, id quidem ipsum pertinet ad eamdem, quam modo notavi, sive incuriam sive imperitam licentiam librariorum; qui vocabulum illud, quod paulo ante erat repetitum, (cap. 54, 9 & 13. & c. 55, 1.) cum populi nomine, quod cap. 55, 2. scripserat Polybius, confuderunt: quod ibi etiam eo magis imperite ab illis factum est, quoniam verba quae sequuntur, καὶ τῶν τούτοις συντερμονούντων ἐθνῶν, satis indicant, *populi* nomen in *masculino* genere ibi scriptum oportuisse. Quod vero ad Arabes geographos adtinet, judicet Lector, an in verbis quae ex eis ipse REISKIVS protulit, vis idonea inesse videatur ad id, quod voluit vir doctus, efficiendum. — „Est illa regio, ait, quam Arabes postea simili quodam nomine appellarunt, *Sarir Allân*, *Solium Allanorum*, & de quo pro sua historiarum imperitia sic nugantur apud Abulfedam tab. XVIII. ut tamen huic loco lucis nonnihil affundant, & admoneant, regionem hanc, postmodum *Atropatianam* dictam, obtinentibus Persis esse *Satrapias* seu *ditionem Satraparum* appellatam. Sic autem Ibn Said l. c. tradit: *Oppidum Sarir est primaria tractus Sarir; cujus nominis haec est ratio. Posuerat aliquis Cosreorum* (seu regum Persicorum) *ibi sarirum seu solium alicui suorum propinquorum, & eum ibi suo loco atque nomine regnare jusserat; unde adhaesit ei tractui nomen terrarum solii. Incolae sunt miscellanei, non unius generis.*“ — Haec Reiskius: quae mihi tum, cum contextum Polybianum prelo pararem, & in eo essem, ut damnarem vulgatam & consentientem librorum nostrorum scripturam, scrupulum aliquem injecerant; immerito, ut nunc quidem videtur. Σασπείροις legere Gronovius jussit, ad Herodoti provocans auctoritatem, in Notis manuscriptis ad oram exempli suae editionis. Cui sententiae singularem aliquam speciem inesse non negabit, quisquis, quae Herodotus de populo illo, qui Σάσπειρες, Σάσπειρες, Σασπειροὶ vocantur, cum alibi, tum praesertim lib. Vers. 8.

Verſ. 8. lib. I. cap. 104. & c. 110. lib. IV. c. 37. ſcribit, cum hoc Polybii loco & cum cap. 55, verſ. 2 ſq. & verſ. 6 ſq. contulerit.

Ibid. τούτοις δὲ συμβαίνει. δὲ, temere omiſſum in editis, adjeci ex msstis, qui agnoſcunt illud omnes, ne Reg. B. quidem excepto. τούτοις ex eiſdem msstis & ex ed. 1. & 2. reſtitui, cum præter neceſſitatem a Caſaubono in αὐτοὺς eſſet mutatum. conf. ad I. 37, 10. Adde V. 46, 12. — *Ibid.* μὴ πολὺ διαστᾶναι. μὴ caret Vrb. perperam. conf. V. 55, 7.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ἐλυμαίος. Recte monuit Sam. Bochartus Geogr. Sacr. Part. I. lib. I. c. 2. p. 79. Polybium, cum *Elymæos ad ſeptentrionem Mediæ* ponit, omnium geographorum ſententiæ palam obſiſtere. Nempe a meridie Mediæ vulgo ponunt omnes. Videtur tamen & Ptolemæus a communi ſententia abire lib. VI. c. 2. p. 171.

Ibid. Ἀναραάκαις ex msstis reſtitui. Ἀριαράκαις edd. cum Bav. in contextu, ſed in eodem Bav. ſuper ρ inter lineas eadem manu ſcripta eſt litera ν, quam in contextu habent ceteri. Ἀναριάκαι vocantur apud Strabonem & Plinium: & ſic fortaſſe apud Polybium reponendum monuit Holſten. ad Stephanum. Apud Ptolemæum alio modo corruptum eſt vocabulum.

Ibid. Καδουσίοις Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. ut apud Strabonem & alios. conf. cap. 79, 7. Καδδουσίοις edd. cum Bav. — *Ibid.* Ματιανοῖς recte Caſaub. cum Vrb. Vat. Flor. : Mendoſe Μαντιανοῖς ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. B.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ὑπέρκειται. ὑπέρκεινται voluit Reiſkius in plurali, ſcil. hæ gentes. Sed id nec fert grammatica ratio, nec voluit Polybius. Sicut ditio Artabarzanis, Mediæ finitima, ὑπέρκειται τοῦ Πόντου, cap. 55, 7. ſic *Media* (quæ longe altiſſima eſt) ὑπέρκειται τῶν συναπτόντων (πρὸς τὸν Πόντον vel) πρὸς τὴν Μαιῶτιν τοῦ Πόντου μερῶν, *imminet eis regionibus, quæ ei parti Ponti adjacent, quæ Mæotis vocatur.*

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 11. αὐτὴ δέ. Sic pro αὕτη δὲ eſſe ſcribendum, a Reiſkio etiam monitum video. Dixerat Polybius adhuc de *finibus* Mediæ, nunc de *ipſa* Media. — *Ibid.* ἀπὸ τῆς ἠοῦς ἕως. Et hoc perſpecte Reiſkius viderat. Litera H cum N permutata. ἀπὸ τῆς ἠοῦς habes V. 59, 5. ἐπ' ἠοῦς IV. 70, 8. Verſ. 11.

CAPVT XLV. Cap. XLV.

Verſ. 1. Κυριεύων δὲ ταύτης τῆς χώρας. Poſt hæc verba excidiſſe nomen ὁ Μόλων putavit Reiſkius. Intelligendum certe ex fine capitis XLIII, cum quo hoc cohæret. — *Ibid.* ἔπα recepi ex Vat. qui & h. l. & ſæpiſſime aliàs hoc habet, ubi vulgo ἔπον. Conſentit autem h. l. Flor. Ceteri ἔπον. Verſ. 1.

Verſ. 2. τῶν τοῦ βασιλ. Vat. Flor. Negligunt articulum edd. cum aliis. — *Ibid.* Septem verba καὶ τῶν ἰδίων &c. uſque ὁρμαῖς omittunt ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. qui deinde διὰ τὸ μὴ κατὰ λόγον dant. Verum expreſſit Caſaub. ex Reg. B. monente etiam Vrſino, quibus ſuffragantur Vat. & Flor. — *Ibid.* τοῖς τὴν Ἀσίαν Caſaub. cum Vrſin. Vat. Flor. Aug. Reg. A. τοῖς κατὰ τὴν Ἀσ. ed. 1. 2. & Reg. B. cum Bav. Verſ. 2.

Verſ. 4. εἰς τὴν ἐν τῇ Κτησιφῶντι λεγομένῃ στρατοπεδείαν. *Cteſiphonte* reges Parthiæ quotannis ſolitos eſſe hiberna agere, Strabo docet lib. XVI. p. 743. & Ioſephus Ant. Iud. lib. XVIII. extr. Sed id quidem poſt hæc tempora. Nec ulla ratio adpáret, cur τὴν λεγομένην στρατοπεδείαν dicturus fuerit Polybius. Sed ad nomina propria, quæ græcis lectoribus minus nota erant, amat illud participium adjicere. Et erat *urbs Cteſiphon* Polybii ætate nondum ita nobilis, quemadmodum deinde, poſtquam in Parthorum venit poteſtatem: contra notum & pervulgatum *viri* nomen erat, quod etiam librarios nonnnullos decepit, ut τῷ Κτησιφῶντι pro τῇ ſcriberent, ut Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. Eam ipſam ambiguitatem ut caveret Polybius, ἐν τῇ Κτησιφῶντι λεγομένῃ ſcripſit: quod ni Verſ. 4.

placet,

Digitized by Google

placet, fuerit γενομένην corrigendum. (conf. ad I. 6, 2. & ad X. 47, 4.) Vtrumque Reiſkius propoſuit, lectori optionem permittens. Nobis hoc quidem loco prior ratio haud dubie præferenda viſa eſt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. προῖσθαι. προϊέσθαι Aug.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὸν αὐλῶνα τὸν προσαγορευόμενον Μαρσύαν. τὸν poſt αὐλῶνα deeſt Flor. Aug. Reg. A. De hoc *Marſya campo* pauca ex Strabone protulit Cellarius Geogr. lib. III. c. 12. p. 432. quibus addi merebantur hæc Polybiana.

Cap. XLVI. CAPVT XLVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἀπολείποντα. ἀπολιπόντα Flor. minus commode. — *Verſ.* 2. προσαγαγόμενος προσαγόμενος Aug. Reg. A. — *Ibid.* παρακειμένας. προκειμ. Aug.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. διωχυρωμένον, in accuſat. ſing. & ſignificatione activa, (vel reciproca quodammodo,) neceſſario requirebant ea quæ præcedunt & ſequuntur, προκατειληφότα, & διειληφότα. *qui (ſibi) muniverat, (ad ſe defendendum) muniverat.* Eodem modo verbum ἀσφαλίζεσθαι & ſexcenta alia frequentantur.

Verſ. 4. 5. *Verſ.* 4. ἀπέστη. ἐπέστη Vat. Flor. male. — *Verſ.* 5. ἐπτωκέναι vett. codd. omnes. Mendoſe ἐπτωκέναι ed. 1. 2. Hinc πεπτωκέναι Reg. B. quod temere adoptavit Caſaubonus. — *Ibid.* τὸν Μόλωνα. Neglexit articulum Aug.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. πρόβατα Vat. & Flor. ut cap. 45, 1. προβατον edd. cum ceteris.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. καταζεύξας εἰς τὴν Σελεύκειαν. Caſaub. *cum Seleuciam caſtra moviſſet.* At id quidem eſt ἀναζεύξας, quod verbum abſolute poni ſolet; ſed καταζεύξας, ſequente εἰς, πρὸς, παρὰ, vel ἐν, eſt *conſidere cum exercitu ad aliquem locum.* — *Ibid.* τὸν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης. θαλάσσης Aug. [*Rubrum* vel *Erythraeum mare* non modo Arabici ſinus, ſed & *Perſici* vulgatiſſimum fuit nomen. Sic cap. 48, 13. c. 54, 12. XIII. 9, 1. Vide Strabon. l. XVI. p. 765. & Plin. l. VI. c. 23 ſq. ſect. 28. Eodem modo Arrian. Ind. c. 32. & 37. Diodor. II. 11. & XIX. 100. &c.

Inde

Inde præfectus, qui regum nomine ei regioni præerat, quæ a meridie Babyloniæ, Perſico ſinui a parte Arabiæ adjacet, *præfectus maris rubri* vel *Erythræi* vocabatur.

Verſ. 9. τῆς ὑποδειχν. τῆς ἐπιδειχν. Aug. — *Verſ.* 11. στάδια, an σταδίους malueris, nihil intereret. Verſ. 9. 11.

Verſ. 12. νυκτὸς ἔτι κατεστρατοπέδευσε. νυκτὸς ἐπιστρατοπέδευσε Aug. quod ex ἐπεστρατοπέδευσε (probo verbo, quod & cap. 47, 5. & aliâs frequentat Noſter) leviter corruptum videri poſſet, niſi conſentiens ceterorum codicum ſcriptura, ἐπικατεστρατοπέδευσε, proderet quid fuerit quod librarius ille in ſuo exemplari habuerat. Sed ipſum ἐπικατεστρατοπ. corruptum haud dubie verbum eſt. ἐπὶ autem ſæpe perperam pro ἔτι poſuerunt librarii, cujus permutationis exemplum cap. 42, 1. vidimus, aliaque notavimus ad I. 55, 10. Et amat Polybius ad νυκτὸς jungere hanc voculam ἔτι, etiam ubi fere ſuperflua videri poterat, ut IV. 25, 3. IV. 57, 6. VIII. 15, 5. X. 31, 3. &c. Et ſimillimo errore, atque hoc loco, νυκτὸς ἐπιποιήσασθαι VIII. 7, 4. ſcripſere librarii noſtri, pro νυκτὸς ἔτι ποιήσασθαι. Quare, quam emendationem dubitanter propoſuerat Reiſkius, eamdem confidenter equidem in contextum recipiendam putavi. Verſ. 12.

CAPVT XLVII. Cap. XLVII.

Verſ. 1. τοὺς ἐπιδιαβαίνοντας. Eſt quidem probum utique per ſe verbum ἐπιδιαβαίνειν, de quo dixi ad III. 71, 10. Sed quiſquis obſervaverit, opponi inter ſe τοὺς ἐπιδιαβαίνοντας & τοὺς ἤδη διαβάντας, memor præſertim eorum, quæ modo ad cap. 46, 12. adnotavimus, vix ſibi temperare poterit, quin, priori loco τοὺς ἔτι διαβαίνοντας ſcriptum reliquiſſe Polybium, ſibi perſuadeat. — *Ibid.* τοῖσι δὲ καὶ διεφθάρησαν. καὶ, quod vulgo deſiderabatur, dederunt Vat. & Flor. Verſ. 1.

Verſ. 4. συμβῇ Vat. Flor. Aug. Reg. A. ξυμβῇ edd. cum Bav. contra morem Polybii. — *Ibid.* σύντονον. σύντομον ed. 1. cum Bav. — *Verſ.* 5. πρὸς αὐτὸν Bav. Flor. Verſ. 4. 5.

Digitized by Google

Verſ. 6. 7. Flor. *πρὸς αὐτὸν* ed. 1. 2. cum Aug. Reg. A. — *Verſ.* 6. *καὶ καλὰς ἐλπίδας ἔχειν* &c. Vat. Flor. Aug. Reg. A. *ἐλπίδας*, perperam omiſſum in Bav. ex conjectura & ex Perotti verſione adjecit Obſopœus, ſed poſt *ὑπὲρ τῶν ὅλων* poſuit; & ibi tenuerunt poſteriores editores. — *Verſ.* 7. *θεραπεύειν αὐτούς. αὐτοὺς* Aug.

Cap. XLVIII.

CAPVT XLVIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *δειπνοποιησάμενος. δεῖπνον ποιησάμ.* Flor. — *Ibid. μεθύοντας πάντας* ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. Flor. Deeſt *πάντας* ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A.

Verſ. 3. 4. *Verſ.* 3. *τοῖς συμβαίνουσι. τοῖς πεπραγμένοις* Flor. in contextu, & alterum in marg. — *Verſ.* 4. *ἀντίπερα* ed. Caſaub. & ſeqq. *ἀντίπεραν* ed. 1. 2. cum msstis; quod teneri potuerat: ſed mox verſ. 6. & 8. in *ἀντίπερα* conſentiunt omnes. cf. ad I. 17, 4. — *Ibid. ἀπώλυντο* Vat. Flor. Mendoſe *ἀπώλοντο* ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. quod in *ἀπώλοντο* mutavit Caſaub.

Verſ. 6 ſq. *Verſ.* 6. *καὶ τῆς ἀντίπερα. καὶ περὶ τῆς ἀντίπερα* ed. 1. 2. conſentientibus msstis. Præpoſitionem, temere ex *περιδεεῖς* repetitam, monente Vrſino delevit Caſaub. — *Verſ.* 8. *συνεργήσοντος.* Temere *συνεργήσαντος* ed. 1. 2.

Verſ. 10 ſqq. *Verſ.* 10. *τῆς τούτων στρατοπ. τῆς αὐτοῦ στρατ.* ed. 1. 2. & Reg. B. cum Bav. qui ſic in contextu, ſed idem in marg. *γρ' τούτων*, quod ceteri codd. in contextu, & ed. 2. in marg. habet. — *Verſ.* 11. *Σελεύκειαν. Σελεύκιαν* ed. 1. contra codicum fidem. — *Verſ.* 12. *προάγων. προσάγων* Flor. — *Ibid. ἀκονιτί.* Temere *ἀκονιστὶ* ed. 1. 2. *ἀκονητὶ* Flor. — *Verſ.* 13. *τῆς περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν*, ſcil. *σατραπείας.* conf. c. 46, 7. & ibi Adnot. — *Verſ.* 14. *Φθᾶσαι. Φθάσαι* Vat.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. *πολιορκήσοντας. πολιορκήσαντας* Aug. male. *αὐτὴν* autem, quod vulgo ſequebatur, abeſt a Vat. Flor. Aug. Reg. A. & commodiſſime abeſſe poſſe viſum eſt. — *Ibid. κατὰ τὸ συνεχὲς ἀνέζευξε. κατ' αὐτὸ συνέζευξε* edd. cum Bav. Aug. Reg. A. niſi quod *καταυτὸ* Bav. una voce habet.

Digitized by Google

habet. κατὰ τὸ συνέζευξε Vat. κατὰ τὸ συνεχὲς συνέζευξε Flor. Ad vulgatam lectionem monuit REISKIVS: „aut κατ' αὐτὸν, id eſt καθ' ἑαυτὸν, eſſe legendum, *ſeorſim per ſe*, ſine illis copiis ad Suſa relictis; aut κατ' αὐτὸ idem eſſe atque κατὰ ταῦτα vel οὕτως, *ſic*, aut μετὰ ταῦτα, *deinde*, aut παρ' αὐτὰ, *ſtatim poſt*." — Sed quidquid ſtatuas, incommodum eſt & inſolitum. Verbum vero συζευγνῦναι hac notione, *caſtra movere*, vel *redire cum exercitu*, nuſquam plane occurrit; pro quo conſtanter ἀναζευγνῦναι uſurpatur. Caſaubonus in ora Baſil. notaverat: „Forte κατ' αὐτὸς ἀνέζευξε." — *Ibid.* πάλιν εἰς Σελεύκειαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. εἰς Σελπάλιν edd. cum Aug. — *Ibid.* τὴν ἐπὶ τῷ Τίγριδι ed. 2 ſeqq. & ſic Vat. Flor. ἐπὶ τῷ Τίγριδι Aug. & Reg. A. abſque τὴν, quod tamen in Reg. A. ab eadem manu ſuperne adſcriptum eſt. τὴν ἐπὶ Τίγρ. ed. 1. abſque τῷ ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* πολλὴν δὲ ποιησάμενος ἐπιμέλειαν, abſque τὴν, Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 15.

Verſ. 16. τὴν μὲν Παραποταμίαν. — „Sic dicitur aliâs ille *Syriæ* tractus, qui Euphratis oram occidentalem prætendit, & eum inter & Marſyam ſitus eſt. vide Strab. p. 1093. [lib. XVI. p. 753. b.] Nequit tamen ille tractus hic ſignificari, quia tractus ille Antiocho pacatus erat. Quare malim de *tractu ad ripam Tigridis orientalem* accipere." REISK. — De eo tractu Plinius VI. 27, 31. ait: *proxima Tigri regio Parapotamia appellatur:* cui jungi Chalonitidem dicit. Contra *Parapotamiæ ad Euphratem* mentionem facere videtur Polybius c. 69, 5. Quænam ſit, quam Plinius dicit XII. 28, 61. non liquet: ſed videtur illa eſſe ad Tigrim, de qua ſupra dixerat. Verſ. 16.

Ibid. μέχρι πόλεως Εὐρώπου &c. — „Multas fuiſſe *Europos* in Aſia, urbes ſic dictas, neceſſe eſt. De *Europo* Syriæ vid. Weſſeling. ad Hierocl. p. 713. De *Europo*, quam eandem dicit cum Ragis vel Ragæa, aliâs Re, urbe Chorafanica, vid. Strab. p. 796. [l. XI. p. 524. ed. Caſaub.] Hanc, de qua Noſter loquitur, ſuſpicor haud procul Ti-

Digitized by Google

Verſ. 16. gride in Curdiſtan aut Atropatiana ſitam fuiſſe, & Lucianum quoque T. II. p. 36. de illa loqui. Mirari tamen ſatis non poſſum, qui fiat, ut Polybius *Europum* & *Dura* diverſas faciat, quas Iſidorus Characenus pro una habet, p. 4. T. II. Geograph. minor. Hudſoni, ubi vide Hudſon. Neceſſe quoque eſt, ut plura oppida eodem nomine [Δοῦρα] *Dura* fuerint. Noſter enim p. 552. [V. 55, 2.] *Dura* ultra Tigridem ſtatuit, uti etiam Ammianus Marcell. XXV. 26. ubi vide Valeſ. Alii autem ad Euphratem ponunt." REISKIVS. — Cum c. 55, 2. ultra Tigrim *Dura* ſtatuat Polybius, nec tamen diverſam videatur urbem dicere ab hac, quam hic commemorat; oboriri ſuſpicio poteſt, permutatas fortaſſe invicem a librariis eſſe hoc loco ſedes duorum nominum Παραποταμίαν & Μεσοποταμίαν. Sed meras conjecturas jam perſequi nec lubet nobis, nec vacat. Multæ ſuperſunt in hac parte veteris Geographiæ difficultates, quas doctioribus viris, qui & ingenii copia & otio abundant, extricandas relinquimus. Illud tamen velim conſiderari, poſci quidem & exſpectari a Polybio poſſe, ut ſibi ſit conſtans: id non eſſe neceſſe, ut, diligentiſſimum licet ſcriptorem, immunem ab omni errore in hoc præſertim genere ſtatuamus.

Verſ. 17. *Verſ.* 17. ὡς ἐπάνω προεῖπον. vide cap. 46, 5. Ad προεῖπον nulla nunc varietas ex libris adnotatur.

Cap. XLIX. CAPVT XLIX.

Verſ. 1 ſq. *Verſ.* 1. αὖθις τοῦ Ἐπιγένους recte edd. ex Bav. αὐτὸς Ἐπιγένους, abſque τοῦ, Vat. Flor. Aug. Reg. A. ſed in ora Flor. γρ'. αὖθις. — *Verſ.* 3. ἐξοργιαθείς. ὀργιαθεὶς Aug.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. αὐτὸν ἐγκωμ. Bav. Reg. A. ed. 4. 5. αὐτὸν ed. 1. 2. 3. Aug. — *Ibid.* ἀστόχους δὲ Bav. Flor. puto & Vat. ἀστόχως δὲ Aug. & Reg. A. ſed in hoc mox mutatum in ἀστόχους δέ. ἀστόχους τε edd. invitis msstis. — *Ibid.* Poſt μὴ περιδεῖν οὕτως ἀλόγως deeſſe verbum ἀπατώμενος aut παρασπονδούμενος aut aliquod ſimile putavit Reiſkius. Sed intelligi poterit τὰς περὶ Κοίλης Συρίας ἐλπίδας.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 5. καὶ τὸν Ἀντιοχ. καὶ caret Aug. — *Ibid.* συμφορώτερα ed. 1. conſentientibus msstis, excepto Aug. — *Verſ.* 7. Verbum ποιεῖν perperam deeſt Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* καὶ πολύς. Temere καὶ ὁ πολὺς Aug. conf. ad III. 103, 7. — *Ibid.* πρὸς ταῖς παρασκευαῖς. πρὸς τὰς παρασκευὰς Aug. in contextu, ſed & ibi altera lectio intra lineas notata. Verſ. 5. 7.

CAPVT L. Cap. L.

Verſ. 1. ἐγγενομένης Flor. Aug. Reg. A. ἐγίνομ. edd. cum Bav. Ex Vat. nil notatur. — *Verſ.* 2. διαλύσειν ed. 2 ſqq. & ſic Vat. Flor. Reg. A. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. κατὰ τὴν στρατείαν non debuit *in exercitu* verti, ſed *in hac expeditione*, *in hoc bello*. Diſcordia ducum, ait, morabitur res gerendas, & conſilia turbabit. Nihil eſt in hoc ratiocinio, quod morari debuiſſet Reiſkium. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἤκουσε ed. 1. cum msstis. Temere ἤκουε ed. 2 & ſeqq. — *Ibid.* περὶ παντὸς ἐποιεῖτο σπουδάζων. Vide ad c. 41, 4. Verſ. 4.

Verſ. 5. οἰκονομίας, *variis artibus*, *aſtuta rerum administratione*. — *Ibid.* θεραπείας edd. cum Bav. Aug. Reg. A. & cultius hoc videtur, quam χορηγίας, licet hoc planius videri poſſit. Ceterum non χωρηγείας, ut per operarum errorem in ſcholio ſcribitur, ſed χορηγείας, eſt in Vat. — *Ibid.* Verba οὐκ ἦν αὐτοῦ uſque εἰκὼν deſunt Aug. & Reg. A. Verſ. 5.

Verſ. 6. Quin ex recentioris critici emendatione in codicem Reg. B. receptum fuerit εἰς Ἀπάμειαν, nullus dubito. Et conceſſit quidem *Apameam* Epigenes, ut ex verſ. 10 & ſeqq. adparet: ex quo ſimul intelligi videtur, non in ipſa urbe regem cum amicis & exercitu eſſe verſatum, ſed in caſtris ex aliquo ab urbe intervallo. Sed nimis differt vocabulum Ἀπάμειαν a veſtigiis veteris ſcripturæ, quæ latent in ἰμάτιον, quod acute ſane Reiſkius ex χειμάδιον, id eſt *hiberna*, corruptum ſuſpicatus eſt. Verſ. 6.

Digitized by Google

Verſ. 6. Certe *ſub initium hiemis* ſuſceptam eſſe hanc expeditionem diſcimus ex cap. 51, 1. Et nomen χειμάδιον aliâs Polybio quidem frequentari non memini; ſed frequentant optimi quique ſcriptores: Demoſth. Philipp. I. p. 49. ed. Reiſk. Plutarch. in Cæſ. c. 24. p. 719. d. edit. Wechel. Dio Caſſius p. 192, 98. Strabo l. XI. p. 522 extr.

Ibid. οἱ μὲν ἐν τῷ συνεδρίῳ. Mireris, qui odoratus ſit ſagaciſſimus Reiſkius, poſt οἱ μὲν ſtylo Polybiano convenire inſertam particulam οὖν, quam ignorant quidem vulgo omnes, ſed eamdem ipſam repræſentat ibi codex Flor.

Ibid. κατεπλάγησαν διὰ τὸν Φόβον. Iam pæne neſcio ipſe, quis ſcrupulus inſederit menti, quod non confidenter, monente præſertim Reiſkio, rejicerem vocula'm, temere & importune a Caſaubono intruſam. Multo aliam vim hic habet nomen Φόβος, ac deinde verſ. 9. & 13. Et perſpecte jam docuerat REISKIVS: „ſane bene græcum eſſe κατεπλάγησαν τὸν Φόβον, *metuebant tumultum.* Nam Φόβος, inquit, eſt omnis *trepidatio, æſtuatio, concurſatio;* ὅταν Φέβουσι, h. e. φεύγουσι καὶ κλονοῦνται καὶ συνταράττονται οἱ ἄνθρωποι." — Et ERNESTVS, de tollenda quidem præpoſitione διὰ nil monens, tamen ait „videri Φόβον h. l. eſſe *ſeditionem* militum," — Sed nimirum exempla hujus uſus nulla in medium protulerant docti illi viri, nec mihi tunc ſuccurrebant. At vide ipſum Polybium II. 21, 7. IV. 33, 12. nec dubitabis de veritate obſervationis Reiſkianæ.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Κυρρήστων. Stephanus: Κύρρος, πόλις Συρίας. ὁ πολίτης Κυρρέστης, ὡς Πολύβιος πέμπτῳ. Κυρρήστης per η ſcriptum oportuiſſe, docent nummi, ad quos provocat Holſtenius. Et ſic, per η, Polybiani libri omnes & h. l. & c. 57, 4.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τοῦ βασιλέως poſt Φίλους abeſt Vat. Flor. Aug.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Γράψας γάρ. Non ſolum carent γὰρ Vat. & Flor. ſed & γράψαι ſcribunt pro γράψας, perperam utrumque

Digitized by Google

que. — *Ibid.* καταμίξαι. καταμῖξαι cum circumfl. Vat. Aug. Reg. A.

Verſ. 13. Caſaubonus, πικρῶς ad ἀπειπαμένου referens, ſic interpretatur, *ille enimvero iraſci, & negare factum:* quod quamquam non ſecutus ſum, minime tamen ſpernam. Ceterum REISKIO obtemperavi, comma ponens ante πικρῶς. — „Redit enim ad ἦγε, inquit: *acerbe poſtulabat, ſibi copiam inquirendi dari.*“ — Verſ. 1

CAPVT LI. Cap. LI

Verſ. 1. αὖθις. αὖτις Aug. Reg. A, ut ſæpe aliàs. — *Antiochia Mygdoniæ*, aliàs *Niſibis*, in Meſopotamia. — *Ibid.* ἀποδέξαθαι τὴν ἐπιφορὰν καὶ τὴν ἀκμὴν τοῦ χειμῶνος, *ut ibi exciperet impetum atque vim hiemis.* καὶ poſt ἐπιφορὰν temere abeſt ed. 1. 2. — „Raro ſignificatu hic eſt uſurpatum verbum ἀποδέχεσθαι, pro *ſuſcipere uſque ad finem*, h. e. *perferre, perdurare*, in toleranda alicujus rei moleſtia & importunitate perſeverare, donec nihil ejus ſuperſit, ſed omne tædium ſuperatum & exhauſtum ſit.“ — Conf. III. 43, 3. & ibi notata. Verſ. 1.

Verſ. 2. τετ]αράκοντα ἡμέρας. τετ]αράκονθ' ἡμέρας Bav. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προῆγεν. προσῆγεν Flor. male. — *Ibid.* Λίβαν. Nullam hujus oppidi mentionem apud alios inveniri, Cellarius atque Reiſkius monuerunt. Videndum autem REISKIVS putavit, ſit ne Χίβαν. Et *Chiſn Caifa*, ait, [id eſt, arx vel munimentum *Caifa*] vel, ut rectius effertur *Chifa* (vid. Aſſeman. Bibl. Orient. T. III. p. 736.) eſt locus munitus in ipſa Tigridis ripa occidentali, inter Niſibin & Amidam.“ — Cellario (p. 735.) viſum erat hoc oppidum non longe a Niſibi ortum hibernum verſus fuiſſe poſitum. Sed ex eis, quæ ſequuntur apud Polybium, intelligi videtur, paulo longius abfuiſſe a Niſibi, & quidem verſus orientem æſtivum. Ac mire convenit ſitus, quem Danvillius, (& in Tabulis, & in Géogr. Anc. T. II. p. 203.) Ptolemæum ſecutus lib. V. c. 18. p. 164. oppido tribuit, cujus Verſ. 2.

Digitized by Google

nomen *Lambana*, vel *Labbana*, apud Ptolemæum editur; (conf. Cellar. p. 723.) ad quod ipsum posterius nomen propius etiam accedit *Libba*, quod apud Polyb. h. l. offerunt Vat. & Flor.

Vers. 3. *Vers.* 3. πολὺ δεῖ προάγειν ὁδῷ edd. cum Bav. ὁδῷ abest a Vat. Flor. Aug. Reg. A. ne sic quidem male. — *Ibid.* πῶς καὶ πόθεν. Perperam καὶ deest iisdem codicibus.

Vers. 4. *Vers.* 4. Ἑρμείᾳ μέν. Perperam Ἕρμ. δὲ Aug. — *Ibid.* προβαλλομένους. προβαλομένους Vat. Temere προβαλλόμενος ed. 1. — *Ibid.* καὶ τὸν Λύκον ποταμὸν καὶ τὸν Κάπρον. — „Passus hic est humani aliquid Polybius, ut *Lycum* & *Caprum* existimaret in ripam Tigridis occidentalem incurrere; qui duo fluvii in Tigridem exeunt ab ejus parte orientali. Sed error hic illi cum aliis vetustis auctoribus communis est. Miror tamen, Polybio potuisse imponi, qui suas narrationes ex commentariis bonæ notæ excepisse videtur." REISKIVS. — Posset tamen, si opus esset, defendi fortasse cauſsa Polybii. Nec enim clare significat, ab occidentali Tigridis parte esse illos fluvios: & poterit intelligi, hoc dici ab Hermea, si in occidentali ripa pergeret Antiochus cum exercitu, nullum esse ab insidiis hostium periculum; non solum enim Tigrim intersesse, sed &, priusquam ad alteram Tigridis ripam (proximis certe diebus) occurrere Antiocho Molo posset, *Caprum* etiam & *Lycum* fluvium esse ei trajiciendum: nam cis Tigrim per desertum ex Babylonia esse occursurum, nec probabile erat ullo modo, nec periculosum Antiocho erat futurum, quoniam insidiis desertum nullum præberet locum.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὴν τοῦ Ἐπιγένους. τοῦ deest Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* προδήλου. προεδήλου Aug. Reg. A. male.

Vers. 6. *Vers.* 6. ὁδὸν ἔρημον. — „Vide Rauchwolf. Itiner. II. 9." REISK. — *Ibid.* τὴν βασιλικὴν διώρυχα. — „Arabice, *Nahr al Malk*. Ναρμάλχαν apud Isidor. Charac. p. 5." REISK.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 7. *τὴν διάβασιν αὐτῆς. αὐτοῖς* maluerat Scaliger. — *Ibid. τὴν διὰ τῆς ἐρήμου* Caſaub. cum Vrſin. Vat. Flor. Aug. Reg. A. Perperam *διὰ τὴν ἐπὶ τῆς ἐρήμου* ed. 1. 2. cum Bav. Verſ. 7.

Verſ. 8. *πρόσκλισιν* Flor. Aug. Reg. A. Monuerat jam Reiſkius, provocans ad IV. 51, 5. Conf. viros doctos ad I. Epiſt. Pauli ad Timoth. c. 5, 21. Alberti Gloſſar. Græc. p. 158. & Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. p. 373. quos laudavit Erneſt. in Lex. Polyb. ad hanc voc. De ſtructura *πρόσκλισιν τῷ βασιλεῖ* vid. Adnot. ad I. 11. 1. — *Ibid. διὰ τὸ καὶ νῦν.* Carent *καὶ* ed. 4. 5. errore operarum. Verſ. 8.

Verſ. 9. *πρόδηλον δὲ τὴν ἅψ. πρόδ. δὲ διὰ τὴν ἅψ.* Aug. Reg. A. male. — *Ibid. τοῖς στρατοπέδοις* caret ed. 1. cum Bav. Verſ. 9.

Verſ. 11. *μεταβαλέσθαι.* Aoriſtum infinitivi pro futuro uſurpatum jam ſæpe vidimus. Verſ. 11.

CAPVT LII. Cap. LII.

Verſ. 2. *ὡς ἐπὶ Δούρων,* conf. cap. 48, 16. & ibi notata. Verſ. 2.

Verſ. 3. *τὸ καλούμενον Ὀρεικὸν ὑπερέβαλον.* — „*τὸ* Verſ. 3. *Ὀρεικὸν montana* ſunt, quaſi *ὀρεινὸν*, niſi plane *ὀρεινὸν* legendum eſt.“ Sic CELLARIVS Geogr. Ant. III. 17. p. 772. & eodem refert *τὴν τραχεῖαν τῆς Ἀπολλωνιάτιδος* verſ. 5. — In *Ὀρεικὸν* conſentiunt veteres codices: & *montem* intelligi adparet ex verbo *ὑπερέβαλον*; eſſe autem *Ὀρεικὸν* proprium nomen, indicari videtur adjecto verbo *καλούμενον*. Quo minorem veri ſpeciem habet REISKII conjectura, quærentis „num legendum *Θόρεικον* aut *Δόρεικον*. *Dorek*, ait, oppidum in Ahwaz vel Choreſtan, quæ eſt pars Appolloniatidis, ponit Abulfeda Tab. IX.“ — *Ibid. Ἀπολλωνίαν.* Ἀπολωνίαν Vat. Aug. Reg. A. & ſic rurſus verſ. 5. & 7.

Verſ. 5. *σφενδονητῶν. σφανδονιτῶν* ed. 1. 2. cum Bav. male. — *Ibid. Κυρτίων. λῃστρικὸν ἔθνος,* id eſt *prædatorem populum*, *Cyrtios* vel *Curtios* Strabo vocat lib. XV. p. 727. conf. eumdem lib. XI. p. 523. Horum nomen ſu- Verſ. 5.

Digitized by Google

pereſſe in *Curdorum* nomine, nec adfirmare equidem, nec negare auſim.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *κατά τινας τόπους.* — „Forte *κατὰ βουνώδεις* (aut *κρημνώδεις*) *τινὰς τόπους.*“ REISKIVS. — *Ibid.* *ἐξ ὑπερδεξίου.* Caret *ἐξ* ed. 1. cum Bav.

Cap. LIII. CAPVT LIII.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. *πᾶσαν. πᾶσιν* ed. Ern. operarum culpa. — *Verſ.* 2. *τοὺς* ad *ξυστοφόρους* deeſt ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* *Ἀρδυν.* Sic omnes cap. 60, 7 ſq. *Ἀρδην* h. l. Flor. & Reg. B.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *Γαλάταις Τεκτόσαγες.* Nonniſi tres populi Gallici commemorantur, qui in Aſiam olim commigrarunt, *Trocmi*, *Toliſtoboii*, & *Tectoſages* vel *Tectoſagi*. Et *Tectoſagis* quidem, qui circa Halyn fluvium ſedes ſibi ceperant, Syriæ reges ſtipendium dediſſe Livius docet XXXVIII. 16. quod conſentaneum eſt non gratuito ab his factum, ſed intercedente pacto de ſuppeditandis copiis auxiliaribus. Et *Tectoſagos* cum Trocmis & Toliſtoboiis Romano etiam bello in exercitu Antiochi fuiſſe, Appianus tradit Hiſt. Syr. cap. 32. & intelligitur ex Liv. XXXVIII. 24 ſqq. Confer vero quæ notamus ad cap. 77, 2.

Ibid. *οἷς ἐχόμενον.* Sic veteres codices omnes; quod, cum in ed. 1. & 2. in *ἐφόμενον* eſſet corruptum, in *ἑπόμενον* mutavit Reg. B. quem temere ſecutus eſt Caſaubonus, qui tamen verum diſcere potuerat ex codice Bav. qui ei ad manus fuit. Et monuerat etiam Vrſinus, *ἐχόμενον* eſſe ſcribendum, quod haud dubie codex ejus dabat; ſed neſcio quo caſu Vrſinus adjecit, ſe *ex ingenio* ita emendare. *ἑπόμενον* vero Scaliger etiam ad oram ſui libri adnotavit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *Ἑταίροις.* Perperam *ἑτέροις* Flor. & Aug. in contextu, ſed ibi ab eadem manu ſuperſcriptum *αι. ἑταιρικὴν ἵππον* vocat Noſter XVI. 8, 7. Eodem modo Appian. Hiſt. Syr. c. 32. cf. Diodor. Sic. XVII. 37. XVIII. 2. XIX. 21.

Digitized by Google

21. — *Ibid.* ἐν διαστήμασι. Temere ἐν διαστήματι ed. 1. 2. — *Ibid.* τὸν ἀριθμόν. τῶν ἀριθμῶν Aug.

Verſ. 7. ἐν τῇ νυκτί. Caret τῇ Flor. Verſ. 7.

Verſ. 8. Θυρεοφόρους. Poterat teneri Θυρεαφόρους, in quod conſentiunt codices, niſi quod Θυραιαφόρους dent Aug. & Reg. A. Sic βιβλιαφόροι IV. 22, 2. ubi vide Adnotata. Et eodem modo Θυρεαφόροι eſt apud Arrian. in Tactic. c. 6. p. 5. quod abſque mssstis in Θυρεοφόροι mutavit Blancardus, jubente Scheffero in Notis. Rurſus Θυρεαφόροι Plutarch. in Aemil. p. 265. Polyæn. IV. (in Antigon.) 6, 17. Sed Θυρεοφόροι Aelian. Tact. c. 2. p. 15. ed. Arcerii, Diodor. Sicul. XXII. 13. & Suidas in Θυρεός. Et apud Aelianum quidem & Arrianum ſunt equites Θυρεοφόροι vel Θυρεαφόροι; apud Diodorum & Polyænum Galli pedites: apud Plutarchum legionarii Romani; recte, habent enim nomen a Θυρεῷ, quod eſt ſcutum majus & oblongum, quali utebantur legionarii Romani. Verbum Θυρεοφορεῖν habet Polyb. X. 13, 2. Verſ. 8.

Ibid. καὶ Γαλάτας. Delenda copula viſa erat Reiſkio, ut eſſet Θυρεαφόρους Γαλάτας, ſicut apud Diodor. & Polyæn. locis cit. Verba καὶ Γαλάτας &c. uſque τοξότας, quæ in exemplari Bavarico unam complebant lineam, fugitivo oculo feſtinanteque calamo tranſiliit Obſopœus. Quod Χαλώτας habet Aug. ortum ducit ex Γαλώτας, quod habuerat vetuſtior codex, unde ille manavit; quod ipſum Γαλώτας tenuit Reg. A. imperite confuſis literis α & ω, ut paſſim alibi.

Verſ. 9. ἔτι δὲ καὶ τοὺς τοξότας. καὶ ſua auctoritate inſeruit Caſaub. haud incommode quidem, ſed invitis mssstis, nec ulla cogente neceſſitate. — *Ibid.* τοιοῦτον. τοιοῦτο Vat. Flor. Verſ. 9.

Verſ. 11. Νεωλάῳ. Νεωλαίῳ Aug. Reg. A. perperam tranſpoſitis poſtremis literis, cum in exemplari fuiſſet Νεωλάαι. Verſ. 11.

CAPVT

Digitized by Google

Cap. LIV.

CAPVT LIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *συνέβαλε. συνέβαλλε* Aug. Reg. A. — *Ibid. συνιὸν*, ſi abeſſet, nemo deſideraret. Sed cum offerant plerique codices, quibuſcum & Vat. conſentire videtur; (nulla enim ex hoc adfertur varietas) abjicere non ſum auſus. Et eſt *συνεῖναι* vel *συνιέναι* probum verbum de *congreſſu ad pugnam.*

Verſ. 5. 6. *Verſ.* 5. *ὁ δὲ* Νεώλαος. *ὁ δὲ* Νεώλας ed. 1. 2. quod ferri poſſet, & idem nomen videri poterat, ſed in Νεώλαος conſentiunt mssti, præter Flor. in quo Νεόλαος, quod & ſuperſcr. in Bav. ut c. 53, 11. — *Ibid. εἰς τὴν* Περσίδα. Perſiæ præfectus erat Alexander. V, 40, 7. — *Verſ.* 6. *ἐπιφανέστατον τόπον. ἐφανέντα τὸν τόπον* ed. 1. nulla exemplaris Bavarici, ſed partim editoris, partim operarum culpa.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *εἰς τὴν* Καλλωνῖτιν. Nil mutant libri, niſi quod Καλλωνίτιν cum *acuto* dent accentu, pro quo ponendum *circumflexum* putavi. Χαλωνῖτιν vocant alii, Strabo, Iſidorus Characenus, Plinius. Vide Cellar. Geogr. Ant. III. 17. p. 774. & Caſaub. ad Strabon. lib. XI. p. 529. & l. XVI. p. 736. Maxime meridionalis pars eſt Aſſyriæ, Apolloniatidi finitima, & monte Zagro diviſa a Media. *Chalonitidos* nomen Reiſkius ſupereſſe putavit in Arabico nomine *Holwan*, quod a Perſis *Chalon* aut *Cholon* efferri ait. Sed confer Danville Géogr. Ancienne T. II. p. 251. Quod Weſſelingius ad Diodorum Sicul. lib. II. c. 13. ſtatuit, Χαυωνῖτιν ſcribendum h. l. apud Polybium, in eam ſententiam adductus eſt vir doctiſſimus, quod exiſtimaret, res has, quas narrat Polybius, in interiore Media eſſe geſtas, ubi urbs memoratur Χαύων. Sed prælium Antiochi cum Molone commiſſum eſt in Apolloniatide, & cadaver Molonis juſſit quidem Antiochus e cruce ſuſpendi in loco maxime conſpicuo Mediæ: jam vero cum *Chalonitis* monte *Zagro* diviſa eſſet a Media, cadaver Molonis ex Apolloniatide per Chaulonitim in Zagrum montem traductum eſt, & ab ea montis parte, quæ Mediam ſpectabat, e cruce ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſum eſt. Præterea urbs illa Chauon, quam dicit Weſſelingius, nuſquam niſi in Cteſiæ fabuloſa hiſtoria Semiramidos memoratur: nam a Cteſia & Diodorus & Stephanus Byzantinus ea, quæ de Chauone habent, hauſerunt. Caſaubonus etiam olim apud Strabonem XI. p. 529. pro Χαλωνῖτιν, in quod ibi conſentiunt libri, Χαυωνῖτιν ſuſpicatus erat legendum; ſed conjecturam illam ipſe retractavit in Commentar. ad eum locum. Verſ. 7.

Verſ. 8. Μετὰ ταῦτα δὲ Bav. Flor. Reg. A. μετὰ δὲ, abſque ταῦτα, Aug. μετὰ δὲ ταῦτα edd. Verſ. 8.

Verſ. 10. Ἀδειγάναϛ. Sic msstis ad unum omnes Bav. Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. Peireſc. (e quo hanc lectionem protulit Valeſius) & codex Vrſini. Perottus totum locum transſiliit. Temere prorſus Δειγάναϛ vulgo eſt editum, errore e prima editione in ceteras propagato. Et hæc tamen mendoſa ſcriptura, neque aliud quidquam, quod ſciam, anſam Caſaubono dedit ſuſpicandi; *eſſe illud magiſtratus apud Seleucios nomen;* quam ſententiam etiam ipſi verſioni latinæ inſerere non dubitavit. Cogitaverat nempe vir doctus (ut ex ora Baſileenſi intelligo, cujus notas Gronovius deſcripſit) de Arabico verbo *dân* vel *dîn*, *judicare;* unde *dajân*, *judex*, *adminiſtrator.* Dein, quum in msstis eſſe Ἀδειγάναϛ videret, perinde hoc eſſe putavit; literam initialem α ratus reſpondere articulo, quem nominibus præfigere ſolent Arabes & Hebræi. In eamdemque prorſus cogitationem Reiſkius incidit; niſi quod ex Chaldæorum ſermone derivavit id nomen, in quo pariter *dajân judicem* ſignificat: at Chaldæi, quoad quidem nos novimus, non uſi ſunt articulo nominibus præfixo. Mihi, ut dicam quod ſentio, toti huic rationi videtur aliquid ineſſe lubrici: (conf. ad cap. 70, 6.) nec tamen quidquam, quod certius ſit, & ne probabile quidem quidquam aliud, quo nominis illius vel vim vel originem declarem, equidem habeo. Verſ. 10.

Verſ. 11. ἃ δὲ καὶ. τὰ δὲ καὶ Reg. B. invitis vetuſtis codicibus. Poſt τὰ μὲν eodem modo ἃ δὲ poſitum vidimus Verſ. 11

Digitized by Google

Verſ. 11. mus V. 38, 1. — *Ibid.* ἐπιτίμιον ex Aug. primum receptum eſt in ed. 2. & confirmant id Vat. Flor. Reg. A.B.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Διογένην. *Diogenes* antea Suſianæ erat præfectus. vide c. 46, 7. — *Ibid.* Vulgo in editis, poſito commate poſt στρατηγὸν, conjungebantur hæc verba ἀρχιγραμματέα τῆς δυνάμεως στρατηγὸν, quæ Caſaub. interpretatus eſt *ſcribarum principem, qui præfectus erat exercitui.* Ego cum Aug. poſt ἀρχιγραμματέα incidi orationem; quod nollem factum: nam cohærere videntur τὸν ἀρχιγραμματέα τῆς δυνάμεως, *qui ſcribis & quæſtoribus in exercitu fuerat præfectus;* tum στρατηγὸν ad ſequentia pertinet, *hunc miſit qui locis circa mare Erythræum præeſſet.* Sic paulo ante, στρατηγὸν ἀπέλιπε Μηδίας, *prætorem, præfectum reliquit Mediæ.* Eſt enim h. l. στρατηγὸς idem quod ἔπαρχος. conf. c. 46, 7. & c. 48, 14. De *Erythræo mari* vide notata ad V. 46, 7.

Cap. LV. CAPVT LV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἀναταθῆναι recte edd. ἀνατεθῆναι Vat. Flor. Aug. Reg. A.B. ἀνατεθεῖναι Bav. in contextu, ſed eadem manu inter lineas ἀναταθῆναι. Familiare Polybio hoc verbum; & forma paſſiva notione activa accipienda, *minari, minas intendere.* Conf. c. 58, 1. — *Ibid.* συμπολεμεῖν, quod codex Bav. in ora habet ab ejuſdem librarii manu, in contextu poſuit Reg. B. neſcio utrum ex conjectura, an ex vetuſto codice. Ex coniectura συμπολεμεῖν ſcribere juſſerunt Palmerius & Reiſk.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τῶν Σατραπειῶν. Vide notata ad cap. 44, 8. ubi & de *Artabarzane* nonnihil dictum.

Verſ. 4 ſqq. *Verſ.* 4. παθεῖν. Temere μαθεῖν Aug. Reg. A. & omiſerunt ἄν τι. — *Verſ.* 5. ἐπανέληται. Perperam ἐπανέλη Aug. — *Verſ.* 6. Κριθέντων δέ. δὲ caret Vat. *Ibid.* τὸν Ζάγρον. Conf. ad c. 44, 6. — *Ibid.* εἰς τὴν Ἀρταβαρζάνου χώρην &c. Vide ad c. 44, 8. REISKIVS: Hæc eſt illa, quæ hodie *Aderbigjan* vel *Adrabigjan* dicitur; nomine, ut apparet, paululum ex *Artabazan* detorto." —

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 9. ἀπὸ Περσῶν ἔτι. ὑπὸ voluit Vrſinus. Haud incommode. Et ſæpe quidem a librariis noſtris confunduntur ἀπὸ & ὑπό. Sed bene habet vulgata, in quam conſentiunt codices: *inde a Perſarum temporibus.* conf. c. 43, 2. — *Ibid.* παροραθείσης αὐτῆς. παρορ. αὐτοῖς Aug. Reg. A. — *Verſ.* 10. γεραιός. γηραιὸς ſcribe, cum ed. 1. & msstis. Operarum error, invito me ex ſuperioribus editionibus inde ab ed. 2. propagatus. Verſ. 9. 10

CAPVT LVI. Cap. LVI.

Verſ. 1. κατὰ σχῆμα. — „Subaudi τὸ προσῆκον. Pari modo debet idem aut ſimile participium, δέον e. c. aut καθῆκον, aſſumi & ſubaudiri in his, κατὰ τρόπον, κατὰ λόγον, κατὰ τάξιν.“ REISK. — *Ibid.* καθ' ἑαυτόν. καθ' αὑτόν. Flor. Verſ. 1.

Verſ. 2. μέχρις ἂν οὖ. Perperam οὐ pro οὖ ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. B. Vocula prorſus deficit Flor. In Vat. eraſa eſt. — *Verſ.* 6. τῆς αὐτοῦ τε. τε temere omiſſum in edd. adjeci ex msstis. Verſ. 2.

Verſ. 7. σκοτωμάτων. Mendoſe σωμάτων Aug. — *Ibid.* In παρευταχτεῖν conſentiunt ſcripti & editi. Ad locum vero hunc ſpectat, quod neſcio unde habet HENR. STEPHANVS in Indice Theſauri: „παρευτάττειν ex Polyb. lib. V. affertur pro *recte atque ordine apparare* [*apparere* voluiſſe videtur] *ut qui apparituras faciunt.* Sed mendoſa procul dubio ſcriptura, & forſan legendum παρευτάττειν.“ — At hic quidem Magiſter, ut ajunt, non tenetur. — REISKIVS: „παρευταχτεῖν, rarum verbum, ideoque enucleandum. εὐταχτεῖν eſt *obſervare bonum ordinem.* παρὰ hic ſignificat eum, penes quem boni ordinis ratio habetur, ſcil. regem. Dicitur itaque hoc verbum de *purpuratis, ad comitatum principis & in ejus conſpectum quotidie convenientibus, & copiam ſui facientibus, ſi quid ei ſit, quod imperet.*“ Hoc magis placet, quam quod ERNESTO viſum erat, eſſe ſimpliciter *ſtationes, vigilias agere apud regem.* Nam licet III. 50, 7. de militibus Verſ. 7.

uſur-

Digitized by Google

Verſ. 7. uſurpetur, qui *rite funguntur muneribus;* non tamen inde conſequitur, eſſe verbum mere militare. Θεραπείαν vero nolim hoc loco cum Reiſkio *corporis cuſtodiam*, *cohortem prætoriam* intelligi: non enim, ſi rex minus bene valet, idcirco dimittuntur cuſtodes corporis, qui vigilias ante ejus tentorium agunt. Sed ſignificari videtur idem fere, quod deinde per εὐταυτεῖν effertur, & eadem fere notione ſumitur nunc θεραπεία ut V. 50, 5. *officioſo cultu*, *officioſa adparitione*. Intelligendum autem hoc, quod dicit Polybius, de ducibus aliiſque principibus viris, quorum nonnulli per totum diem circa regem verſari, & ei præſto eſſe ſolent; ut vix ullum temporis momentum ſuppetat, quo ſolus aliquis & privatim cum rege colloqui poſſit.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πρὸς δὲ τοὺς Φίλους ἔλαβον ἐξουσίαν οἷς βούλοιντο κατ' ἰδίαν χρηματίζειν. Non adſentior Reiſkio, οἱ βούλοιντο legere jubenti, aut οἷς βούλοιτο, ſcilicet rex. οἷς pendet a χρηματίζειν. Qui autem *cum amicis privatim & ſecreto agere & colloqui* voluerant, ſunt *rex & Apollophanes* medicus. Et hi ea ratione, quæ modo expoſita eſt, *facultatem nacti ſunt* (ſic enim, uſitata notione, accipienda verba ἔλαβον ἐξουσίαν, non *poteſtatem ſibi ſumſerunt*) *privatim agendi & colloquendi cum eis ex amicis*, *quibuſcum voluiſſent*.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πρὸς τὴν πρᾶξιν. Perperam τάξιν Vat. Flor. Sæpe iſta confunduntur. — *Ibid.* πρὸς τὸν Ἑρμείαν. τὸν deeſt Flor. — *Ibid.* In πρὸς τὸ συντελεῖν conſentiunt ſcripti & editi. Scaliger pro ſuo more πρὸς τῷ correxit.

Verſ. 10. ſqq. *Verſ.* 10. ἅμα τῷ φωτὶ. τῷ deeſt ed. 2. & ſeqq. invitis mſstis. — *Ibid.* ὑπὸ τὸ ψύχος. Vide ad II. 19, 10. — *Ibid.* οἱ συνειδότες. Mendoſe συνιδότες Aug. Hinc συνιδόντες Reg. B. — *Verſ.* 12. ἀποσπασ. αὐτόν. Temere τὸν αὐτὸν ed. 2. — *Verſ.* 14. δυσχρηστίας. δυσχρηστείας Aug. — *Verſ.* 15. καὶ κατά. Deeſt καὶ Aug. — *Ibid.* κατέλυσαν bene edd. cum Bav. κατέλυσαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* υἱέας. υἱούς. Aug.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT LVII.

Cap. LVII.

Verſ. 1. οἰκείαν. οἰκίαν Flor. Aug. Reg. A. — *Ibid.* De *Achaeo* conf. V. 40, 6 ſq. IV, 48. IV. 2, 6. — *Verſ.* 2. πρῶτον μέν. μὲν deeſt Aug. — *Ibid.* προλέγων. Temere προάγων ed. 1. 2. invitis mſstis, quod mirum eſt defendere voluiſſe Reiſkium. Et autem προλέγειν h. l. (ut idem Reiſkius monuit) ſimpliciter *denunciare*. Sic apud Demoſthenem & alios. — *Ibid.* κινούμενος. κοινούμενος ed. 3. 4. operarum errore. Id ipſum tamen inter lineas habet Flor. Verſ. 1. 2.

Verſ. 4. Κυβρήσταις. Vide c. 50, 7. — *Verſ.* 5. Συνίριδος. Reiſkius, Συνόργος conjiciens, Gallicum hoc eſſe nomen putavit. Sed Συήριδος, ut dixi, dant Vat. & Flor. Et, his ſcriptis, demum animadverto, ad verum hominis nomen proxime accedere hanc ſcripturam. Eſt enim haud dubie Γαρσύηρις ille, cujus infra (cap. 72 & ſeqq.) frequens mentio occurrit: & confidenter Γαρσυήριδος h. l. reſcribendum. Nihil frequentius in codicibus, quam capite truncata a librariis nomina propria, quæ paulo minus in vulgus nota ſunt. Et id huic accidiſſe, quod a ſyllaba γαρ incipit, eo minus etiam mirum videri debet. Vnde vero fuerit profugus ille homo, aut in exilium pulſus, non liquet. Verſ. 4.

Verſ. 7. διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς. Licet defendi utcumque cum Reiſkio poſſit præpoſitio διὰ, ſcabroſam tamen utique reddit orationem. Quare, cum videam abeſſe eam a codice Florentino, deletam & ego malim. Agnoſcit tamen Vat. qui mox deinde male τὴν ἐν τοῖς διατρ. habet. Scaliger διὰ in ἤδη mutandum cenſuerat. — *Verſ.* 8. οἰκείαν ed. 1. 2. & Reg. B. cum uno Reg. A. Verſ. 7. 8

CAPVT LVIII.

Cap. LVIII.

Verſ. 1. Debuerat h. l. ad marginem notari *annus* 1. *Olymp.* CXL. *A. V.* 535. quoniam (ut adparet ex verſ. 2.) quæ hoc capite narrantur, jam geſta ſunt anno ſequenti, poſt ea quæ ſuperius ſunt expoſita. Verſ. 1.

Digitized by Google

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *ἀνέδωκε* Flor. Aug. Reg. A. & miror ni Vat. *ἐνέδωκε* dederat h. l. Bav.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *περὶ παρασκευῆς.* Articulum *τῆς* infertum voluit Reiſkius. — *Ibid. ὑπὲρ οὗ καὶ πρότερον.* Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. *ὑπὲρ οὗ τὸ πρότερον* edd. cum Bav. Parum refert. — *Ibid. ἐπέτεμε πάσας τὰς προειρημένας γνώμας.* Eodem modo hoc dictum eſt, ut Cicero *incidere deliberationem* dixit, & *incidere ſpem* Livius, pro *tollere*, *evertere*: de qua phraſi conf. Erneſt. Ind. latinitatis Ciceron. Idem verbum *ἐπιτέμνειν*, eadem notione, ex conjectura reſtitui Polybio XXXV. 4, 6. ubi *ἐπιτείνειν* dederant libri.

Verſ. 5. 6. *Verſ.* 5. *βασιλέων. βασιλέως* ed. 1. temere & invitis msstis, ut nullus locus ſit ſuſpicioni, quæ inde aborta erat Reiſkio. — *Verſ.* 6. *κρατουμένην μέν. μὲν* deeſt Aug. Reg. A. Perperam. Ad hanc particulam refertur deinde adverſativa *γε μὴν* verſ. 8.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *οὔ γὰρ ἂν ἐπινοήσωσιν ἀεὶ προβαίνειν.* Sic Caſaubonus edidit, monente Vrſino, ſuffragantibus Vat. & Flor. *οὔ γὰρ ἀεὶ προβ. ἂν ἐπινοήσ.* ed. 1. 2. & Reg. B. cum Bav. *οὔ γὰρ ἂν ἐπινοήσ. προβ. ἀεὶ* Aug. Reg. A. — *Verſ.* 8. *οἰκείαν. οἰκίαν* ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. — *Ibid. εὐκαιρίαν.* Imperite *ἀκαιρίαν* Aug.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. *διὰ τῆς Βερενίκης συμπτώματα. Βερνίκης* Flor. Aug. Reg. A. De re vide Iuſtin. XXVII. 1. & Appiani Syriac. c. 65.

Cap. LIX.

CAPVT LIX.

Verſ. 1. ſqq. *Verſ.* 1. *ὡς ἐπί.* Caret *ὡς* Aug. — *Ibid. στρατιᾶς. στρατείας* Vat. Flor. — *Verſ.* 2. *Θεόδοτον τὸν Ἡμίλιον.* Cognomine iſto, quod fortaſſe *a proceritate ſtaturæ* nactus eſt, diſtinguitur hic ab Aetolo illo Theodoto, cujus ſæpe in eiſdem his Coele-Syriæ rebus fit mentio. *Ἡμίλιον* quidem h. l. dant Vat. & Flor. ſed alibi in vulgatam conſentiunt. — *Verſ.* 3. *Τὴν δὲ τῆς.* Temere *τὴν δὲ τὴν*

Digitized by Google

τὴν τῆς ed. 1. 2. Reg. B. — *Ibid.* ἔχων. Perperam ὄχει Aug. Reg. A.

Vers. 4. ὄρος ὑπόκειται. Si vera est hæc scriptura, ad propinquitatem referetur hoc verbum ὑπόκειται, (*subjectus est*) ut monuit Mericus Casaubonus. Reiskius ὑπόκειται idem valere ait ac πρόκειται, *jacet ante*, Syriam puta & Ciliciam; *prætentus est* ille mons utrique, ut ambas, ne mutuo coëant, impediat: quam interpretationem probare equidem non possum. Placet Casauboni conjectura in ora Basil. ὑπέρκειται; vel potius ἐπίκειται, quod proprium & familiare Polybio in hac re verbum est, *imminet urbi*. Et frequentissime inter se permutantur a librariis ὑπὸ & ἐπὶ, ob similitudinem notæ compendiariæ, qua efferri solent. Ac licet cum dativo casu construi soleat verbum ἐπίκειμαι, tamen præcedere possunt illi genitivi, absolute positi, κειμένης γὰρ αὐτῆς. Sufficit, ut ad ἐπίκεται intelligamus αὐτῷ. Conf. Adnot. ad IV. 49, 1. Ceterum verbum ὑπέρκειται habemus vers. seq. — *Ibid.* Κερυφαῖος. Pars, puto, montis *Pierii*, qui & regioni & ipsi urbi cognomen dedit. Vers. 4.

Vers. 6. διεζευγμένην φάραγγι κοίλῃ. *prærupta & profunda valle divisa est.* Id duobus modis intelligi potest: aut, ut vallis per ipsam urbem decurrat, eamque in duas partes dividat; quemadmodum verbum illud accipitur V. 44, 11. aut, ut ista valle disjungatur urbs a monte imminente. Vers. 6.

Vers. 8. καὶ τὸ σύμπαν. καὶ caret Aug. — *Vers.* 9. ἐγκλίμασι. Quod sic dare ed. 1. ait Reiskius, in cod. Aug. vero esse ἐν κλίμαξι, in altero a se ipse, in altero a Boeclero deceptus est vir doctus. Vterque liber cum reliquis codd. in ἐγκλίμασι consentit: sed id idem valet quod ἐγκλίμασι. In vetustissimis exemplaribus semper ν ante γ servatur, ubi recentiores γγ scribunt: & antiqui moris ubique tenaces sunt Vaticanæ membranæ. Verum autem esse ἐγκλίμασι, recte monuit idem Reiskius. — *Ibid.* σκαλώμασι. Casaubonus: *incisuris sarculo excavatis.* Mihi Vers. 8. 9.

Digitized by Google

Vers. 9. visum est hoc nomen eamdem fere vim habere cum præcedente. Est ab eadem radice cum σκαληνὸς, quod exponitur per σκολιὸς apud Hesychium: & σκολιώματα sunt *obliqui anfractus* apud Strabonem; nisi ipse etiam Polybius σκολιώμασι h. l. scripsit, idque a librariis in σκαλώμασι corruptum est, quod ex recentiorum Græcorum usu *scalas* denotat. Sed fortasse ne spernenda quidem codicum Vat. & Flor. lectio est, σκαιώμασι.

Vers. 10. *Vers.* 10. τὸ καλούμενον Ἀμύκης πεδίον. Est Hebræorum & Syrorum *amùk* vel *amìk*, quod *profundum* significat: & intelligitur, hoc cognomen dedisse indigenas ei regioni eadem ratione, qua Græci Κοίλην cognominarunt Syriam. Eodem nomine usum esse Arabico sermone Abulfedam, observavit Reiskius, & conferre jussit Norisi. Epoch. Syro-Macedon. p. 276. Præiverat jam Bochartus in Geogr. Sacr. P. II. lib. I. c. 1. p. 366.

Vers. 11. *Vers.* 11. λύμας. In ora codd. Vat. Aug. & Reg. A. est scholion: Ὅμηρος· λύματα τ' ἐξεπάθαιρον. Vide Iliad. I. 314. & XIV. 171.

Cap. LX.

CAPVT LX.

Vers. 2. sqq. *Vers.* 2. ποιησόμενος. Temere ποιησάμενος solus Aug. *Vers.* 4. Διογνήτῳ. Νεογνήτῳ h. l. ed. 1. cum Bav. sed mox cum ceteris consentiunt. — *Vers.* 5. κρατήσῃ. Perperam κρατήσει edd. errore ex ed. 1. propagato. — *Ibid.* ἐγχειριθ. Corrupte ἔχει χριωθησομένης Aug. & inde ἔχει χρηθ. ora ed. 2.

Vers. 7. *Vers.* 7. τετραποδητὶ, *manibus pedibusque*, ut interpretatus est Suidas in hac voce, verba ipsa Polybii adferens; quæ parum intellecta sunt a Suidæ interpretibus, cum nescirent, ex Polybio esse ducta, & connexionem ignorarent. — *Ibid.* τρόπον. Temere τόπον ed. 1. 2. pro quo cum *ex conjectura* τρόπον se corrigere ait Vrsinus, ostendit, (ut passim aliâs) se non necesse putasse, ut codicem suum in levibus hujusmodi erroribus inspiceret. Nostri sane mssti omnes verum tenent; & sic haud dubie etiam Vr-

sini

ſini codex dabat. — *Ibid.* τὸ παράπαν utique ſcripſiſſe putem Polybium, ut conſtanter aliâs. vide c. 66, 7. 67, 11. 85, 1. &c. Omiſſus h. l. articulus, quoniam & aliud nonnihil ſimul peccarunt veteres librarii, nam παρὰ πάντα δὲ νεώρια dant Vat. & Flor. Conf. ad III. 26, 4. — *Ibid.* κλιμάκων. κλιμάτων ed. 1. 2. Bav. Verſ. 7.

Verſ. 8. νεωρίοις. νεωτέροις Aug. — *Ibid.* προηρεικότων. προσειρηκότ. Aug. — *Verſ.* 9. προστρέχοντες. προτρέχοντες Aug. — *Verſ.* 10. δὲ poſt καταπεπληγ. carent ed. 1. 2. invitis msstis. — *Ibid.* τοὺς θησομένους. Deeſt τοὺς Aug. male. — *Ibid.* πάντων carent Aug. & Reg. A. Verſ. 8. ſqq.

CAPVT LXI.

Cap. LXI.

Verſ. 1. ἔντευξιν. ἔνταξιν Aug. — *Verſ.* 2. ἀπέδωκε ex ing. corrigere juſſit Vrſinus. Sic autem & ſcripſit Reg. B. Conf. V. 9, 9. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. ἀπορ. ἦν καὶ δυσχρ. πλήρης. Sic Flor. Aug. Reg. A. puto & Vat. licet ex eo non notatum. ἀπορ. καὶ δυσχρ. ἦν πλήρης edd. cum Bav. — *Ibid.* προσαγγελλομένοις ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. Flor. προαγγελομ. ed. 1. Bav. προαγγελλομ. Aug. Reg. A. Verſ. 3.

Verſ. 4. καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. vide cap. 40. — *Ibid.* ἐπὶ δὲ τούτοις. Perperam ἐπεὶ δὲ τούτοις Vat. ἐπειδὴ τούτοις Flor. — *Ibid.* ἐποιεῖτο. Imperite ed. 1. ἐποῖτο, tum in marg. „*aliâs* ἐπεῖτο." — Nempe in Bav. cum per errorem ἐπεῖτο ſcripſiſſet librarius, mox errorem corrigens ſuperne adpoſuit οι. Verſ. 4.

Verſ. 5. διὰ μὲν αὐτοῦ. διὰ μὲν αὐτοῦ Bav. — *Ibid.* Παναιτώλου. Sic h. l. Aug. Reg. A. Παναιτωλοῦ edd. cum Bav. — *Verſ.* 6. καὶ τὰς ἐπί. Temere neglexit καὶ ed. 1. *Ibid.* ὑπερτιθέμενος. ὑπερθέμενος Vat. Flor. — *Ibid.* τἄλλα πάντα. πάντα τἄλλα Aug. Verſ. 5. 6.

Verſ. 7. αὐλῶνα Μαρσύαν. vide c. 45, 8. — *Ibid.* κειμένῃ temere caret ed. 1. — *Verſ.* 8. προσκαθῆσθαι. προκαθ. Verſ. 7.

καθ. Aug. — *Ibid.* πολιορκεῖν. πολεμεῖν Aug. Conf. ad I. 15, 10.

Verſ. 9. 10. *Verſ.* 9. πεπυσμένος ed. Caſ. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. Flor. Perperam πεπεισμ. ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* τὰ στενὰ τὰ περὶ Βηρυτὸν, *fauces prope Berytum*: eaſdem, puto, quas dicit cap. 68, 6. — *Verſ.* 10. ἐπεστρατοπέδευσε. ἐστρατοπέδ. Flor.

Cap. LXII. ## CAPVT LXII.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. Παναίτωλον. Παναιτωλὸν h. l. edd. & mſſti. Retraxi accentum, ut fecit Caſaubonus X, 49, 11. ſq. Conf. ſupra, cap. 61, 5. — *Verſ.* 3. Sex verba ἐν οἷς οὐδὲν &c. deſunt ed. Reg. B. & Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τάς τε διώρυγας ἀναστομοῦν. διωρυχὰς Vat. ἀποστομοῦν voluerunt Reiſkius & Erneſtus, id eſt, *obturare, occludere canales Nili*, ne ſcilicet navibus ad ipſum venire Antiochus poſſet: & ita apud Polybium legiſſe Suidam putarunt, decepti opinione Gronovii, qui fragmentum illud, quod in Fragm. Polybii grammaticis num. XXVI. (T. V. p. 81.) retulimus, ex hoc Polybii loco ductum ſuſpicatus erat; quæ quidem ſuſpicio & per ſe fundamento carebat, &, ſi vera eſſet, indicio erat futura, vitioſo codice uſum eſſe Suidam. Imo ἀναστομοῦν, *aperire Nili clauſtra* jufſerat Ptolemæus, ut aquis tegerentur campi, nec aditus pateret hoſti, a Syria introituro in Aegyptum.

Verſ. 6. 7. *Verſ.* 6. ὃς ἠναγκάζετο. οὓς ἠναγκ. Bav. — *Verſ.* 7. τοῦ μὲν ἐκ. τὸ μὲν Flor. — *Ibid.* παρεσκονδημένοι reſtitui ex ed. 1. 2. & vetuſtioribus codd. παρεσκονδημένοις ed. Caſaub. & ſqq. cum ſolo Reg. B. — *Ibid.* ἀδυναμίαν. δύναμιν Aug.

Ibid ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασι ex Polybio adfert Suidas in Ἐκ χειρὸς, quod interpretatur μετὰ πάσης ἐπιμελείας, ἐπιτεταμένως, συντόνως. Rectius vero exponi videtur *e veſtigio*, ut I. 76, 8. & XVII. 7, 2.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. γὰρ αὐτοῖς ὠλιγώρητο. γὰρ αὐτοῖς caret Aug. Temere γὰρ αὐτῆς ὠλιγωρήσατο habent ed. 1. 2. — *Ibid.* πάντα

Digitized by Google

πάντα τὰ κατά. Perperam τὰ deeſt ed. 1. 2. Bav. Habet Reg. B. cum ceteris codd.

CAPVT LXIII.

Cap. LXIII.

Verſ. 1. ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τὸ δυνατὸν ἔλαβον πρὸς τὸ παρόν. Tolle comma poſt ἔλαβον, & poſt βασιλείας, *ex eis quæ fieri poterant*, (quæ propoſita erant; quæ in eo rerum ſtatu conſentaneum erat ut fierent) *id quod poſſibile erat in præſentia elegerunt.* Sic fere V. 20, 7. τὸ δυνατὸν ἐκ τῶν πραγμάτων ἔλαβον πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Verſ. 1.

Verſ. 2. τοῦ πολέμου. τοῦ Πτολεμαίου Aug. & Reg. A. ſed in hoc correctum in marg. eadem manu. — *Ibid.* κατεκλύειν recte codd. omnes. Temere καταυλύειν ed. 1. 2. Hinc καταυλείαν Vrſin. ex ingenio. — *Ibid.* ἔμφασιν. ἔμφρασιν Flor. — *Ibid.* περὶ αὐτόν. Temere caret περὶ ed. 1. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἂν τολμήσοντος. ἀντολμήσαντος ed. 1. 2. Lubens acciperem ἂν τολμήσαντος, ſed in futurum conſentiunt codices. — *Ibid.* διδάξοντος. διδάξαντος ed. 1. 2. non male, ſed invitis msstis. Verſ. 3.

Verſ. 7. προκαθήμενοι Vat. Flor. ut habent omnes cap. 66, 8. Perperam h. l. προσκαθήμενοι edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Appianus Punic. c. 49. ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθήμενος ἐχρημάτιζεν. Rurſus ib. c. 87. προὐκάθηντο ἐπὶ βήματος. & Bell. Civil. I. c. 71. ἐπὶ τοῦ θρόνου προὐκάθηντο. Verſ. 7.

Ibid. παραπλησίως δέ. δὲ temere neglectum erat in ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* παρὰ τῶν περὶ τὸν Ἀντ. recte Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. & Flor. παρὰ τὸν Ἀντίοχον ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. omiſſis mediis. Vnde παρὰ τοῦ Ἀντιόχου voluit Vrſin.

Verſ. 9. ἐξαπέστειλον. ἐξαπέστελον Flor. Verſ. 9.

Verſ. 11. Φοξίδα. Φωξίδα ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* τῷ Μελιταιεῖ. — „Ex *Melitia* [*Melitea*, vel *Melitæa*] Theſſaliæ oriundo, aut Achaiæ; quapropter etiam hic *Phoxidas* p. 569. [c. 65, 3.] *Achæus* vocatur, illius Achaiæ nimirum, quæ in Theſſalia ad ſinum Pagaſeum eſt: qua de Verſ. 11.

Digitized by Google

Verſ. 11. Melitia vid. Interpp. ad Thucyd. IV. 78. & Noſtri p. 608. [V. 97, 5 ſq.] "REISK. — De *Melitæa* recte monitum: conf. Steph. Byz. in Μελιταία. Sed mirum, quo pacto Polybius loc. cit. *Achæum* adpellare voluerit hominem, ex Phthiotide oriundum, qua in regione jam pluribus abhinc ſeculis exoleverat Achæorum nomen. Et tamen eumdem hominem utique prædictis locis rurſusque c. 72, 6. dicere videtur. Forte in Peloponneſo per aliquod tempus verſatus, civitate Achæorum in Achaia Peloponneſi erat donatus.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Κυσπίας Ἀλωρίτης. Κωνωπίας ſuſpicatus eſt Reiſk. h. l. & c. 65, 7. nullam tamen adferens rationem. Κλοπίας h. l. Aug. & Reg. A. mendoſe. Ἀλωρίτης dederunt h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. & Perottus *Cnopias Aloritès;* recte, ex *Aloro*, Macedoniæ urbe, cujus gentile Ἀλωρίτης Stephanus etiam prodidit. ὁ Λωρίτης ed. 1. & Bav. Ὁλωρίτης ed. 2. ὁ Ἀλωριάτης Caſaub. & ſeqq. nempe Ἀλωριάτης ex Reg. B. adoptavit; articulum autem, quem ignorant ceteri, tenuit ex Bav. & partim ex ed. 2. Rurſus tamen idem Caſaub. c. 65, 7. Stephanum ſecutus, recte Κυσπίας Ἀλωρίτης edidit, ubi mendoſe Ἀλαριώτης dabant ed. 1. 2. cum Bav. & Ἀλαριώτης Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. rurſuſque Ἀλωριάτης Reg. B.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. εὐκαιρότατα. Temere εὐκαιρότατον ed. 1. 2. Reg. B. errore Obſopoei. — *Ibid.* Δημητρίῳ καὶ Ἀντιγόνῳ. Philippi patri & vitrico. — *Ibid.* συστρατευόμενοι Nil urget, ut cum Reiſkio συνεστρατευμένοι aut συστρατευσάμενοι corrigamus. Vide quæ ad τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι I. 1, 1. notavimus. — *Ibid.* τῆς ἀληθείας. Vim hujus vocabuli declarabit locus parallelus I. 21, 1-3. — *Verſ.* 14. Verba τὸ πλῆθος &c. uſque διελόντες cap. ſq. verſ. 1. deſunt ed. 1. errore editoris, unam lineam exemplaris Bavarici tranſilientis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT LXIV.

Cap. LXIV.

Verſ. 1. Totum hoc caput cum ſequente inſertum eſt Excerptis *Codicis* VRBINATIS, adjecto ad oram titulo, Ἀθροισις λαοῦ Πτολεμαίου. — *Ibid.* ἀνέδοσαν. Temere ἐνέδοσαν Reg. B. — *Verſ.* 3. κινήσσειν. Temere κινήσεων ed. 2. — *Verſ.* 6. Μνασιάδου. Μνασίδου ſolus Reg. B. — *Verſ.* 7. οἳ καὶ κατ' ἰδίαν. οἳ μὲν καὶ ed. 1. 2. Reg. B. invitis vett. msstis; quare carere poſſumus Reiſkii conjectura.

Verſ. 1 ſqq.

CAPVT LXV.

Cap. LXV.

Verſ. 1. τοῖς ἰδίαις. τοῖς caret ed. 1. temere, ut multa alia. — *Verſ.* 2. ὑφ' ἑαυτόν. ὑφ' αὑτὸν Flor. — *Verſ.* 3. Ἀχαιὸς Φοξίδας. Vide notata ad c. 63, 11. — *Verſ.* 3. ὁ Ἀσπένδιος. Articulum, quem agnoſcunt h. l. ſcripti libri omnes, temere neglexerunt editi. — *Verſ.* 5. Interſere comma poſt τὴν αὐλήν. — *Ibid.* Πολυκράτης. Temere καὶ Πολυκρ. ed. 1. 2. Reg. B.

Verſ. 1 ſqq.

Verſ. 6. καὶ πᾶν τὸ τῶν dederunt Vat. & Flor. καὶ πάντων Aug. & Reg. A. puto & Vrb. ut Bav. — *Ibid.* ἱππέων πλῆθος Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. & Vrb. qui iidem deinde ignorant τὸ πλῆθος ante εἰς δισχιλίους. — *Ibid.* παρέσχετο. παρέχετο Aug. Reg. A.

Verſ. 6.

Verſ. 7. Κνωπίας Ἀλωρίτης. Vide ad c. 64, 7. — *Ibid.* Κνώσσιον Caſaub. & ſeqq. conſentiente Flor. Κνώσιον ed. 1. 2. Bav. Reg. A. Ex Vat. & Vrb. nil notatum. In Aug. plura verba deſunt, ab uno τρισχιλίους ad alterum.

Verſ. 7.

CAPVT LXVI.

Cap. LXVI.

Verſ. 1. συνεσταμένος recte ed. 1. conſentientibus msstis, excepto Aug. e quo imperite συνεπιστάμενος adſcitum in ed. 2. quod tenuere poſteriores editores.

Verſ. 1.

Ibid. περὶ τὴν καλουμένην πόλιν Δοῦρα. Sic quidem msſti omnes cum editis, haud dubio errore, qui obſervationem noſtram effugerat. Δῶρα ſcribendum perſpecte monuit Reiſkius, Noriſium conferre jubens in Epo-

Digitized by Google

Verſ. 1. chis Syro-Macedon. p. 543 ſqq. Adde Cellar. III. 13. p. m. 521. *Dora*, maritima urbs Galilææ ſive Phoeniciæ, Ptolemaidi & Carmelo monti ad meridiem. — „Librariis, ut obſervavit Reiſkius, *Dura* Meſopotamiæ, aut illa ultra Tygridem poſita, quorum ante meminit auctor, adhuc obverſabantur memoriæ."

Ibid. τὰς τῶν περὶ τὸν Νικόλαον παραβοηθείας. Simpl. βοηθείας ſolus Aug. Caſaubonus: *obſeſſis ſubinde opem ferebat Nicolaus.* At *ſubinde* non eſt in græcis; & παραβοήθειαι, in plurali numero, etiam de *auxiliis ſemel miſſis* dici poterat. Forte illi, qui a Nicolao miſſi erant ad occupandas viarum anguſtias, poſtquam repulſi ſunt ab Antiocho, (cap. 61, 9 ſq.) Dora ſeſe receperant: cum quo convenit quod ait τῶν περὶ τὸν Νικόλαον.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τετραμήνους correxit Caſaub. τετραμμένος ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. puto & Vat. τετραμμένους Flor. *Verſ.* 5. Ante διαφῆκε temere ex ſuperioribus repetunt ἀπολιπὼν δὲ φυλακὰς Aug. & Reg. A.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη. Caret τὸ ed. 1. cum Bav. καὶ τὸ λοιπὸν μὲν ἤδη τοῦ μὲν Vat. Flor. — *Ibid.* ὄχλους. ὅλους Flor. — *Ibid.* προσδεηθήσεσθαι. Sic προσεδεήθησαν V. 77, 3. pariter in paſſivo. — *Ibid.* μάχης. τῆς μάχης Aug. Reg. A. — *Ibid.* τῆς Κοίλης Συρ. edd. cum Bav. Abeſt τῆς Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πρὸς τὸν Ἀντίοχον. — „Vir magnus (If. Caſaub.) voluit Πτολεμαῖον, vertens *ad Ptolemæum.* Cogitabam tamen, minori mutatione, παρὰ τοῦ Ἀντιόχου, *ab Antiocho.* Sed explicari commode vulgatum poteſt: nempe Soſibium ita tectos habuiſſe Alexand. apparatus, ut ne iis quidem legatis, quos ipſe ad Antiochum mittebat, plane noti fierent; ne forte ab Antiocho poſtea corrupti omnia ei ſignificarent." GRONOV. — Nempe hi legati, quos ad Antiochum miſſos ait, non Aegyptii erant, ſed externi amici utriuſque regis, Rhodii, Byzantini &c. conf. c. 63, 5 ſq. & Adnot. ad c. 67, 11.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT LXVII.

Cap. LXVII

Verſ. 1. τότε. — „Cum jam rediiſſet e caſtris Antiochus ad Seleuciam, & milites in hiberna dimiſiſſet.“ REISKIVS. Verſ. 1.

Verſ. 2. καθάπερ. Non diſplicet καθάπαξ, id eſt, *omnino*, *quoquo modo*, quod ſuaſit Reiſkius: & nonnumquam in msstis καθάπερ eo nexu ſcripturæ in fine depingitur, litera ε ſuperne literae ρ adnexa, ut videatur eſſe καθάπαξ. Sic in cod. Reg. E. VI. 13, 7. & 48, 6. XI. 31, 5. (conf. ad V. 61, 1.) Quo facilius confundi illa potuerunt. Sed & καθάπερ locum poteſt tueri. Et καθάπαξ non aliter apud Noſtrum, quam adjecta negatione uſurpatum memini; ſic locis modo citatis, quibus adde hoc cap. verſ. 13. &c. Verſ. 2.

Verſ. 3. καὶ δή. ἢ μὴ παραγεν. Vat. εἰ καὶ Aug. & Reg. A. a pr. manu; quæ ex ἢ καὶ corrupta videri poſſunt. Ex Flor. nulla notatur varietas. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὸ μὲν ἄρτι γεγονὸς ἀτύχημα. Poteſt quidem ἀτύχημα cum Caſaubono intelligi *damnum illatum*, *calamitas illata*: quemadmodum οἱ ἡτυχηκότες IV. 13, 3. ſunt *qui in prælio ceciderunt*, & III. 20, 6. τὸ γεγονὸς κατὰ τοὺς Ζακανθαίους ἀτύχημα, *Saguntinorum clades* vel *calamitas*; adde V. 74, 3. Sed opportune Reiſkius monuit, & apud alios auctores, & apud Polybium præſertim, ſicut vocabulum ἀτυχία XII. 13, 5. & XVII. 15, 6. (addi poterat IV. 21, 6 ſq.) ſic & ἀτύχημα VI. 8, 6. & XII. 14, 2. pro *ſcelere*, *flagitio* uſurpari. Quæ notio perapte in hunc locum, in quo verſamur, quadrat. Eodemque modo vocabulum ἀτύχημα III. 20, 6. accepit librarius ille, qui pro eo ἀδίκημα ibi poſuit. Nec abſque veri ſpecie idem vocabulum defendit Reiſkius apud Diodorum Sicul. XIII. 30. ubi in ἀδίκημα cum Rhodomanno mutatum voluit Weſſelingius. Verſ. 4.

Verſ. 5. τὸ δὲ πλεῖστον, *maxime vero*. Sed nunc quidem aut idem valere videtur ac τὸ δὲ πλεῖον, *immo vero*, *quin potius*; aut cum illo a librariis eſſe permutatum. Sic vero Verſ. 5.

Digitized by Google

vero & II. 45, 1. pro τὸ δὲ πλεῖον codex Flor. τὸ δὲ πλεῖστον habet. Similiter iſta inter ſe permutata vidimus I. 13, 11. I. 59, 6. V. 4, 3.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἀντιγόνου τοῦ Μονοφθάλμου. Quatuor celebres belli duces commemorat Plutarchus, in exordio vitæ Sertorii p. 568. qui *altero lumine* fuere *orbati*, Philippum, Antigonum, Hannibalem & Sertorium. *Antigonum* hunc *primum Syriæ regnum obtinuiſſe*, rurſus contendit Antiochus Epiphanes apud Polyb. XXVIII. 17. *& in ejus jura, conſentientibus ceteris regibus, poſt prælium ad Ipſum ſuceſſiſſe victorem Seleucum.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐπίεζε ed. 2 ſeqq. Aug. Flor. Reg. B. & ora Reg. A. Mendoſe ἐπιέζει ed. 1. Bav. & Reg. A. in contextu. ἐκπίεζει Vat. Sed in marg. γρ'. ἐπίζε. — *Ibid.* βουλευόμενοι Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. & Flor. βουλόμενοι ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Ex Vat. nil notatur. Conf. ad IV. 22, 2. — *Ibid.* Κάσσανδρος ed. Caſaub. & ſeqq. Vat. Flor. Κάσανδρος ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B.

Verſ. 9. 10. *Verſ.* 9. παρὰ Πτολεμαίου. παρὰ τοῦ Πτολ. Flor. — *Ibid.* ἠΰξον. ἠΰξων Flor. — *Verſ.* 10. προεφέροντο recte dedit Flor.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῆς δικαιολογίας γιγνομένης διὰ τῶν κοινῶν φίλων, *quoniam per communes amicos controverſia diſceptabatur.* At ſic conſentaneum erat facilius terminari litem poſſe, ſi communes adeſſent amici, qui velut arbitri ſederent. Sed hoc ipſum mox *negat, ſediſſe in medio, qui inhibere poſſent impetum illius, qui lædere alterum videretur.* Quæ ita concilianda, ut intelligamus, (id quod ſatis etiam clare ipſe Polybius ſignificat) primum quidem *legatos de ſuis* ad Antiochum miſiſſe, Agathoclem & Soſibium (cap. 63, 4.) ſed deinde legationes ulto citroque non niſi *per externos communes amicos, Rhodios, Byzantios, Cyzicenos, Aetolos*, eſſe adminiſtratas; (ib. verſ. 5 ſq.) qui mandata quidem ab altero rege ad alterum perferebant, ceterum nec cauſſam juraque utriuſque ſatis cognita habebant, ut ad ea, quæ quoque tempore ab altera parte reſpon-

Digitized by Google

spondebantur, regerere & opponere quæ ad rem pertinebant, possent; nec auctoritate atque pondere apud reges tantum valebant, ut eos compellere quodammodo ad componendam litem, &, ne nimis manifeste alter alterum læderet, prohibere possent. Conf. c. 66, 9. & ibi notata.

Vers. 13. λόγον ἠνείχετο. λόγου ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* A verbis δεινὸν ἡγούμενος usque τῶν τοιούτων temere omnia transiliit ed. 1. — *Ibid.* καὶ τολμᾶν. καὶ deest ed. 2. & Aug. Vers. 13.

CAPVT LXVIII. Cap. LXVIII.

Vers. 1. πρεσβεύοντες μὲν ἄλις εἶχον. Vulgatam scripturam ἄλξεις latine sic reddiderat Casaubonus: *quum igitur, dum per legatos agerent, utrique suis se propugnaculis tuerentur.* ἀλύξεις, id est *effugia*, suspicatus erat Scaliger. Sed ita opportunum est ἄλις, ut, hoc semel in medium prolato, nil aliud quæri debuerit; & ut merito miratus sit Reiskius, Casaubonum in apertissimo mendo tuendo potuisse operam perdere. — „Incredibile dictu est, ait idem REISKIVS, quot mendas pepererit ille ductus ξ similis, quem tamquam caudulam græci librarii clausulis vocum appendent, aliâs alia significantem, κὸς, κὴ, κὸν, κος &c. &, ut ex hoc loco conjicio, etiam ις. Primum itaque videtur aliquis pro ἄλις scripsisse, per compendium idem significans, ἀλξ. Venit deinde alius, & illud compendium interpretans ις vel εις adscripsit. Inde utroque, & compendio & ejus interpretamento, confuso natum ἄλξεις, vox hic quidem nihili." — Mediis etiam vocibus interdum interseritur illa cauda. Habes illius notæ, ις significantis, exempla in Tabula ad Montfauc. Palæogr. græc. p. 344. col. 3. sub finem in vocabulis βασιλικὸν & θανατική. De simillima figura, valente ερ, dixi ad cap. 67, 2. Quod, vice versa, pro ἀλλ' ἀπρὶξ, ἀλλὰ πρὶν legerunt scripseruntque librarii XII, 11, 6. ex pari causa ortum. Iam & ipsas ις literas eadem figura expressas in scriptis libris observasse mihi videor, nec tamen locus nunc Vers. 1.

menti

menti occurrit, nec plane adseverare velim: sed facile intelligitur, si fugiente calamo literæ ι inferne adnectitur litera ς, similem literæ ξ posse figuram prodire.

Ibid. εἰσβαλῶν scripsit Casaub. εἰσβαλὼν ed. 1. 2. cum msstis.

Vers. 2. *Vers.* 2. ὁλοσχερέστερον ἐπιτρέψαντες. Possis suspicari τὸ ὁλοσχερέστ. Sed ὁλοσχερέστερον adverbium est, non accusativus nominis: & frequentissime absque accusativo construitur verbum ἐπιτρέπειν, in illa præsertim phrasi ἐπιτρέπειν τινὶ περὶ τῶν ὅλων, cui æquivalet fere hæc ὁλοσχερέστερον ἐπιτρέπειν τινί. Invitis msstis h. l. ἐπιστρέψαντες dant ed. 1. 2.

Ibid. χορηγίας τε παρεῖχον εἰς τοὺς κατὰ Γάζαν τόπους. — „Videtur παρῆγον scribendum. Sic lib. I. c. 18, [5.] τὰ χορηγεῖα καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἥθροιζον καὶ παρῆγον εἰς Ἐρβησσόν." GRONOVIUS *in Notis msstis.*

Vers. 3. *Vers.* 3. εἰς τὸν πόλεμον ἐνέβαινε. Sic scribendum monuerat Reiskius, & id ipsum obtulerunt codd. Flor. Aug. Reg. A. Ex Vat. quidem nil notatum.

Vers. 6. *Vers.* 6. τὰ κατὰ Πλάτανον στενὰ &c. De his geographicis Coelesyriæ & Phœniciæ, ad Norisii Epoch. Syro-Maced. p. 431. & 463. ablegat Reiskius, & ad Wesselingii Adnotationes ad Itineraria. Est autem alia *Platanus* Syriæ, cujus meminit Antonini Itinerar. p. 147. inter Antiochiam & Laodiceam ad mare vel Laudiciam: alia Phœniciæ est, quam nunc Polybius dicit; quæ, ut Wesselingius ad Itin. l. c. monuit, Πλατάνη apud Iosephum vocatur Ant. Iud. XVI. 11, 2. & Bell. Iud. I. 27, 2. quam κώμην Σιδωνίων Iosephus esse ait, haud procul Beryto sitam. Eadem intelligenda apud Stephanum videtur, cum ait Πλάτανος, πόλις Φοινίκης. Eodem modo idem Stephanus: Πορφυρεών, πόλις Φοινίκης. quam Procopius (citante Wessel. ad Itinerar. Hierosol. p. 583.) pariter κώμην vocat. Haud procul Platano *Porphyreon* vel *Porphyrion* sita erat, ad ipsum mare, inter Berytum & Sidonem, XX. M. P. a Beryto. De qua consule Relandi Palæstin. p. 956 sq.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ταύτῃ παρεφύλαττε Casaub. & seqq. cum Reg. B. consentiente Flor. nescio an & Vat. Ferri autem pariter ταύτην poterat. De *angustiis*, quas dicit Polybius, conf. 69, 1.

Vers. 7. εἰς Μάραθον. *Marathus*, oppidum in finibus *Aradiorum*. — *Ibid.* Ἀραδίων correxit Casaub. Sic vero & Vat. & Flor. Ἀρναδίων ed. 1. 2. Bav. Aug. Ἀρνάδων Reg. A. Et sic iidem mox iterum. Simili errore apud Stephanum, sive epitomatoris culpa, sive librariorum, legitur Μάραθος, πόλις Ἀπαρναvίας, pro quo, cum Marathum Acarnaniæ nemo noverit, Ἀραδίας vel Ἀραδίων scriptum oportuisse nemo dubitabit, qui veterum loca consuluerit, quæ Cellarius Geogr. Ant. III. 12. p. 416. & p. 425. congessit. Vers. 7.

Vers. 8. Κάλαμον. *Calamum*, Straboni & aliis præteritam, cum *Triere* & *Botry* nominavit Polybio consentiens Plinius lib. V. cap. 20. sect. 17. Vers. 8.

Vers. 9. προαπέστειλε. ἀπέστειλε solus Aug. — *Ibid.* προκαταλαβέσθαι. καταλαβέσθαι ed. 1. & Reg. B. cum solo Bav. — *Ibid.* τὰς δυσχωρίας περὶ τὸν Λύκον καλούμενον ποταμὸν &c. Hæc, collata cum eis, quæ sequuntur αὐτὸς δὲ . . κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Δαμοῦρον ποταμὸν, ita dicta videntur, quasi a *Beryto* meridiem versus progredienti primum occurreret *Damuras* fluvius, deinde vero *Lycus*: nam, *dum Theodotum & Nicarchum cum expeditis præmittit ad Lycum fluvium Antiochus, ipse interim cum omni reliquo exercitu progreditur, & ad Damuram castra locat.* Et de *Damura* quidem consentit Strabo lib. XVI. p. 756. esse a meridie Beryti, inter Berytum & Sidonem. Nam, qui apud Strabonem Ταμύρας vocatur, eumdem esse cum Polybii Δαμούρᾳ, non solum locorum situs & soni similitudo probat; sed & nomen, quibus ab indigenis adpellatur, *Nahr-Damur*, evincit. Et opportune ait Polybius, *ad Damuram fluvium cum exercitu subsitisse Antiochum*; nam ultra illum erat Porphyrion oppidum, juxta quod sunt angustiæ illæ inter montes & mare, (de quibus jam dictum Vers. 9.

Verſ. 9. ctum eſt ad verſ. 6. conf. Danville Geogr. Ancienne T. II p. 147.) quas copiis ſuis obſeſſas Nicolaus tenebat. At *Lycum* fluvium, conſentiunt ſcriptores, a ſeptemtrione Beryti in mare exiiſſe. Quare videndum, Polybii-ne errore turbatum aliquid ſit hoc loco, an ex noſtra locorum inſcitia difficultas oriatur. Fieri poteſt, ut a meridie Cœleſyriæ decurrens Lycus fluvius ultra Berytum a ſeptemtrione circumfluat: & ſic credi poteſt, fuiſſe *prope Lycum* a meridie Beryti verſus orientem quaſdam montium fauces, (eaſdem fortaſſe, quas *ad Platanum* oppidum eſſe ſupra dixit) quas prius occupare, aut e quibus propellere hoſtes neceſſe erat, quam de tentando tranſitu per anguſtias ad Porphyrionem cogitari tuto poſſet.

Cap. LXIX.

CAPVT LXIX.

succurrat. Perottus, *ad usum civium*; nec tamen inde efficitur, ἀπόλαυσιν eum legisse. Casaubonus, *ad frequentandam urbem incolis*; accipiens scilicet *de civium numero augendo*. — „Malim, ait ERNESTVS in Lexic. Polybiano, *ad augendam rem familiarem civium*, scil. tenuiorum; si tamen lectio sana est, de quo dubito. Veram lectionem arbitror ἐκαυρίσεις vel ἐκαυράσεις. Thucyd. II. 53. ἐκαυρίσεις πρὸς τὸ τερπνόν." — Forte eadem fere notione verum fuerit ἐκαύξησαν, *ad sublevandos cives*. Vers. 6.

Vers. 7. τριπήχεις. Mendose τριπήχυς ed. 1. 2. cum Bav. Sunt autem *catapultæ tricubitales*, quæ tela emittunt trium cubitorum. Vide Lipsii Poliorcet. lib. II. dial. 2. Vers. 7.

Vers. 8. ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι. Quid fuerit *Digma Rhodiorum*, intelligitur ex Digmate Athenienſium, qui locus fuit in Piræeo, hominum copia, tam civium, quam peregrinorum, multum frequentatus, in quo mercatores δείγματα, id est, *specimina* exponere solebant rerum, quæ venales habebant. Vide Suidam & Hesych. auctoresque ibi ab Interpretibus laudatos. — *Ibid.* ἐπὶ τοῦ δήμου. Perperam ἐπὶ τὸν δῆμον Aug. Vers. 8.

CAPVT LXXXIX. Cap. LXXXIX.

Vers. 1. Πτολεμαῖος. *Ptolemæus* Evergetes. — *Ibid.* ἑπταβῶν. Hesychius & Suidas: Ἑπτάβη· μέτρον Μηδικὸν εἶτον, (poterant addere, Περσικὸν καὶ Αἰγυπτιακὸν) Ἀττικὸς μέδιμνος. Conf. Intt. Hesychii. — *Ibid.* ἓξ πεντήρων. Perottus: *ad faciendas quinqueremes sex, triremes decem*. Præferendum hoc visum erat REISKIO, quod res ipsa suadeat, minorem esse numerum quinqueremium, quam triremium. Scripturam autem καὶ, (in quam consentiunt veteres nostri codices omnes,) quam in δέκα cum Reg. B. mutavit Casaubonus, inde ortam suspicatus est idem Reiskius, quod figla ϛ, (Latinorum literæ *S* fere similis,) quæ *numerum senarium* indicat, magnam similitudinem habeat, cum nota compendaria, qua significatur parti- Vers. 1.

Vers. 1. particula καὶ. Ceterum suspicari pariter licebat, vocem δέκα primum in δὲ καὶ, ut passim aliàs, (conf. ad I. 85,3.) fuisse corruptam, dein δὲ ab aliis omissum esse, & solum καὶ relictum. Alia conjectura usus est Xylander in versione germanica, pro καὶ πεντήρων καὶ δέκα τριήρων, legens πεντεκαίδεκα τριήρων, *ad quindecim triremes*; omissis prorsus quinqueremibus. De navium numero, hoc præterea dubium nectit GRONOVIVS: „Quare tantummodo *alimoniam decem triremium* recipit, [vers. 4.] non etiam *decem quinqueremium*, ne quid deesset suo beneficio?" — Vide igitur, an sic scripserit Polybius: ξύλα δὲ ναυπηγήσιμα καὶ πεντήρων καὶ τριήρων δέκα, *ligna fabritandis navibus decem, partim quinqueremibus, partim triremibus*. Sic vers. 4. τριήρων nomen, ut sæpe aliàs, generali notione pro omni genere *longarum navium in belli usum instructarum* fuerit accipiendum.

Ibid. πευκίνων τετραγώνων πήχεις ἐμμέτρους τετρακισμυρίους. Casaub. *trabes e picea ad mensuram cubitorum quadraginta millium.* Nempe πεύκινα τετράγωνα, scil. ξύλα, sunt *ligna e picea cæsa* vel *ligna abiegna ad formam quadrangularem concisa*, id est *trabes abiegnæ*. Neque vero silentio prætereundum est, sua auctoritate Casaubonum hæc a præcedentibus sejunxisse interpolita majori distinctione, quam nullam agnoscunt ed. 1. & 2. cum codd. mss. tis, ut ex horum præscripto *trabes* hæ *piceæ vel abiegnæ* sint *ipsa illa* ξύλα ναυπηγήσιμα, quæ modo dixerat. Quare etiam Scaliger, pro πευκίνων τετραγώνων, correxit πεύκινα τετράγωνα. Quod vero deinde πήχεις ἐμμέτρους habent libri omnes, id suspectum esse REISKIVS monuit: „Quamquam enim, inquit, cubiti alii aliis differunt longitudine, non tamen hic tam cubitorum ἐμμετρία vel *commoditas* spectatur, quam *crassitiei lignorum*. ἔμμετρον est *id, quod est ἐν μέτρῳ*, sc. τῷ καθήκοντι, *in mensura justa*, idem quod σύμμετρον. Sic Lucianus in libello de Saltat. c. 75. ἔμμετρον vocat *justa forma* [*& statura*] *hominem*. Contrarium ejus est τὸ ἔκμετρον, *excedens modum justum*

Digitized by Google

juſtum in utramvis partem." Itaque aut *πευκίνων τετραγώνων πάχους ἐμμέτρου πήχεις τετρακισμυρίους* legendum ſuſpicatus eſt, aut *πευκίνων τετραγώνων ἐμμέτρων πήχεις τετρακισμυρίους*. Poſſis vero etiam, adoptata Scaligeri emendatione *πεύκινα τετράγωνα*, deinde conjicere *πάχους ἐμμέτρου τετρακισμύρια, abiegnas trabes commodæ craſſitiei quadragies mille;* niſi fortaſſe nimius videbitur hic trabium numerus. GRONOVIUS, nihil mutans in græcis, intelligere ſe ait „trabes quadratas varia longitudine, ex quibus dimenſis omnibus ea cubitorum ſumma colligatur;" — græcaque verba ſimpliciter ſic converſa voluit, *trabium quadratarum e picea commodos cubitos ad XL. millia.* Fuerint autem ex hac vulgata lectione commodi *cubiti*, vel *commodæ ulnæ*, ut ait REISKIUS, idem atque *largæ & liberales, ubi menſuræ non tantum nil deeſt, ſed etiam ſupereſt.* Quæ tamen ſententia quam ſit frigida, nemo non videt. Verſ. 1.

Verſ. 2. *ὀθονίων ἱστοὺς τρισχιλίους.* Caſaub. *vela & malos ter mille.* — „Legit igitur, vel, quaſi ſic ſcriptum eſſet, accepit, ut ſolet interdum, *ὀθόνια καὶ ἱστούς*, quorum nihil poteſt placere. Verto: *velorum* (vel *linteorum*) *telas ter mille.* Nam hoc quoque ἱστὸς eſt. Plutarchus in Romulo Tarchetium ait *ἱστόν τινα παρεγχύψαι τοῖς πόροις ὑφαίνειν δεδεμένους*, quomodo & Heſiodus, aliique. Idem eſt, quod dicit Livius XXVIII. 45. *Etruriæ populi pro ſuis quisque facultatibus conſulem adjuturos polliciti; Tarquinienſes linteа in vela; &c.*" GRONOV. — „Dubium eſſe, ait REISKIUS, ſignificet-ne ἱστὸς hic loci *telam*, hoc eſt *tantum quantum uno jugo textorio una opera detexitur;* an *menſuræ quoddam genus*, pro mentiendis pannis, quemadmodum Angli habent ſua *Yard*, quod vocabulum eſt germanicum *gerte*, virga." — Simili ratione Latini vocabulo *pertica* pro menſura utuntur. Sed hujus uſus nominis ἱστὸς nullum adfertur exemplum; alterius exempla proſtant, & eam notionem h. l. res ipſa commendare videtur. Verſ. 7.

Verſ.

Vers. 3. *Vers.* 3. εἰς τὴν τοῦ Κολοσσοῦ κατασκευήν, *ad Colossi reparationem.* Neque tamen rursus erectum esse, intelligitur ex Plinii lib. XXXVII. 7, 18. ubi conf. quæ notavit Harduinus; adde Wesseling. ad Simson. ad A. V. 527. Perperam h. l. κολόσσου penacute vulgo edebatur. κολοσσοῦ Aug. Reg. A.

Ibid. τάλαντα τρισχίλια. — „Post τάλαντα excidit χαλκοῦ. *talenta æris non fusi,* nam de cuso & signato ære paulo ante dixerat. Colossus enim ille erat æneus." REISK. — Nisi hæc, de Colosso, reponenda proxime post illa, καὶ χαλκοῦ νομίσματος τάλαντα χίλια, ut ex communi nunc intelligatur χαλκοῦ, & ibi quidem æs signatum, ad Colossum æs crudum. Sic vero incommodum tamen fuerit, quod priori loco χαλκοῦ adjectivum est, cum nunc quidem substantivum nomen requiratur. Post τάλαντα τρισχίλια, pro commate, maiorem pone distinctionem, quo hæc a sequentibus magis seperentur; nihil enim architecti ad Colossum pertinent, sed ad murorum, navalium, ædium constructionem.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἀριθμὸς σίτου μυριάδες διςχίλιαι. Sic primus Casaubonus edidit cum Reg. B. Vrsin. & Perotto, quibus suffragantur Vat. & Flor. REISKIVS, probans μυριάδας διςχιλίας, quam enormem summam habent ed. 1. 2. cum aliis codicibus, oblitus videtur illarum *myriadum centum,* quarum jam vers. 1. facta est mentio.

Vers. 6. *Vers.* 6. Ἀντίγονος. *Antigonus* is, qui *Doson* est cognominatus. conf. ad c. 88, 1. — *Ibid.* δικαιοδεκατήχους. δικαιοδεκατήχων Vat. in contextu, sed in fine superscripta terminatio ους, in quam consentiunt ceteri. Miratur vero h. l. REISKIVS, descendere Polybium a majore numero ad minorem: & „alius, inquit, dixisset ἀπὸ ὀκταπήχους ἕως δικαιοδεκαπήχους." — Possis suspicari ἀπὸ δικαιοδεκαπήχους ἕως ὀκτωκαιδεκαπήχους vel ἕως εἰκοσιοκταπήχους. Sed quid juvant hujusmodi conjecturæ, in re præsertim ceteroquin obscura? Nam *Ibid.* quid sint φρηνίσκοι, quid sit ὡς σφηνίσκων λόγον, etiamnunc quæro,

Digitized by Google

quæro, nec certi quidquam reperio. Caſaubonus, *in uſum cuneorum*. At cui tandem uſui *decem millia cuneorum*? aut major etiam numerus, ſi ex uno tigno plures conficerentur? tum quinam *cunei ſedecim cubitorum*? aut, ſi ex uno tigno plures fierent, quid adtinebat, tignorum longitudinem notare. Nempe, gratuito Caſaubonus, (præeuntibus vulgaribus nonnullis Lexicis, quæ dicit Henr. Stephanus) videtur nomen σφηνίσκος pro eodem cum σφηνίσκος accepiſſe. Docent quidem Grammatici, Suidas, Heſychius, & alii, cum Ariſtophanis Scholiaſte ad Plutum verſ. 301. τὰ μικρὰ τῶν ξύλων καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα σφηνίσκους καλοῦσιν, id eſt, *parva ligna in acutum deſinentia*, σφηνίσκους *vocant*: at huic vocabulo σφηνίσκος nihil cum σφὴν vel σφηνίσκος, *cuneus*, commune faciunt; ſed adjiciunt, παρὰ τὸν σφῆκα, *veſpa ita dici*, ἐπεὶ καὶ οἱ σφῆκες τὴν κοιλίαν ἐπισυνεσταλμένην ἔχουσιν, ἰσχνοὶ ὄντες ὄπιθεν, *quoniam veſpis venter poſtice coarctatus eſt & in exile exit*. *Quare etiam* (ſic pergunt) *homines graciles, ventremque minime obeſum habentes*, σφηκώδεις *adpellantur*. Nec vero nunc magnopere urgebo, quod apud Heſychium non τὰ μικρὰ, ſed τὰ μακρὰ τῶν ξύλων, *oblonga, prælonga ligna*, legitur; quod quidem non ſine veri ſpecie magis ſibi placere Küſterus ad Suidam ait; & eam ſane lectionem ipſa comparatio cum veſpæ figura confirmare videtur. Quidquid ſit, certe non neceſſario ad notionem σφηνίσκου pertinet, ut ſit μικρὸν, *parvum* lignum; quod vel ex ipſo hoc Polybii loco intelligi debet. Quare & alius Scholiaſtes apud eumdem Ariſtoph. eod. loco, omiſſo illo additamento, nude σφηνίσκον, ὀξυμμένον ξύλον eſſe ait, ἐπεὶ καὶ ὁ σφὴξ ὀξὺς ἐκ τῶν ὄπιθεν. Et gloſſa interlinearis in cod. Dorvill. σφηνίσκου, κάλου, *palum*, interpretatur. Dici igitur h. l. videntur *pali majores* vel *ſublicæ, inferius tenuiores quam ſuperius, & in imo præaculæ*; in aquam forte vel in terram prope littus defigendæ, ſive ſtruendis aggeribus, ſive ad firmandum ſolum, cui innitentur crepidines navalium aut fundamenta murorum. Et

Verſ. 6.

ξύλα

Vers. 6. ξύλα εἰς σφηνίσων λόγον poterit denotare *ligna, sublicis hujusmodi destinata, usum hunc præstitura.* Pro λόγον perperam λόγων habent ed. 1. 2. quod primo quidem scriptum fuerat in Bav. sed mox eadem manu in λόγον ibidem mutatum.

Ibid. Quod μυρίας dant ed. 1. 2. cum msstis omnibus, adhæsit litera ς ex vocabulo sequenti. Neque vero ullus nec impressus liber, nec manuscriptus, μυριάδας habet, quod falso ex Augustano codice citavit Boeclerus: quare corruit fundamentum, quo nitebatur REISKII suspicio „legendum forsitan esse εἰς σφηνίσων ἢ δόκων μυριάδα, ut per vocab. δόκων aut auctor ipse aut aliquis lector vel scholiasta explicuerit vocabulum σφηνίσων.“

Ibid. στρωτῆρας, *asseres* vertit Casaubonus; *tabulas ad contabulationes* Ernestus; *phalangas* putavit esse Gronov. in Notis msstis, provocans ad Plin. XII. 4, 8. Quorum nihil apud veteres reperio. Immo vero docet Suidas cum Harpocratione, esse *trabes minores, quæ majoribus e transverso imponuntur*, velut eæ quibus conficitur lacunar conclavis; *trabes transversarias.*

Ibid. Tria verba, πίτης τάλαντα χίλια desunt Aug. — *Ibid.* ἄλλης ὑμῆς, *crudæ picis.* Casaubonus: *liquidæ picis nec coctæ;* recte, nam hujus quantitas declaratur μετρητᾶς, quæ mensura liquidorum est.

Vers. 7. *Vers.* 7. Χρυσηὶς δ' ἡ γυνὴ, *Chryseis, uxor ejus.* Mire Casaub. *Chryseis, fœmina nobilis.* — „Eusebius in Chronico I. sic scribit de Demetrio, Antigoni Gonatæ filio, ex Porphyrio: γήμας δέ τινα τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσηΐδα προσεπῶν, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔσχεν, τὸν πρῶτον τολμήσαντα Ῥωμαίοις. Eam *Chryseidem*, Demetrii viduam, & matrem Philippi, duxit Antigonus, qui Δόσων dictus est, & tutor fuit Philippi.“ GRONOVIVS. — *Ibid.* εἴκοσι μυριάδας, intell. ἀστραβῶν vel μεδίμνων. Sic rursus vers. sq. conf. vers. 1. & Adnot. ad V. 1, 11.

Vers. 8. *Vers.* 8. Σίλενος δ' ὁ πατὴρ Ἀντιόχου. Vide ad c. 88, 1. — *Ibid.* Quenam vis h. l. insit illis particulis

χωρὶς

χωρὶς μὲν, χωρὶς δὲ, non satis video; nisi hoc dicit, primum nonnisi immunitatem concessisse, deinde alio tempore reliqua dona adjecisse.

Vers. 9. μυριάδας πηχῶν. — „Aut μυριάδα leg. aut post ξύλων deest nomen, significans rem, per *ulnas* mensurari solitam, ut recte cum *ea de re*, ignota nobis, tum de *tignis* possit *pluralis* usurpari, quemadmodum de *resina* & de *pilis* (*caprillis* puta vel ejusmodi, ad torquendos funes) recte dixit ταλάντων χιλιάδας, hoc est, *mille pondo resinæ, & rursus alia mille pondo pilorum.*" REISKIVS. — De *pilis* conf. ad IV. 56, 3. Vers. 9.

CAPVT XC. Cap. XC.

Vers. 1. ἔτι δ' οἱ restitui ex ed. 1. & msstis. Temere ἔτι γ' οἱ ed. 2 & seqq. — *Ibid.* Λυσανίαν. Λισσάνιαν ed. 1. & Λισανίαν ed. 2. utrumque invitis msstis. De tribus istis *Asiæ dynastis*, quos Polybius dicit, nihil magis nobis compertum est, quam Reiskius sibi fuisse fatetur. Multo post hæc tempora, Lysanias, Ptolemæi Mennæi filius, Chalcidenes in Syria dynasta & rex memoratur. Vers. 1.

Vers. 2. συνεπιλαμβανομένας Casaub. ex Reg. B. consentientibus Vat. & Flor. Simpl. ἐπιλαμβ. ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Vers.* 3. ἀφ' οὗ. Corrupte αὐτοῦ Aug. — *Ibid.* συνωκίσθαι, *instaurari*, ut II. 55, 5. IV. 33, 7. Mendose συνῳκεῖσθαι Vat. Flor. — *Vers.* 4. δοκεῖν. δοκεῖ Aug. Vers. 2 sqq.

Vers. 5. πρῶτον μέν. Temere πρῶτον ἐπὶ ed. 1. & πρῶτον μὲν ἐπὶ ed. 2. — *Ibid.* περὶ τὰ κοινὰ προστασίας, *in publicis institutis magnificentiam* vertimus. Sic προστατικῶς de eadem re V. 88, 4. *cum dignitate, cum adparatu & majestate.* Casaubonus *Rhodiorum studium erga suam rempublicam* est interpretatus. Vers. 5.

Vers. 7. προϊέμενοι. Sic scriptum oportuisse, ex conjectura viderat Scaliger, itemque Reiskius; requirebatur enim participium ad præcedens verbum λανθάνωσιν. Id ipsum vero obtulerunt codd. Vrb. & Flor. Nescio quid Vat. προϊένοι edd. cum Bav. Aug. Reg. A. Habet hunc Vers. 7.

Digitized by Google

locum, a verſ. 5. *ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω* &c. uſque ad finem capitis, *Codex* VRBINAS in Excerptis, cum Titulo in ora libri: *Οἵους χρὴ εἶναι τοὺς Βασιλεῖς.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις τηρεῖν.* Non improbans hoc Reiſkius, malle tamen ſe ait *ἕκαστοι.* — *Ibid. ὅσῳ πλεῖστον διαφέρουσιν Ἕλληνες τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς πλείστων* Vrb. Ceteri omnes *ὡς πλεῖστον.* Ad quæ verba ſic Reiſkius: „Poſt *τηρεῖν* videtur aliquid deeſſe. Quamquam enim *ὡς* ſæpe idem eſt atque *καὶ γὰρ*, quod etiam hic locum poteſt habere; cohæreret tamen oratio melius, ſi legeretur *ἕκαστοι τηρεῖν, μεμνημένοι ὡς* &c. [Sic ſcilicet Caſaub. in verſione vocabulum *memores* inſeruerat.] Aut poſſit aliàs pro *ὡς* legi *ᾧ*, *quo decoro ſervando præſtant Græci aliis hominibus.*" — Minime ſpernam *ᾧ*, ea notione quam Reiſkius explicavit. Mihi vero, cum *ὅσῳ* ſcriberem, (de qua voce conf. Adnot. ad I. 45, 9. & Dukerum ibi laudatum ad Thucyd. VI. 89.) viſum erat, intelligi in præcedentibus per ellipſin poſſe *τοσούτῳ μᾶλλον. ὡς* autem ex *ὅσῳ* facillime naſci potuiſſe videbatur, ſi in antiquo codice extrema litera *ω*, ut mos erat multorum librariorum, voci fuiſſet ſuperſcripta; quam literam alii deinde librarii, perperam accipientes, in locum literæ *ο* ſubſtituiſſent.

Cap. XCI.

CAPVT XCI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Ἀγήτα μέν.* Corrupte *ἄγη μὲν τὰ* unus Flor. Sed recte omnes cap. 96, 1. — *Ibid. Ἀράτου δέ.* Vide c. 30, 7. — *Ibid. Λυκοῦργος.* cf. c. 29, 8 ſq.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *ἐτάξατο πρὸς Πυῤῥίαν.* *Πυρίαν* ed. 1. 2. cum Bav. & ſic rurſus cap. ſeq. cf. c. 30, 2. Poterat *συνετάξατο* ſcribere, ut c. 92. 7. ſed illud probum. cf. II. 59. 3. & ibi Adnot. — *Ibid. εἰς τὴν Μεσηνίαν. τὴν* ignorant ed. 1. cum Bav. non male. *Μεσηνίαν* cum ſimpl. *σ* eadem ed. 1. cum eodem Bav. pro more.

Verſ. 4. 5. *Verſ.* 4. *διὰ τὸ τόν.* Carent *τὸ* ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid. ὡς ἑπάνω προεῖπον.* cap. 30, 1. & 5 ſq. — *Verſ.* 5. *ἀλλὰ παρα-*

Digitized by Google

παραλαλέσας. ἀλλὰ καὶ παραλαλέσας ed. 2. & seqq. cum solo Aug. Delevi particulam, quam ignorant ceteri omnes.

Vers. 6. πεντακοσίους, *quingentos*. Non negligendum, quod *quinquaginta* equites mercenarios, non *quingentos* dicant codices nostri omnes. — *Ibid.* Ἀχαϊκῶν. Ἀχαιῶν Aug. Vers. 6.

Vers. 8. ἔδοξε δέ. δὲ, quod ignorant edd. & ceteri mssti, unus obtulit Vat. — *Ibid.* περὶ τὴν Ἀκτήν. Temere Ἀρκτὴν ed. 1. Ἀκτὴν autem Peloponnesii vocabant *tractum* peninsulæ *orientalem*, & præcipue *oram Argolidis*, ubi sunt Trœzenii & Epidaurii. Vide Berkelium ad Steph. in Ἀκτή, & præsertim Wesseling. ad Diodor. XII. 43. — *Ibid.* Πάτρας. Πάτραν ed. 1. Bav. Vers. 8.

CAPVT XCII. Cap. XCII.

Vers. 2. προῆγον. παρῆγον ed. 1. 2. cum solo Bav. — *Vers.* 3. ἐπιβολὴν recte Aug. Reg. A. Perperam vulgo ἐπιβουλήν. Vers. 2. 3.

Vers. 4. τὰς μὲν Κολάμας. μὲν caret Aug. *Calamas* Messeniæ vicum sua ætate nominat Pausan. IV. p. 356. Stephanus vero, ad eumdem quidem Pausaniam provocans, πόλιν adpellat. Quidquit sit, frustra Xylander in ora versionis germanicæ, & Gronovius in Notis ad h. l. Θαλάμας malnerunt. Thalamæ Elidis fuit castellum, IV. 75. quod nihil ad hunc locum potest pertinere. Vers. 4.

Vers. 5. καὶ κατὰ τὴν εἰσβολήν. Aut deletum καὶ, aut additum participium γενόμενος voluerat Reiskius. Mihi satis bene habere vulgata visa est. — *Ibid.* Κυπαρισσέων. Κυπαρισσαίων solus Aug. Κυπαρισσεὺς gentile cum Polybio format Stephanus. Vers. 5.

Vers. 6. προσβολὰς ποιησάμενος πρὸς τὸν ἔνδειαν. Casaubonus: *paullulum grassatus per hostium agros, & quantum ferebat virium ipsius tenuitas.* Xylander: *nachdem er ein wenig zur Nothdurft geraubt hat.* Reiskius, *ob penuriam commeatuum*, & monet, πρὸς Polybio & Dioni Vers. 6.

Digitized by Google

Verſ. 6. Caſſio idem ſæpe eſſe quod διὰ, provocans ad V. 108, 1. Et de illo uſu præpoſitionis διὰ nos quoque diximus ad V. 27, 4. & vocabulum ἔνδειαν, abſolute poſitum, de *penuria commeatuum* aliâs etiam uſurpatum vidimus, veluti V. 73, 6. At phraſis illa προσβολὰς ποιεῖσθαι non *populari agros* denotat, ſed *impetum* vel *impreſſionem facere* in hoſtem, in acie ſtantem, aut in muros urbis, *oppugnare urbem*, ut III. 14, 1. IV. 65, 3. & ſæpe aliâs. Quare mihi etiam nunc probabile fit, urbis nomen in illo vocab. ἔνδειαν latere. Fuit autem Ἀνδανία, *Andania*, urbs Meſſeniorum, Straboni, Pauſaniæ aliiſque memorata; quam licet derelictam olim tempore Ariſtomenis Pauſanias dicat lib. IV. c. 17. p. 323. tamen non prorſus deſertam, ſed Strabonis etiam ætate ſuperfuiſſe adparet ex Strab. lib. VIII. p. 360. Confer de eadem Stephanum Byz.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ταυρίωνα. *Taurionem* eum dicit, qui Philippi nomine Peloponneſo præfidebat. Philippus autem per id tempus alio erat occupatus, ut docet c. 97. — *Ibid.* ἱππεῖς ἐξαποστείλωσι καὶ πεζούς. ἱππεῖς καὶ πεζ. ἐξαποστ. Flor. Aug. Reg. A. neſcio an & Vat.

Verſ. 8. 10. *Verſ.* 8. παραφυλάττεσθαι. προφυλατ. ed. 1. & Reg. B. invitis vett. codd. — *Verſ.* 10. Ἀχαΐηοῖς. Ἀχαιοῖς Aug. ut cap. 91, 6.

Cap. XCIII. ## CAPVT XCIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. διέλυε ed. 1. conſentientibus mſstis, præter unum Aug. e quo διέλυσε habet ed. 2 & ſqq. — *Ibid.* πρὸς αὐτοὺς reſtitui ex mſstis, qui nunc in hoc conſentiunt. αὐτοὺς edd. quod tamen perinde erat. Verba autem iſta διέλυε πρὸς αὐτοὺς Caſaub. interpretatus erat *donum dimiſit*: quod per ſe quidem ferri fortaſſe poterat; certe eodem fere modo πρὸς αὐτοὺς accipitur IX. 10, 11. Sed aliud h. l. dici intelligitur ex verſ. 9. & ex cap. ſeq. vſ. 1. Itaque recte Reiſkius, cum Xylandro & Perotto, vertendum monuit, *reconciliavit eos ſibimet ipſis*; & de verbo διαλύειν conferre juſſit VI. 13, 6.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 2. τούτους. Perperam τοὺς Flor. — *Ibid.* ἐπαυ- Verſ. 2. 3.
κότας τῇ πατρίδι. Vide II. 55. & IV. 25, 4. — *Verſ.* 3. καὶ
ποινῇ. Deeſt καὶ ed. 1. Reg. B. & Bav. — *Ibid.* ἐλλεί-
πωσιν ex vett. codd. reſtitui; quibus invitis, licet per ſe
minime male, ἐλλείπωσιν editum erat. Conſtructio-
nem verborum ἐλλείπωσιν αἱ χορηγίαι τὰς ἐπιβολὰς temere
ſolicitavit Reiſkius. Vide Adnot. ad I. 60, 2.

Verſ. 5. καθίζονται, intell. τῆς ἐπιβολῆς. Perſpecte Verſ. 5. 6.
vero ſic correxit Caſaubonus. καθέξονται ed. 1. 2. Bav.
Aug. Reg. A. B. καθίζονται Vat. Flor. — *Verſ.* 6. προσ-
λαμβαν. προλαμβαν. Aug. Reg. A. — *Ibid.* ἀναπλή-
ρωσιν. — „Forte ἀναπλήρωσιν, *ſortitionem*; quo
confieret ager, in quem novi cives, aliunde adſciti, ſortito
immitterentur.“ REISK.

Verſ. 8. Μάλιστα δὲ περὶ τῶν νόμων. δὲ habet unus Verſ. 8.
recentiſſimus Reg. B. δὲ & περὶ deſunt ed. 1. 2. cum msstis.
Et poſſe abeſſe judicavit REISKIVS: „nam ſæpiſſime, ait,
præpoſitiones ὑπὲρ, περὶ, ἕνεκα, & ſimiles, omittuntur.“ —
Ibid. Πρυτάνιδος. — „*Prytanidem*, Megalopolitarum le-
giſlatorem in illo indice legiſlatorum ſatis copioſo, quem
Fabricius T. I. Bibl. Gr. p. 549 ſqq. dedit, non reperio. Sed
meminit ejus auctor vitæ Ariſtotelis, quem Menagius ad
Diogen. Laërt V. 36. p. 201. b. edit. Wetſt. edidit; &, ut
videtur, Plutarchus etiam Sympoſ. I. p. 1088.“ REISKIVS.
In Peripateticorum catalogo *Prytanidem* non neglexit Fa-
bric. Bibl. Gr. T. II. p. 310. nec tamen Polybii hunc locum
notavit. Plutarchi locus, quem dicit Reiſkius, ipſo initio
legitur libri primi Συμποσιακῶν, p. 612. edit. Wechel.

Verſ. 9. ποιησάμενος Ἄρατος τὴν ἐνδεχομένην ἐπιστρο- Verſ. 9.
φὴν, *ſummam, quam potuit, curam & attentionem adhi-
bens.* cf. XXVI. 2, 6. — *Ibid.* φιλονεικίαν ed. Caſaub.
& ſeqq. cum Bav. Temere φιλονικίαν ed. 1. 2. φιλοτι-
μίαν Vat. Flor. Aug. Reg. A. quod verum videtur, nam
& aliâs hoc vocabulo utitur Polybius pro *contentione* & *li-
tigatione*, ut IV. 53, 5. IV. 87, 4. Itaque φιλονεικίαν ex
interpretamento in contextum irrepſiſſe putem.

Digitized by Google

Vers. 10. *Vers.* 10. Verba *παρὰ τὸν τῆς Ἑστίας* &c. usque *ἀνὰ ζεύξας* cap. 94, 1. temere transsiliit ed. 1. Diverso ordine verba locavit ed. 2. *ἀνέθησαν παρὰ τὸν τῆς Ἑστ. βωμ.* invitis msstis. — *Ibid. ἐν Ὁμαρίῳ.* Est *Ὁμάριον lucus, Iovi Homario vel Homagyrio* (id est, *conventuum praesidi*) *sacratus prope Aegium, in quo publicos & communes suos conventus agere Achaei consueverant.* Vide Adnot. ad II. 39, 6. Cum ex communi Achaeorum decreto mandatum fuisset Arato, ut hanc reconciliationem inter Megalopolitanos perficeret; (vers. 1.) consentaneum erat, ut monumentum reconciliationis eo in loco, quo agebantur Achaeorum conventus, poneretur.

Cap. XCIV. ## CAPVT XCIV.

Vers. 1. 3. *Vers.* 1. *συνέστησε Λύκῳ* correxit Casaub. Bene; nam mox vers. 5. & c. 95, 7. in *Lyci* nomen consentiunt omnes. Corrupte h. l. *συνέστησε Σελεύκῳ* ed. 1. 2. cum codd. ad unum omnibus. — *Ibid. ὑποστράτηγον εἶναι τότε τῆς συντελείας τῆς πατρικῆς.* — „Recte vertit Casaubonus *ditioni.* Achaeorum praetor erat Aratus: ejus *ὑποστράτηγος* domi suae erat *Lycus*, Pheris puta, agro Pheraeensium praefectus. Vnusquisque *tractus, in commune conferens viros & numeros*, appellabatur *συντέλεια*, id est *πλῆθος εἰς ἓν χωρίον καὶ πρᾶγμα συντελοῦν.*" REISKIVS. — *Vers.* 3. *Φαραϊκῆς. διὰ τῆς Ἀφαραϊκῆς* Vat. Flor. Reg. B.

Vers. 6. *Vers.* 6. *Ἀνδρόλοχος* deest ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. Perott. Recepit Casaub. ex Reg. B. cui suffragantur Vrsin. Vat. & Flor.

Vers. 7. *Vers.* 7. *Μολυκρίαν. Μολύκρεια, Μολύκρειον* vel *Μολυκρία*, oppidum Aetoliae, ad Antirrhium promontorium.

Vers. 8. *Vers.* 8. *αὖθις δ' ὑποστρέψας. αὖτις* Aug. & Reg. A. suo more. Particulam *δὲ* temere neglexerunt ed. 1. 2. — *Ibid. Χάλκειαν.* Sive recte hoc scriptum, sive *Χαλκίδειαν* aut *Χαλκιδίαν* debuerunt, *regio* est *circumjacens Chalcidi*, Aetoliae urbi, ad mare. Sic cap. 95, 11. *τὴν Καλυδωνίαν, τὴν Ναυπακτίαν.* Haec scripseram, cum in REISKII ad eum-

Digitized by Google

eumdem hunc locum animadverſionem incidi hujuſmodi: „*Chalcea* eſt oppidum Aetoliæ, *ad Evenum fluvium* ſitum, de quo Strabo p. 707. [lib. X. p. 459 ſq.] μετὰ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος Χαλκὶς, ἣν Χάλκειαν ἔφησεν Ἀρτεμίδωρος. [Ex eis, quæ ibi ſequuntur, videtur τὸ ὄρος eſſe cognomen ejus urbis, de qua tamen dubitanter quodammodo Strabo loquitur.] Cavendum, ne *Chalcis* hæc *ad Evenum* cum Chalcide item Aetolica [mediterranea] ad Acheloum permiſceatur, de qua idem Strabo p. 687. [lib. X. p. 447. c.] & Steph. Byzant. voc. Χαλκὶς, loco tertio." — *Ibid.* τῶν δ' ἐκβοηθησάντων. Temere τῶν δὲ βοηθησάντων ed. 2. cum in ed. 1. operarum errore fuiſſet τῶν δ' ἐβοηθησάντων. — *Ibid.* Ῥίον Αἰτωλικὸν, *Rhium Aetolicum*, quod aliâs *Antirrhium*. Facit quidem Stephanus *Rhium Aetolicum* urbem Aetoliæ, eamdem cum Molycria; ſed proprie eſt promontorium, juxta Molycriam in mare excurrens. Verſ. 8.

Verſ. 9. ταῖς τε πόλεσιν. Mendoſe τῆς τε πόλεως Aug. Verſ. 9.

CAPVT XCV. Cap. XCV.

Verſ. 1. Ἅμα δὲ τοῖς. Ἅμα δὲ καὶ τοῖς προειρ. Flor. — *Ibid.* Σκερδιλαΐδας &c. Vide IV. 29 extr. V. 3, 3. & V. 4, 3. Verſ. 1.

Verſ. 3. Ἀγαθύνῳ ed. Caſaub. & ſqq. conſentientibus Bav. & Aug. Ἀγαθήνῳ ed. 1. 2. Reg. B. Ἀγαθινῷ Flor. Ἀγαθίνῳ Reg. A. & *Agatinum* ſcribit Perottus. Ex Vat. nil notatur. — *Ibid.* Κασσάνδρῳ cum dupl. σσ Caſaub. & ſeqq. cum Flor. & Perotto. Κασάνδρῳ ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. — *Verſ.* 4. τὴν ἀναγωγήν. τὴν caret Aug. — *Ibid.* ὡς ἐπὶ Μαλέας ed. 2 ſeqq. conſentientibus msstis, præter Bav. Verſ. 3. 4.

Verſ. 5. Θερισμοῦ. Imperite μερισμοῦ ed. 1. cum Bav. — *Ibid.* τῆς τῶν ἄρτι ῥηθεισῶν πόλεων. cap. 92, 7 ſqq. De uſu particulæ ἄρτι vid. Adnot. ad V. 111, 1. — *Verſ.* 7. περὶ τὸν Λύκαν. τὸν carent Vat. & Flor. — *Ibid.* τὸν τῶν Ἀχαιῶν. τὸν h. l. carent ed. 1. 2. Bav. Flor. Reg. B. puto & Vat. Adjecit Caſaubonus, cui ſuffragantur Aug. & Reg. A. — *Verſ.* 8. Φύξιον. *Phyxium* nemini alii memora- Verſ. 5 ſqq.

Vers. 9. 10. moratum reperio. — *Vers.* 9. *προεπεπωκόσι* ex conject. scribere jusserat Reiskius; id ipsum vero obtulit Flor. — *Vers.* 10. *τὴν περιελαθεῖσαν.* *τὴν* caret Aug.

Vers. 11. 12. *Vers.* 11. *καὶ Ναυπακτίαν.* Sic rursus *τῆς Ναυπακτίας* cap. 103, 4. Temere h. l. *Ναυπάκτειαν* edd. invitis msstis, errore ex ed. 1. propagato. — *Vers.* 12. *Κλεόνικον τὸν Ναυπάκτιον.* Recte sic emendavit Casaub. conf. vers. præced. & cap. 102, 4 & 9. 103, 9. 107, 5. — *Ibid. παραυτὰ* una voce efferunt ed. 1. 2. cum vett. msstis. — *Ibid. μετὰ δέ τινα χρόνον.* Vide c. 102, 4 sq.

Cap. XCVI. **CAPVT XCVI.**

Vers. 3. *Vers.* 3. *ἀντεμβαλόντες. ἀντιβαλόντες* Aug. — *Ibid.* *Στράτου.* Perperam *στρατοῦ* idem Aug.

Vers. 4. *Vers.* 4. *Φανοτεῖς. Φανοτεὺς*, eademque *Φανότη*, & *Φανότεια*, urbs Phocidis. — *Ibid. παλιμπροδοσία*, una voce, sua auctoritate edidit Casaubonus, quod lubens tenui. *πάλιν προδοσία* ed. 1. 2. cum msstis. Iam sæpius monui, vetustas nostras membranas Vaticanas, constanter literam *ν* ante *γ* vel *κ* aut *χ* servare, ubi alias in *γ* solet mutari: sic & nunc eamdem tenuerunt libri nostri, ubi commodius in *μ* fuisset mutata. Vocabulo *παλιμπροδότης* Appianus utitur Civil. V. c. 96. — *Ibid. τοιόνδε τινὰ τρόπον.* Sic Bav. Aug. (in quo tamen per errorem est *τοιόνδε δέ τινα τρόπον*) Reg. A. B. Sed Obsopœus, scripturæ compendium perperam accipiens, quo Bav. expressit vocem *τινὰ*; edidit *τοιὸν δὲ τὸν τρόπον.* Hinc ed. 2. *τοιονδέ τινα τὸν τρόπον*, quod tenuere sequentes editores. Ex Vat. & Flor. nil notatum; putem tamen hos convenire cum Bav.

Ibid. συνεστήσατο πρᾶξιν &c. Habet Suidas in *Πρᾶξις.* — *Ibid.* Ἰάσονες ed. 2 sqq. Bav. Reg. A. B. Suid. Ἰάσωνες Flor. Aug. Temere Ἰάσιος ed. 1. — *Ibid. ὑπ' αὐτοῦ.* Temere *ἐπ' αὐτοῦ* ed. 1. 2. — *Ibid. τῆς τῶν Φανοτ.* Carent *τῶν* ed. 1. 2. Reg. B. cum Bav.

Vers. 5. 6. *Vers.* 5. Ἀγήταν. Ἄγητα Suid. — *Ibid. ὁμολόγησε* &c. Habet hæc Suidas in *Φανοτεῦσιν.* — *Vers.* 6. *παραγε-*

παραγενομένης. παραγενόμενος Aug. — *Verſ.* 7. Ἰάσων. Temere Ἐάσων ed. 1. — *Verſ.* 8. αὖθις. αὖτις Aug. Reg. A. — *Ibid.* ὑφ' ἑαυτοῦ. Perperam ὑφ' αὑτῷ Vat. Flor. & ὑφ' ἑαυτῷ Aug. Reg. A. Verſ. 7. 8.

CAPVT XCVII.

Cap. XCVII.

Verſ. 1. κατελάβετο Caſaub. & ſqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. κατέλαβε ed. 1. 2. cum Bav. — *Ibid.* Βυλάζωρα. — „Stephanus Byz. habet Βύμαζος, πόλις Παιόνων, & teſtem excitat Ephorum. Sed cum Polybio concinit Livius XLIV. 26." REISK. — *Ibid.* Παιονίας. Temere Παιωνίας ed. 2. Verſ. 1.

Verſ. 4. Βοττίας. Βοττιαία, *Bottiæa*, & Græcis & Latinis vocatur aliàs hæc Macedoniæ regio, ab occidente Axii fluvii ſita, ubi in mare is exit; cui eidem fluvio ab oriente *Amphaxitis* adjacet, in qua urbs eſt Theſſalonica. Apud unum Etymologum (ad quem provocavit Caſaub. in ora Baſil.) legitur: Βόττιον, (Βόττιοι, puto, voluit) ἔθνος Μακεδονικόν. καὶ Βοττία, ἡ χώρα. Ibidem tamen etiam οἱ Βοττιαῖοι, & ἡ Βοττιαῖς memorantur. — *Ibid.* Ἔδεσσαν. Vide Cellar. II. 13. p. 1037 ſq. Sic & Steph. Byz. cum duplici σσ, qui & monet, Syriæ *Edeſſam* a Macedonica nomen habere. *Edeſſa*, eademque Aege, ad Axium flu-vium. — *Ibid.* πάσης τῆς δυνάμεως. τῆς caret ed. 1. cum Bav. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἀνεργῷ νυκτοπορίᾳ. ἀνεργῶν ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. adhærente ex vocab. ſeq. litera ν. νυκτοπορίᾳ tenui, editum ex Bav. quam in formam conſentiunt omnes V. 7, 3. — *Ibid.* ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ἦκε πρὸς Μελίτειαν. Μελιτείαν Aug. Reg. A. minus rectè; nam cum accentu in penultima Μελιτίαν vel Μελιταίαν erat ſcribendum. — „De ſcriptione hujus nominis vid. Interpp. ad Steph. Byz. [in Μελιταία & Μελίτεια] & Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 268. & ſupra ad p. 568." REISK. — Vide ad V. 63, 11. De re autem confer IX. 18. ubi quidem cum eo, quod hic ait *prima luce ad Melitæam veniſſe*, pugnare vi- Verſ. 5.

Digitized by Google

deri poteſt, quod ibi (verſ. 7.) ſcribit, *advenisse cunctis adhuc vigilantibus;* ſed facile hæc conciliari ſic poſſunt, ut ex IX. 18, 6. intelligamus, a ruſticis, qui adventantem viderant Philippum, monitos oppidanos vigilaſſe.

Cap. XCVIII. CAPVT XCVIII.

Verſ. 2, 3. *Verſ.* 2. πόλιν καταλῃψ. τὴν πόλιν ſolus Aug. — *Verſ.* 3. καθ' ἑαυτούς. καθ' αὐτοὺς Flor. — *Ibid.* κατασκευὴν, *fabricam.* Minus recte παρασκευὴν Aug. — *Ibid.* ἔχοντα. ἐχόντων ed. 1. 2. cum ſolo Bav. ut non opus fuerit *Vrſini ingenio* ad corrigendum ἔχοντας; haud dubie codex ejus msstus hoc offerebat cum aliis. — *Ibid.* τὴν αὐτῶν πεῖραν. αὐτῶν ſolus Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Οὐ γάρ ἐστιν - - ἢ μὴ ποιῆσαί τι τῶν δεόντων, ἢ μηδὲν παθεῖν δεινόν. ἢ ποιῆσαί τι, abſque negatione, Vat. Flor. Reg. B. Male, ſi quid video. Videtur enim proverbialiter quodammodo dictum, ex Logicorum deſumtum ſcholis: *non valet in hoc genere, aut hoc, aut illud;* id eſt; *non poſſunt hæc, duo ſejungi.* Itaque hoc dicit, *non poſſe ſejungi duo hæc, negligere in hujuſmodi rebus aliquid eorum, quæ facienda ſunt,* & *ſine damno abire.* Sed aut ego fallor, aut ineſt ſimul in iſtis verbis adluſio quædam ad alicujus poëtæ dictum, aut aliquod uſu tritum proverbium, quod ſic fere ſonabat: ἢ ποιεῖν τὸ δέον, ἢ παθεῖν τὸ δεινὸν, aut in pentametri modulum, Ἢ τὸ δέον ποιεῖν, ἢ δεινόν τι παθεῖν. id eſt: *Aut faciendum quod convenit, aut damnum patiendum.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. καθ' αὐτῶν ex Reg. B. accepit Caſaub. ubi hoc in contextu; ibidem vero in marg. γρ'. κατ' αὐτῶν, quod habent ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. Ex Vat. & Flor. nil notatum: quare, niſi quid neglectum in collatione, habebit Flor. καθ' αὐτῶν, Vat. vero κατ' αὐτῶν. Parum refert.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τοῖς παροῦσι edd. ex Bav. Præſtare utique videtur τοῖς παθοῦσι, quod habent alii: *qui damnum acceperunt, aut in periculum venerunt* per ducum imprudentiam.

Digitized by Google

tiam. Placet etiam *συνιεῖσι* in præsenti. Quid fuerit in Perotti codice, nescimus; nam totum hoc caput transfiliit ille interpres. — *Ibid.* *προσέχειν αὐτοῖς* ambiguum est. Potest enim pariter significare, *observare illos*, & *tavere sibi*. Sententia eadem.

Vers. 11. *τοῦ τοιούτου γένους.* *τοιούτου τοῦ γένους* ed. 2 & seqq. invitis msstis. — *Ibid.* *πάλιν μεταλαβόντες ἁρμόζοντα καιρόν.* Stetit promissis Polybius lib. IX. c. 19. Vers. 11.

CAPVT XCIX. Cap. XCIX.

Vers. 5. *Ἀμυρικὸν πεδίον.* Vide Steph. in *Ἄμυρος* & *Ἰωλκός*, ibique Holstenium. — „Estne quæ in chartis recentioribus *l'Amiro* appellatur?“ REISK. — *Ibid.* *ἕως ἐπὶ* ex Casauboni emendatione est. *ὡς ἐπὶ* ed. 1. 2. consentientibus msstis. Sed aliud est *ὡς ἐπὶ*, aliud *ἕως ἐπὶ*, ut monui ad I. 19, 4. Solent autem librarii literam *ε* literæ *ω* ita adnectere, ut ea spiritus asperi figuram referat; quo minus mirum, sæpe hæc duo *ὡς* & *ἕως* confundi. Conf. III. 53, 5. IV. 1, 5. &c. Vers. 5.

Vers. 8. *τῷ δ' ἄλλῳ.* *τὸ δ' ἄλλο* mendose ed. 1. 2. Bav. — *Vers.* 10. *προσάγειν.* *προάγειν* ed. 1. 2. invitis msstis. Vers. 8. 10.

CAPVT C. Cap. C.

Vers. 1. *ἀμύνεσθαι.* *ἀμύνασθαι* Aug. Reg. A. quod non spernam. — *Vers.* 2. *γενομένης.* *γινομένης* ed. 1. Reg. B. Bav. — *Vers.* 3. — „Post *συνεχείᾳ* videtur *τοῦ πόνου* aut simile quid deesse.“ REISK. — Poterit vero pariter e re ipsa subintelligi. — *Ibid.* *ἐννατεῖοι.* *ἐνατεῖοι* Vat. Flor. Aug. Reg. A. — *Vers.* 4. *διεστύλωσαν.* Corrupte *διεστώλωσαν* Aug. & statim Reg. A. sed in hoc correctum. Conf. V. 4, 6-8. — *Vers.* 5. *ἐρεισμάτων.* Temere *ἐρυσμάτων* ed. 1. 2. — *Ibid.* *ἐμβαλεῖν* unus obtulit Flor. Sic autem scriptum oportuit. cf. V. 4, 8. V. 8, 9. — *Vers.* 6. Post *ἀναπάρσιν* temere prorsus *οἱ* inserit ed. 2. Vers. 1 sqq.

Vers. 7. *ἐπανείλετο τὸν Λεόντιον.* Vide V. 27. — *Ibid.* *ἐν τῇ περὶ τοὺς Παλαιτεῖς πολιορκίᾳ.* vide V. 4. Vers. 7.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 8. *Vers.* 8. εἰσοικίσας. εἰσοικήσας unus Flor. — *Ibid.* Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν. — „Vna addita literula locus erat integer, legendo nempe Φιλίππους. Fuit equidem Φιλίππου πόλις alia urbs, antea Πονηρόπολις, & postea Trimontium a situ dicta, sed in Thracia ad Hebrum. At hæc urbs, de qua hic fit mentio, Thessaliæ fuit, & eam semper per pluralem numerum, *Philippos*, Florus, Lucanus, Statius, Silius & Stephanus efferunt; & ejusdem nominis fuit cum altera, quæ in Thraciæ littore, in Macedoniæ limite fuit, de qua Lucas in Actis Apostolorum." PALMERIVS. — Sed Polybio consentit Diodorus Siculus, in cujus lib. XXVI. Eclog. VII. hæc leguntur: Ἡ νῦν καλουμένη Φιλιππόπολις κατὰ τὴν Θετταλίαν, Φτιώτιδες Θῆβαι ἐκαλοῦντο. Ad quem locum WESSELINGIVS, commemorata Palmerii ad Polybium observatione: „Viri sollertiam, inquit, laudo: nec sequor tamen. Diodori Excerpta Polybianæ scripturæ patrocinantur, neque nocet admodum Stephanus. Nam ceteri isti scriptores, quos testimonium dicere jussit, *Philippos* Thraciæ manifesto errore in Thessaliam transportarunt." — *Philippos*, Macedoniæ urbem, (Macedoniæ Adjectæ, quæ dicitur, in Thraciæ confinibus) ad quam a Triumviris superati sunt Brutus & Cassius, per errorem confusam a Poëtis esse cum hac Thessaliæ urbe, monuerat jam Holstenius ad Steph. p. 136. Quod vero idem Stephanus, in Φίλιπποι dicit, Thessalicas vel Phthioticas has *Thebas*, *Philippos* esse cognominatas, nil impedit, quo minus Polybio credamus Φιλίππου πόλιν fuisse hac occasione a Philippo adpellatas. Idem nomen confirmatur ex Livii lib. XXXIX. c. 25. ubi *Philippopolis* manifeste eadem est, quæ *Thebæ Phthioticæ*. Conf. quæ ibidem monuit Drakenborch. Alterius Φιλίππου πόλεως, quæ in mediterranea Thracia ad Hebrum fluvium sita erat, meminit Polybius XXVI. 6, 5. Quosnam ad *Philippos* pertinuerit gentile illud Φιλιππηνός, quo usum esse Polybium Stephanus in Φίλιπποι scribit, non liquet.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 10. Φήσας οὐκ ἀλλλότριος εἶναι. — „Hoc poſcit, ait GRONOVIVS, Polybiana ſcribendi indoles.“ — Et provocat ad V. 24, 11. IX. 32, 9. XV. 6, 1. XXV. 5, 1. IV. 84, 3. Si ἀλλότριον ſervatum cupis, in quod conſentiunt libri, addendum eſſe ἑαυτὸν monuit Reiſkius. Conf. I. 38, 1. & ibi Adnot. — *Ibid.* ἔπεμψε. — „Forſ. ἀπέπεμψε.“ REISK. Poſſis & ἐξέπεμψε ſuſpicari, ut V. 24, 11. & ſæpe aliàs. Sed & ferri poteſt vulgatum. Verſ. 10.

Verſ. 11. πράτ]ειν τι τῶν ἐξῆς. Deſiderari τὸ viderat Reiſkius; & dederunt id Vat. & Flor. Verſ. 11.

CAPVT CI. Cap. CI.

Verſ. 1. τοὺς Σκερδιλ. λέμβους. conf. c. 95, 4. — *Ibid.* ἐμπόροις. ἐμπορίοις ed. 1. 2. Reg. B. temere & invitis exemplaribus. — *Ibid.* παρεσκευδημένας δέ. cap. 95, 3. — *Ibid.* συνορμήσαντα Flor. Aug. Reg. A. B. Recte. Sic συνορμημένας c. 110, 2. συνορμίζειν active ſignificat, III. 96, 14. V. 3, 5. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἡμιολίους ed. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. & Flor. ἡμιόλους ed. 1. 2. cum Bav. Aug. Reg. A. quod & ipſum ferri fortaſſe poterat. Nam & ἡμίολος & ἡμιόλιος invenitur, *ſeſquialter*. Vide Etymol. M. hac voce, & Aul. Gellium XVIII. 14. citatum ab Henr. Steph. in Theſ. Hinc ἡμίολος vel ἡμιόλιος dicta ναῦς, & ἡ ἡμιολία, pro quo & τὸ ἡμιόλιον Heſychius habet; quod exponitur μικρὸν πλοῖον δίκροτον λῃστρικὸν, id eſt, *minor navis, duobus remorum ordinibus inſtructa, qua piratæ inprimis utebantur.* Nomen autem inde habere Etymologus ait, quià τὸ ἡμιόλιον μέρος ψιλὸν (ſic enim ſcribendum adparet, pro vulgato ψιλῶν) ἐρετῶν ἐστι, πρὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ μάχεσθαι. id eſt, *quia ſeſquialtera pars remigibus nudata erat* (una tantum pars in longitudinem a remigibus occupata; tres partes, quæ faciunt *ſexuplum* alterius, remigibus nudæ erant;) *ut inde armati pugnarent.* Verſ. 2.

Verſ. 3. ἠτ]ῆσθαι Vat. Flor. & idem debuerunt Aug. & Reg. A. in quibus mendoſe ἠτ]εῖσθαι. — *Ibid.* τῇ περὶ Τυβρή- Verſ. 3.

Digitized by Google

Τυρρηνίαν μάχη. *ad Trasimenum lacum.* vide III. 84. Lepide h. l. τυραννίαν ed. 2. quod *ex ingenio* se emendare Vrsinus ait, cum Τυρρηνίαν scribere jubet; in quod tamen ipsum scripti libri omnes consentiunt, nec probabile est, unum Vrsini librum errori operarum Basileensium faviſſe.

Vers. 4. *Vers.* 4. Κεγχρεᾶις. Κεγχρωαῖς Aug. Reg. A. & Flor. sed in hoc superscripta litera ε. — *Ibid.* παρήγγειλε. παρήγγελλε Vat. παρήγγελε Flor. suo more.

Vers. 6. *Vers.* 6. Θεωμένου. Θεωρουμένου solus Aug. minus recte. Conf. ad I. 57, 1. — *Ibid.* ὅτι λείπονται Ῥωμαῖοι μάχῃ μεγάλῃ. Pari modo verbum λείπεσθαι in præsenti, notione præteriti, *victum esse*, usurpatum vidimus III. 85, 8. λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ, ubi de eadem Romanorum clade agebatur.

Vers. 8. 9. *Vers.* 8. πρὸς τοὺς Αἰτωλούς. Sic Vat. Flor. Aug. Reg. A. τοὺς carent edd. cum Bav. — *Vers.* 9. τὸ προστατ]όμενον. Mendose τὸ πρατ]όμενον Vat. Flor. Aug. Reg. A. sed in Flor. superscripta vera lectio.

Vers. 10. *Vers.* 10. ἢ ἐκείνῳ edidit Casaub. cum Reg. B. ἢ κείνῳ ed. 1. 2. consentientibus vett. codicibus. *Ad neminem* autem *magis, quam ad Philippum, pertinere orbis imperium* ait, quoniam is ab Alexandro Magno se descendere gloriabatur. cf. V. 10, 11. & cap. sq. vers. 1.

Cap. CII. CAPVT CII.

Vers. 1. *Vers.* 1. κατὰ τὰς πράξεις. τὰς carent ed. 1. & 2. cum Bav. & Reg. A. Habet Reg. B. cum ceteris. — *Ibid.* ἐφίεται.* Haud dubitanter ἐφίετο scribere Reiskius jusserat. Recte: non enim video, quo pacto in præsenti tempore loqui Polybius potuerit, cum nemo amplius illius familiæ, quo tempore hæc scripsit, supereſſet. cf. II. 37, 7 sq.

Vers. 2 sqq. *Vers.* 2. διαβούλιον ἀνεδίδου Flor. Aug. Reg. A. Perperam ἐνεδίδου edd. cum Bav. — *Vers.* 3. τῷ δοκεῖν. τὸ δοκεῖν Aug. male. — *Vers.* 4. Κλεόνικον μὲν τὸν Naυπάκτιον. cf. c. 95, 12.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 5. Dele comma poſt *ναῦς*, & pone poſt *δύναμιν.* — *Ibid.* Ad *ἔχων* intellige *αὐτὰς*, ſcil. *τὰς ναῦς καὶ τὴν δύναμιν.* Verſ. 5.

Verſ. 6. *προελθών.* *προσελθὼν* edd. perperam & invitis msstis. — *Ibid.* *τὸν ἐν τοῖς Περιπτίοις Πύργον.* REISKII ſecutus ſum conſilium, ad hunc locum ſic commentantis: „Haud proſpere hic loci ſucceſſit opera Caſaubono utrique. *Pyrgos* eſt nomen oppidi; non ſignificat h. l. turrim quamcunque. vide p. 473. & 477. [IV. 77, 9. & c. 80, 13.] *ἑρετρίοις* eſt Caſauboni ſenioris conjectura, in qua defendenda Mericus operam perdit. Præſtat in locis ejuſmodi corruptis ſervare veterem lectionem, ſi meliorem & certiorem in promtu non habes. Veteres edd. hic dant *περιτίοις*, [plures codices *περιπτίοις*] quod acutiores videant quid ſibi velit.“ — Quod de *Πηνειῷ* fluvio in ſcholio dixi, alienum ab hoc loco videri poſſet, ſi de ſitu, quem *Laſioni* oppido Danvillius in Tabula Græciæ aſſignavit, dubitare non liceret; ſic enim nimis hinc remotus Peneus fluvius foret. At in eadem tabula Pſophis etiam, quæ in vicinia Laſionis fuit, (conf. IV. 73, 1.) nimis, quam par erat, verſus meridiem locata videtur. Livius XXVII. 32. caſtelli, cui *Pyrgus* nomen, meminit, quinque millia paſſuum ab urbe Eleorum diſtantis: quod ipſum tamen nunc a Polybio dici non putem; nam hoc quidem, de quo nunc agitur, in confinibus Achaiæ vel Arcadiæ & Elidos ſitum eſſe debuit. Verſ. 6.

Verſ. 7. Poſt *κατάλυσιν* in fine verſ. præced. *minus punctum* pone, pro *majori*. Sic codices omnes. Temere & ſua auctoritate primus editor, majore interpoſita diſtinctione, mox *μετὰ δὲ ταῦτα* edidit, quod tenuere ſequentes. Delevi conjunctionem, quam ignorant ſcripta exemplaria. Verſ. 7.

Verſ. 9. *περὶ Πάνορμον* &c. — „Ad hunc locum reſpexit Stephanus Byz. voc. *Πάνορμος*, ubi ait, *καὶ λιμὴν, ὡς Πολύβιος.* quod ibi fugit Berkelium.“ REISK. Nempe, licet hodie unius in Sicilia *Panormi* fiat mentio apud Stephanum, Verſ. 9.

Digitized by Google

phanum, facile tamen adparet, excidisse ibi nonnihil. Scilicet sic fere scripserat: Πάνορμος, πόλις Σικελίας, καὶ λιμὴν Πελοποννήσου, ὡς Πολύβ. vel Πάνορμος, πόλις Σικελίας καὶ λιμήν· ἔστι δὲ καὶ Πελοποννήσου λιμὴν, ὡς Πολύβιος. — *Ibid.* τοὺς τῶν συμμάχων. τοὺς caret Aug.

Vers. 10. *Vers.* 10. δι' αὐτοῦ. δι' αὑτοῦ Bav. Reg. A.

Cap. CIII. CAPVT CIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. καί τινας τῶν ἡκόντων ἅμα τούτοις. ἡκόντων, *qui venerant*, in plusquamperfecto. conf. IV. 80, 1. & V. 80, 4. — „ἅμα τούτοις non cohæret cum ἡκόντων, sed cum Ἀρατου καὶ Ταυρίωνα, *una cum Arato & Taurione emisit quosdam alios ex iis qui ad concilium Achæorum convenerant.* οἱ ἥκοντες sunt οἱ συνελθόντες πρὸς τὸ συνέδριον καὶ τὴν κοινολογίαν. vid. pag. 615, 16." [hoc cap. vers. 7.] REISKIVS.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐξαπέστελλον. ἐξαπέστελον Flor.

Vers. 4. *Vers.* 4. ὁρμηθεὶς τοῖς παρακαλουμένοις, *postulatis eorum incitatus.* ὀργισθεὶς Flor. male. Aut παρορμηθεὶς legendum, quo verbo & sæpissime aliâs utitur Polybius, & in hac ipsa re cap. 105, 1. aut ὁρμηθεὶς pro illo positum. — *Ibid.* τὰ λεγόμενα Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας. *Cœla, cava loca, convallis.*

Vers. 6 sqq. *Vers.* 6. ἦκον. ἦλθον Vat. in contextu; sed in marg. eadem manu γρ'. ἦκον, quod unice habent ceteri omnes. — *Ibid.* Φιλίππου deest Aug. & Reg. A. — *Vers.* 7. ἐξέπεμπε. ἐξέπεμψε edd. & Reg. B. invitis vett. codd. — *Ibid.* ὥστε ἔχειν Casaub. & seqq. Commodius ὥστ' ἔχειν ed. 1. consentientibus msstis. Temere ὥστε δ' ἔχειν ed. 2. — *Vers.* 8. διαποστολήν. Corrupte διαστολὴν Aug. ut c. 37, 3.

Cap. CIV. CAPVT CIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ὁς ἔφη. Perperam οὗς ἔφη Aug. Reg. A. *Agelai Aetoli oratio* hæc *de Pace ad Philippum Regem* inserta est Excerptis *Codicis* VRBINATIS, cum Titulo in ora:

ora: Ἀγελάου δημηγορία. Eamdem fere orationem Philippo tribuit Iustinus XXIX. 2 sq. tamquam ad Græcos socios ab eo habitam. Notaverat hoc Casaub. ad oram Basil. — *Ibid.* τοῖς θεοῖς εἰ λέγοντες. Corrupte τοῖς ἔθνεσι λέγοντες Vrb. — *Ibid.* τὰς τῶν βαρβάρων ἐφόδους. — „Romanos designat, ut IX. 37, 5." REISK. Vers. 1.

Ibid. συμπλέκοντες τὰς χεῖρας, καθάπερ οἱ τοὺς ποταμοὺς διαβαίνοντες. Laudat ad h. l. Gronovius (in Notis mssttis) Diodori verba XVII. 55. quæ & Freinsh. ad Curt. IV. 9, 17. citavit: *Alexander, milites Tigrim fluvium pedibus transituros, jussit* τὰς χεῖρας ἀλλήλοις συμπλέκειν, καὶ τὴν ὅλην τῶν σωμάτων πυκνότητα ποιεῖν ζεύγματι παραπλησίαν, *manus inter se arcte conserere, totamque corporum molem veluti ponti similem facere.*

Vers. 2. καὶ φυλάττεσθαι. καὶ συμφυλάττεσθαι solus Aug. & hinc ed. 2 & seqq. — *Ibid.* πρὸς ταῖς δύσεσι, *in occidente*, nempe in Italia. Confer mox vers. 7 & 10. nec de veritate Reiskianæ hujus emendationis dubitaveris. Vers. 2.

Vers. 3. καὶ νῦν. — „Forte καὶ συνετῷ, aut καὶ νῦν ἔχοντι." REISKIVS. Nil opus. καὶ νῦν ad δῆλον referendum, *jam nunc adparet.* — *Ibid.* κατ' οὐδένα τρόπον. Posterius vocab. temere neglexit ed. 1. — *Ibid.* ἐπὶ ταῖς. Perperam ἐπὶ τὰς ed. 1. & Reg. B. cum Bav. Pejus καὶ τὰς ed. 2. perperam accepto scripturæ compendio, quo in ed. 1. designabatur præpositio ἐπ'. — *Ibid.* δυναστείας. δυναστείας ed. 1. contra librorum omnium fidem. — *Ibid.* διατείνειν, *tendere.* Nil opus erat solicitare hanc verbi formam. Vers. 3.

Vers. 5. ποιῆται rectè Vat. & Flor. In Vat. vero τ in ο videtur mutatum. ποιῆσαι Vrb. Aug. Reg. A. B. quod in ποιήσῃ mutavit Bav. & hoc tenuerunt editi. ποιεῖσθαι πρόνοιαν, non ποεῖν, dicunt Græci. — *Vers.* 6. ὑπάρξειν. Poterat fortasse defendi ὑπάρχειν, *esse, ad manus esse, paratus esse.* Habemus tamen & aliàs exemplum literarum χ & ξ inter se permutatarum a nostris librariis, I. 59, 8. Vers. 5. sqq.

Vers. 7. πειραθῇ. πειραθῆ Vrb. Reg. A. — *Ibid.* καὶ ζε-

Digitized by Google

Vers. 5. sqq. μεν. Temere πόζημεν ed. 1. 2. — *Vers.* 8. τοῖς θεοῖς caret Aug. a pr. manu & Reg. A. — *Ibid.* ὑπάρχειν ἡμῖν τὴν ἐξουσ. &c. Sic Vrb. Vat. Flor. Aug. Reg. A. quæ series verborum majorem & vim & perspicuitatem addit orationi. τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἡμ. ὑπαρχ. edd. ex Bav. Sed mox καὶ πολεμεῖν ed. 1. 2. cum omnibus codd. Bene, ut arctius copulentur καὶ πολεμεῖν, καὶ διαλύεσθαι; articulo vero τοῦ haud ægre caremus.

CAPVT CV.

Cap. CV. Vers. 3. *Vers.* 3. τὴν Ἀντιόχου περὶ Κοίλην Συρίαν. Poterat, ut maluit Reiskius, περὶ Κοίλης Συρίας scribere, quemadmodum sæpius τὸν πόλεμον περὶ Κοίλης Συρίας dixit; sed cum μάχη bene habet περὶ Κοίλην Συρίαν. — *Ibid.* ἔτι δὲ. ἐπὶ δὲ Vat. Flor. — *Ibid.* πρὸς Αἰτωλούς. πρὸς ἑαυτοὺς Flor.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἔτι δὲ τὰς Λιβυκάς. ἔτι δὲ καὶ τὰς Λιβυκὰς solus Aug.

Vers. 5. *Vers.* 5. οὐ γὰρ ἔτι - - ἀλλ' ἤδη. Ad negationem illam intellige μόνον vel οὕτως, ex usitato Græcorum more: *etenim jam non solum*, vel *non tam - - quam* &c. Sic IV. 42, 2. οὐ γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖον. — *Ibid.* πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ σκοποὺς, id est, ut Reiskius monuit, *ad Romanos & Carthaginienses:* conf. vs. 7.

Vers. 6. *Vers.* 6. καὶ πρὸς τοὺς νησιώτας καὶ πρὸς τοὺς τὴν Ἀσ. κατοικ. Alterum πρὸς abest Vat. Flor. Aug. Reg. A. Vtrobique περὶ, pro πρὸς, maluerat Reiskius: commode quidem, sed & πρὸς hac notione, *circa, quod adtinet*, passim usurpatum videmus; ut V. 56, 8. πρὸς τοὺς φίλους, *amicos quod adtinet*. Adde III. 20, 5. IV. 67, 4. IX. 42, 1. &c.

Vers. 7. *Vers.* 7. τῶν τῷ Ἀττάλῳ. τῶν Ἀττάλῳ ed. 1. Reg. B. Bav. Flor. non male. Perperam τῷ Ἀττάλῳ, absque τῶν, ed. 2. Aug. Reg. A. nescio an Vat. Vtrumque conjunxit Casaubonus. — *Vers.* 8. πρὸς τοὺς Ἕλληνας. τοὺς caret solus Aug.

Vers.

Verſ. 9. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόσχεσιν. Vide I. 3, 3 ſqq. & IV. 28, 3 ſqq. — *Ibid.* οἶμαι. Sic hoc verbum orationi & aliâs inſeruit, & nuperime cap. 102, 1. ὡς ἂν οἶμαι καὶ νέον βασιλέα. Nullo vero pacto ferri ὑμᾶς poterat: nuſquam enim lectores ſuos ita adloquitur Polybius. Poſtquam δεδείχαμεν in δεδίχαμεν corruptum erat, οἶμαι in ὑμᾶς eſt detortum. Nihil familiariùs librariis permutatione diphthongi οι cum vocali υ, quæ eodem prorſus modo olim pronunciabantur. Exempla & aliâs vidimus, & V. 17, 8. ubi idem error omnes noſtros codices invaſerat. De permutatione terminationum αι & ας jam ſæpius diximus. In codice Perotti utraque videtur fuiſſe lectio, ὑμᾶς, & οἶμαι, altera in contextu, altera inter lineas aut in ora. Sic certe habet ejus verſio: *manifeſte vobis (niſi nos opinio fallit) oſtendimus*: nec enim dubito, ita ſcripſiſſe illum interpretem, non, ut in edit. Hagenoënſ. & Baſil. legitur, *manifeſte nobis*, & deinde *niſi nos*; nec ut in edit. Lugdunenſi apud Sebaſt. Gryphium 1542. in 8vo. ubi *manifeſte vobis*, & deinde *niſi vos opinio fallit*. Miror, intactum hunc locum relictum eſſe a Reiſkio. — *Ibid.* πότε καὶ πῶς. Temere πότε τοῦ πῶς ed. 1. 2. Verſ. 9.

Verſ. 10. Κάνναν. Κάναν Bav. — *Ibid.* τῶν Ἰταλῶν. Temere τῶν neglexit ed. 1. — *Ibid.* Ad ἐξιωσάντες intellige αὐτὴν, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ Ἑλληνικὰς πράξεις. Verſ. 10.

CAPVT CVI. Cap. CVI

Verſ. 2. αἱ κατὰ Πελοπ. αἱ caret ed. 1. invitis meſtis. — *Ibid.* ἀνεκτῶντο τοὺς ἰδίους (βίους). Perottus: *reſpublicas componebant*. Hinc Scaliger νόμους ſupplevit. Præferenda tamen Caſauboni conjectura, qui ſupplevit βίους. Verſ. 2.

Verſ. 4. οὐ γὰρ οἶδ' correxit Caſaub. cum Reg. B. οὔ γὰρ οἶδ' ed. 1. 2. conſentientibus vett. codd. — „Οὐ γὰρ οἶδ' legendum, non οὔ. Videntur corrupiſſe, qui contraria ſibi ſcribere Polybium putabant, quia ſequitur hujus rei cauſſa. Negat vero cauſſam rei ſe ſcire, cujus tamen cauſſam mox ſubjicit, ut cap. 75, 4." CASAVB. *in ora Baſil.* Verſ. 4.

Digitized by Google

Vers. 4. *Ibid.* Πελοποννήσιοι, *τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οἰκειότατα πρὸς τὸν ἥμερον καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἔχοντες, ἥκιστα πάντων* &c. Post *οἰκειότατα* insertum verbum *διακείμενοι* voluerat Vrsinus. Quamvis vero *οἰκειότατοι* legeres, tamen ex græci styli & Polybiani præsertim indole defecta foret oratio, & requireretur saltem participium *ὄντες*. Notandum vero, licet *ἥκιστα* in contextu habeant codices omnes, tamen oram Bav. & oram Reg. A. habere γρ'. *ἔλαττον*. Quare videndum, an *ἧττον* fortasse olim in contextu fuerit, *ἥκιστα* vero ex participio aliquo, quod ejus loco legebatur, sit corruptum, quod ipsum deinde vocem *ἧττον* sede sua depulerit. Quid vero spectans Polybius, de universis generatim *Peloponnesiis* hoc prædicet, esse eos *maxime omnium hominum ad vitam mansuetam & humanam adcommodatos*, non satis equidem persipicio. Si in Arcadas, (conf. IV. 29, 1.) aut omnino in eos populos hoc dixisset, qui fœdere Achaico erant juncti, nil mirum esset. Sed Spartanorum, ut hoc utar, (cum quibus præsertim bellum fere continuum erat reliquis Peloponnesi populis) virtutem quidem bellicam & severitatem morum laudatam scio; mansuetudinem, lenitatem morum, humanitatem nusquam magnopere prædicatam memini.

Ibid. *κατά γε τοὺς ἀνώτερον χρόνους.* Et hoc ex uno recentissimo Reg. B. adoptavit Casaubonus. *κατά τε τοὺς* &c. ed. 1. 2. consentientibus vett. msstis; quod locum tueri utique non poterat, nisi statueres, intercidisse deinde nonnihil, veluti *καὶ τοὺς τότε*, aut aliquid simile. — *Ibid.* *αἰεὶ* dedit ed. 1. cum scriptis libris omnibus. *ἀεὶ* ed. 2. & seqq.

Ibid. *πρασίμοχθοι.* Cum *πλησίμοχθοι* vulgo legeretur, non modo Musgravius, ut in scholio dixi, Fragm. XCIX. ex incertis Euripidis Tragœdiis, (T. III. p. 600.) *πλησίμοχθοι* correxit, *laborum tolerantes* vertens; sed jam ante Musgravium eodem modo Barnesius ediderat, in Incertis Euripidis Tragœdiis vs. 289. p. 511. Et pronum erat ita corrigere, quemadmodum & vir doctus in cod. Bav.

Digitized by Google

Bav. fecit: nam pari ratione τληπόλεμος pro τλησιπόλεμος dictum novimus; & τλησίπονος Hesychius habet, quod τολμηρὸς & καρτερικὸς interpretatur. Sed plurium & in his vetustiorum codicum consensus aliud suadere videtur. In codice Vrbinate abrupta hæc Euripidis verba ad oram libri adscripta sunt hoc modo. Εὐριπίδου. ἦσαν αἰεὶ πρυσίμοχθοι τινὲς καὶ οὔ ποτε ἥσυχοι δορί. Et eodem modo πρυσίμοχθοι (non προσίμοχθοι, quod errori debetur typothetæ nostri) habent Aug. & Reg A. Quod, per itacismi fallaciam, ex πρησίμοχθοι proxime corruptum esse intelligi videtur ex membranarum Vaticanarum & Flor. scriptura πρασίμοχθοι, quæ dorica forma esse potest vocabuli modo dicti. Nam licet verba ista Vers. 4.

— τλησίμοχθοι, κοὔποθ' ἥσυχοι δορὶ,

pro jambico versu, cui prima syllaba deesset, habuerint Barnesius atque Musgravius, nihil tamen impedit, quo minus ex chori cantu, cui dorica dialectus solennis est, decerpta putemus. Quemadmodum igitur verbum πρήθω non solum *accendo*, sed & *spiro* exponitur; sic πρασίμοχθος vel πρησίμοχθος esse poterit *belli ærumnas accendens*, vel *belli arumnas laboresque spirans*.

Vers. 5. Φύσεσιν ὄντες recte edd. ex Bav. Vers. 5.

Vers. 6. τῶν ἐκ Μακεδονίας Φόβων ἀπελέλυντο Vat. & Flor. Et Perottus, *liberati*. Ceteri, ut editi, τὸν ἐκ Μακ. Φόβον ἀπεδέδυντο, ne sic quidem male. Vers. 6.

Vers. 7. Μικίωνι Vat. Flor. Aug. & Reg. A. Perott. *Euryclidam* & *Miconem* (Μίκωνα) Pausanias II. 9. p. 132. rhetores Athenienfium vocat, populo gratos. Eosdem dein Philippus veneno tollendos curavit. — *Ibid.* οὐδ' ὁποίας. οὐδ' ὁποίασοῦν solus Reg. B. & sic idem passim aliâs, ubi οὖν ignorant veteres Polybiani codices. — *Vers.* 8. ἀκρισίαν. Temere ἀκρασίαν unus Reg. B. Vers. 7. sq.

Cap. CVII.

CAPVT CVII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐζήτουν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον. πρόσωπον, id eſt, hominem, qui, ut ait REISKIVS, nominis ſui auctoritatem, vel, ſi mavis, umbram & larvam quaſi aut perſonam præſtaret Aegyptiis, ſub qua latitantes, ea quæ vellent, peragerent. vid. XXVII. 6, 4. — *Ibid.* ὄντες αὐτοῖς. Vtrumque ſpiritum, ut paſſim aliàs, ſuper αὐτοῖς poſuit Bav. ut neſcias, utrum præ altero probaverit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. θερείας. θερίας Flor. θερατείας Aug. quod & fuerat in Reg. A. ſed ibi literæ ατ punctis inferne notantur ut ſpuriæ. — *Ibid.* ὑπερέβαλε. ὑπερέβαλλε ſolus Reg. A.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. παραυτά. παρ' αὐτὰ diviſis vocibus ed. Caſaub. & ſeqq. invitis mſstis. — *Ibid.* εὐδοκοῦντες nil opus eſt, ut cum Reiſkio in εὐδόκουν mutemus. Adjectis paulo poſt parentheſeos ſignis, clarus fit & ſatis expeditus, pro Polybiani ſtyli indole, orationis decurſus. Notaverat tamen & Caſaubonus in ora Baſil. videri ſibi, εὐδοκοῦντες ἦσαν aut ηὐδόκουν ſcriptum oportuiſſe. Et εὐδόκουν Scaliger in ora ſui libri correxit. Prorſus vero mendoſe ἀδοκοῦντες Aug.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. εὐθέως δὲ χρόνον edd. & Reg. B. cum Bav. & Flor. *Ibid.* διαλιπόντες. διαλειπόντες (ſic) Aug. Reg. A. — *Ibid.* Pro διὰ, & mox pro πεπ[illegible]θαι, dant διὸ & πεποιεῖσθαι ed. 1. 2. Reg. B. temere utrumque. — *Verſ.* 7. In τὴν προειρημένην τοιαύτην, quamvis ſuperflua prorſus & ingrata ſit media vox, conſentiunt omnes. — *Ibid.* παρακατεῖχε. Temere προκατεῖχε ed. 2. παρατεῖχε ed. 1. operarum errore.

Cap. CVIII.

CAPVT CVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἀναχωμισθείς. Corrupte ἀναγκασθεὶς Aug. & inde ora ed. 2. — *Ibid.* πρὸς ἅ. Vide ad V. 27, 4. — *Ibid.* καὶ τότε Caſaub. & ſeqq. cum Reg. B. Vat. Flor. Vrſin. καὶ deeſt ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. — *Ibid.* Πελαγονίας. *Pelagonia*, regio Macedoniæ, in qua urbs Stobi,

Digitized by Google

bi, a qua Iohannes Stobæus nomen habet. — *Ibid.* Πισσαῶν. Hinc Stephanus, Πισσάον, Πελαγονίας. quod nomen ibi ex Πισσαῶν corruptum ordo literarum docet. Verf. 1.

Verf. 2. Δασσαρήτιδος ed. Casaub. & seqq. Δασαρήτιδος h. l. Vat. Flor. Reg. B. Corrupte Δαρήτιδος ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. *Dassaretis*, Illyrica regio, Macedoniæ attributa. Δασσαρῆται, ἔθνος Ἰλλυρίας, apud Stephanum Byz. citatur ex Polybii lib. VIII. Confer infra vs. 8. *Ibid.* Φοιβάτιδας edd. & Reg. B. cum Bav. Φιβάτιδας Vat. Flor. Aug. Reg. A. Ignotum utrumque aliis scriptoribus nomen. — *Ibid.* Ἀντιπατρίαν. *Antipatriam*, in extremis Macedoniæ, in faucibus angustis sitam esse urbem docet Livius XXXI. 27. ex alia parte Historiarum Polybii, hodie deperdita, quæ libro XVI. erat comprehensa. Verf. 2.

Ibid. Χρυσονδίωνα edd. cum Bav. Χρυσονδώνια Vat. Flor. Aug. Reg. A. Eadem fortasse urbs, quam *Codrionem* & *Condrionem* vocant codices Liviani loco cit. Possunt etiam duorum oppidorum vel castellorum nomina in unum videri contracta. Quod vero Iac. Gronovius (in Dissertat. Epistolicis in Livii loca quædam geographica, adjectis Tomo II. editionis Livii Gronoviani, p. 34.) apud Polybium h. l. pro Χρυσονδίωνα legendum Κυδών, Κοδριόνα, contendit; id quidem errore Scholiastis Callimachi & ipsius Stephani Byzantini niti, post Salmasium docuerunt Callimachi Interpretes ad Hymn. in Cerer. vs. 25. Conf. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 379.

Ibid. In Γερτοῦντα nil hic variant libri; sed mox verf. 8. Γεροῦντα dant omnes, nam Γερῶντα ibi ed. 1. 2. & Reg. B. invitis vetustis exemplaribus habent, nisi quod *Gerontem* ibidem Perottus scripsit. *Gerrunium*, in hac regione castellum, Livius memorat l. c. lib. XXXI. c. 27. quod idem fortasse est cum hoc Polybiano Γεροῦντι vel Γερτοῦντι, aut cum *Cresonio*, cujus meminit Noster verf. 8.

Verf. 4. τὰ κατὰ τὴν Ἰλλ. Perperam τὰ caret Aug. — *Ibid.* εἰς Ἰταλίαν. εἰς carent Aug. & Reg. A. — *Verf.* 6. τῆς πρὸς Ῥωμ. Temere τῆς neglexerunt ed. 1. 2. — *Ibid.* ἕνεκεν Verf. 4. 6.

Digitized by Google

ἔνεκεν αὐτοῦ ed. 2 sqq. cum Aug. puto & Vat. & Flor. αὖ τοῦ ed. 1. Bav. Reg. A. B.

Vers. 7. *Vers.* 7. *μόνως γὰρ οὕτως* ed. Casaub. & seqq. Sic autem ex ingenio se emendare ait Vrsinus; *dederunt* vero id ipsum Vat. & Flor. Mendose *μόνος γὰρ οὗτος* ed. 1. 2. Bav. Aug. Reg. A. B. — *Ibid.* *ἐν τῷ Φάρῳ.* Sic hoc quidem loco omnes, cum articulo masculino. At III. 18, 2 & 7. & III. 19, 12. constanter *τὴν Φάρον* in foem. usurpavit: nescio, an, quod ibi oppidum, nunc totam insulam dicat. *Ibid.* *καταιτήσασθαι.* Simpl. *αἰτήσασθαι* Aug.

Vers. 8. *Vers.* 8. *Δασσαρήτιδος* ed. 2. & sqq. & sic h. l. Vat. Flor. Aug. Reg. A. *Δασαρ.* simplici *σ* ed. 1. 2. Reg. B. cum Bav. Conf. ad vers. 2. — *Ibid.* *Κρεώνιον καὶ Γερούντα.* *Corragum* & *Gerrunium*, castella hujus regionis, junctim nominantur apud Liv. l. c. quae fortasse eadem fuerint cum his Polybianis. Conf. supra ad vers. 2. Sed meræ hæ conjecturæ sunt, neque præterea quidquam. Id unum moneo, lubrico admodum niti fundamento eos, qui scripturam *Corrago* apud Livium firmari existimant auctoritate Aeschinis, in cujus Orat. contra Ctesiphontem (p. 553. edit. Reisk.) *Κόρραγος* memoratur: nam ibi *Corragum* non castelli nomen, sed ducis cujusdam militum mercenariorum esse, & alii perspecte viderunt Interpretes, & contra Taylorum denuo adseruit Reiskius.

Ibid. *περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην.* Vide Steph. Byz. in Λυχνιδός. Vrbem, a qua nomen habet lacus, Λυχνίδα Polyb. vocat XVIII. 30, 12. — *Ibid.* Ἐγχελάνας. Ἐνχελάνας Vat. Aug. Reg. A. Stephanus: Ἐγχελᾶνες, (cum accentu circumflexo) ἔθνος Ἰλλυρίας, iidem qui aliàs Ἐγχελεῖς. — *Ibid.* De *Cerace* & *Satione* nihil habeo compertum. — *Ibid.* Βοιοὺς. Nec magis, qui sint *Boji* hi, sive *Boei*, liquet. Gronovium video Βοιβίους esse suspicatum, & de *Boëbe* Livii XXXI. 41. cogitasse. Sed ista quidem Thessaliæ est. Habet vero Stephanus Byz. in Macedonia etiam *λίμνην* Βοΐβην, quæ ab aliis Βόλβη adpellatur. Sed eam huc quidquam facere quis adfirmabit? — *Ibid.* Βαντίαν. An huc perti-

pertineat, quod Stephanus habet, Βάντιον, ἔθνος Θρᾴκης, viderint doctiores. Vers. 8.

Ibid. τῶν καλουμένων Πισσαντίνων. Duplici σσ cum Bav. habuit codex Perotti. *Pissantini* vero hi, aut *Pisantini*, an pertinent ad Πισσαῖον, quod est vers. 1. memoratum? — *Ibid.* Ὄργυσον vel Ὀργυσσόν. *Orgessi*, castelli in extremis Macedoniæ, meminit Livius loco jam sæpius citato, XXXI. 27. quod non videtur ab hoc diversum.

Vers. 9. περὶ τὸ Γερούνιον. Vide lib. III. cap. 100. Ad finem libri festinantes librarii, misere multa turbarunt. Sic nunc Γερούνιον in Γαλλόνιον vel Γαλώνιον corruperunt; moxque vers. seq. Αὔλον induxerunt Τερέντιον, quem sane non noverat Polybius. Et paulo ante, pro Ἰταλίας, Ἑτωλίας habet Reg. A. pariterque Aug. a prima manu. Vers. 9.

Vers. 10. κατέστησαν στρατηγοὺς αὐτῶν Γάϊον Τερέντιον. στρατηγοὺς Παῦλον Τερεντ. ed. 1. 2. cum Bav. Αὖλον ed. Casaub. & seqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A. B. & Vrsino. *Caium* quidem *Terentium* Perottus habet; sed potuit ex Livio & ex Fastis ex ipsoque Polybio III. 106, 1. 103, 3 sq. &c. corrigere; quod nos in græcis etiam facere non dubitavimus. Et GRONOVIVM sequendum duximus, qui ait: „Vide an fuerit κατέστησαν στρατηγοὺς αὐτῶν Γ. Τερέντιον. Procul dubio illud Γ. quod est Γάϊον, minuscula scriptum, exhausit præcedens litera. [aut majusculam Γ. expulit sequens litera T.] Sic I. 30. Καρχηδόνιοι στρατηγοὺς ἑαυτῶν εἵλοντο δύω.“ — Pari modo IV. 27, 1. οἱ Αἰτωλοὶ στρατηγὸν αὐτῶν (ubi quidem alii αὐτὸν habent) εἵλοντο Σκόπαν. IV. 2, 9. ἥρηντο στρατηγὸν αὐτῶν Ἀννίβαν. V. 30, 7. στρατηγὸν αὐτῶν Ἄρατον κατέστησαν. Fit autem mihi probabile, primo per negligentiam alicujus librarii omissum fuisse vocabulum Γάϊον, ac deinde αὐτῶν in Αὖλον & a nonnullis in Παῦλον corruptum. Vers. 10.

CAPVT CIX. Cap. CIX.

Vers. 2. διαίρειν correxit Casaub. Mendose διαιρεῖν ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* ἐπιφαίνεσθαι. Notata hæc Vers. 2.

Digitized by Google

emendatio jam erat in ora cod. Reg. B. ἴσως ἐπιφένεσθαι. Et videtur ἐπιφαίνοιτο ab imperito aliquo vel dormitante librario ad formam præcedentis verbi πρόθοιτο fuisse effictum. — *Vers.* 3. διάπερ. Vide Anot. ad I. 82, 13.

Vers. 4. *Vers.* 4. προσασκήσας. προασκήσας malluerat Reiskius. Sed novimus, amare præsertim Polybium verba ex πρὸς composita: *exercitabat adhuc nonnihil*, scilicet quatenus patiebatur temporis angustia.

Vers. 5. *Vers.* 5. ποιησάμενος τὸν πλοῦν διὰ Εὐρίπου καὶ τοῦ περὶ Μαλέαν. Si necessario tenenda esset hæc scriptura sic foret exponenda, *navigavit per Euripum*, (eum, puta, qui simpliciter & per eminentiam ita dici solet, quo Euboea a Bœotia separatur. conf. V. 29, 5. & c. 101, 2.) *& per illum, qui est ad Maleam*; ut intelligeretur fretum illud, quod inter Maleam promontorium & Cytheram insulam interest, de quo vide Strab. lib. VIII. p. 363. & 378. Nam Εὔριπος, generale nomen, de quovis freto potest usurpari. conf. Strab. lib. I. p. 54. & lib. XIII. p. 617. In eamdem sententiam Reiskius ad καὶ τοῦ περὶ Μαλέαν subaudiendum πόρου existimavit. Sed nil opus videtur istis ambagibus, nudeque legendum καὶ περὶ Μαλέαν, *& circum Maleam*. conf. c. 101, 4. — *Ibid.* Κεφαλληνίαν ed. Casaub. & seqq. cum Vat. Flor. Aug. Reg. A.

Vers. 6. *Vers.* 6. πυνθανόμενος δὲ περὶ τὸ Λιλύβαιον αὐτοὺς ὁρμεῖν. Sic optime planissimeque ed. 1. consentientibus msstis. Temere & imperite ante περὶ τὸ Λιλυβ. ed. 2. τοὺς inserit; quod tenens Casaubonus, & præterea αὐτοὺς sua & Vrsini auctoritate in αὐτοῦ mutans, sententiam prorsus corrupit. Istam vero παραδιόρθωσιν religiose servarunt posteriores editores.

Cap. CX. CAPVT CX.

Vers. 1. *Vers.* 1. τὸν Ἄξιον ποταμόν. Poterat & Ἄξεον antepenacute scribi, ut apud Strabonem. Ejusdem vero nominis fluvium Cypri Ἄξιον penultima circumflexa Etymologus scribit. De corrigenda mendosa codicum scriptura jam

Digitized by Google

jam Casaubonus in versione, & post eum disertius etiam Palmerius monuit. Satis patet erroris origo; tenuissima lineola differt Λ ab A; jota vero subscribendum ad latus olim poni solitum esse & in membranis nostris Vaticanis etiam nunc constanter ad latus positum conspici, jam sæpius adnotavimus. — „Emendationem suam, Ἄξιον, in versione proditam, tuetur Casaubonus ad Strab. p. 486. [lib. VII. p. 316.] ubi tamen monet, in Ptolemæi quoque codicibus Λῶον legi. Forsitan igitur his auctoribus restituit Valesius Nostro p. 1444, 26. [XXVII. 14, 3.] Λωὸν pro Λωτὸν, quod ei suus codex præstabat. Sed ille videtur vitium vitio mutasse, non sanasse." REISKIVS. — Nimirum in Peiresc. codice l. c. pariter ΛΩΤΟΝ ex ΛΩΙΟΝ erat detortum. *Aoi* fluvii, præter Strabonem, Plinium & alios, frequens satis fit apud Livium mentio. Vers. 15

Vers. 2. Σάσων, insula prope Acroceraunia promontorium. Scholion in ora Cod. Vat. Σάσων νῆσος, ἣν νῦν Ἄσσωνας (Ἄσσωνα puto voluit) καλοῦσιν, κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ Ἰονίου κόλπου. Idem Schol. in Aug. & Reg. A, nisi quod in his, ἣν νῦν καλοῦσιν Ἄσσων. — *Ibid.* συνορμικέναι Sic Flor. & Suidas in Προσαγγελία, ubi citantur hæc Polybii verba. συνορμικέναι duplici errore edd. συναρμικέναι ceteri libri; perperam, nisi intelligas accusativum τὰ πλοῖα vel τὰς ναῦς conf. c. 101, 1. — *Ibid.* ἀπὸ πορθμοῦ. ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ malim cum Reiskio, *a freto*, *Siculo* puta. „Latini quoque (ut idem REISKIVS monuit) *fretum* nude pro *freto Siculo* usurparunt, cum ratio ipsa loci cujusque satis demonstraret, quod fretum designaretur. Livius XXX. 28. de Hannibale: *qui Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum complexisset.* Vers. 2

Vers. 3. καταλίποιεν. καταλείποιεν Flor. — *Vers.* 5. Κεφαλληνίαν ed. Casaub. & seqq. cum Aug. & Suida in Ἀναξυγαῖς. Κεφαλλην. ed. 1. 2. cum ceteris codd. — *Vers.* 6. βραχὺ δέ τι. Caret τι Flor. — *Ibid.* ἐπί τινας. ἐπί τινα Suidas in Ἐμφασιν. — *Ibid.* ἐκστροφώς. ἐπαστραφώς Suidas ibid. Vers. 3 sqq.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 7. 8. *Vers.* 7. ψευδῶς γενέσθαι τὸν ὅλον φόβον περὶ αὐτόν. Casaubonus in versione: *non erat autem in totum falsus nuntius qui terrorem hunc Philippo intulerat:* & in ora Basil. „Videtur deesse negatio: imo omnino deest.“ — Imo temere prorsus scrupulus iste injectus erat docto interpreti. Reiskius, cum lacunæ signum aliquod in codicibus msstis repertum a Casaubono putaret, nihil aliud videri deesse, ait, quam οὕτω. Sed nec hoc, nec quidquam aliud, sive ad sententiæ veritatem, sive ad integritatem orationis, utique desideratur. Quod vero περὶ αὐτὸν displicuit Reiskio, qui id in περὶ αὐτῶν, *de illis*, scil. Romanis, mutandum suspicatus est; non meminit familiarissima a Polybio istam phrasin esse, τοῦτο γέγονε περὶ αὐτὸν, pro τοῦτο περιέστη αὐτὸν vel αὐτῷ, *hoc ei accidit*, vel *hoc ille habuit*, Vide I. 22, 1. X. 36, 1. XII. 14, 2. XII. 15, 5. XXIII. 14, 9. *Vers.* 8. διεπέμπετο. Forsan διεπέκμπτο, in plusquamperf. *miserat.*

Vers. 9. *Vers.* 9. δεκαναῖαν scribendum in ora Basil. monuit Casaub. quia mox sequitur ταύτην τὴν ὀφθεῖσαν, cum quo stare plane non potest δέκα νῆας, nisi ad ὀφθεῖσαν deinde adjicias βοήθειαν aut aliquod simile substantivum, sicut Reiskius suasit. Sed multo expeditius est, ut cum Casaub. statuamus, δέκα νῆας ex librariorum natum esse imperitia, quibus minus familiaris fuit vocab. δεκαναῦα, quo tamen & aliâs utitur Polybius, XXIII. 7, 4. & XXV. 7, 1. — *Ibid.* τὸ Λιλυβ. Mendose τὸν Λιλυβ. solus Aug. — *Ibid.* περὶ Ῥήγιον. περὶ τὸ Ῥήγιον Flor.

Vers. 10. *Vers.* 10. διὰ τό. Caret h. l. τὸ Flor. — *Ibid.* τέσσαις τοῖς. Corrupte ταύταις τοῖς idem Flor. — *Ibid.* γίγνεσθαι scripsi, ut sibi constaret scriptura hujus verbi. γίνεσθαι erat h. l. in mssis, quod temere in γενέσθαι mutarunt editores. — *Ibid.* ἐκ τοῦ κατὰ λόγον. Sic recte Casaub. consentientibus msstis, nisi quod καταλόγον una voce Reg. A. habet. Familiaris illa dictio Polybio. Temere ἐκ τοῦ omisit ed. 1. & καταλόγον junctim scripsit. Hinc dein ed. 2. ἐκ τοῦ καταλόγου perperam & invitis exemplaribus.

Digitized by Google

ribus. — *Ibid.* ἐγεγόνει. ἐγένετο unus Flor. in contextu, ſed ἐγεγόνει in marg.

Verſ. 11. ὑπὸ τῆς προσαγγελ. ἐκ τῆς Suidas in Προσαγγελία. Verſ. 11.

CAPVT CXI. Cap. CIX.

Verſ. 2. οὓς διεβίβασεν ἐκ τῆς Εὐρώπης ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος. Temere διαβιβάσας ed. 1. 2. De re confer c. 78, 4. *Ibid.* διὰ τὰς ἄρτι ῥηθείσας ὑποψίας, *propter jam expoſitas ſuſpiciones.* — „ἄρτι paulo latius accipe: multa enim narrationi de Attali cum Gallis diſcidio interceſſerunt.“ REISK. — Nempe ſic particula ἄρτι & phraſi τὸ ἄρτι ῥηθὲν utitur Polybius; non ſolum de eo, quod *modo nunc* vel *proxime ante* dictum eſt, ſed & de eo quod *jam ſatis multo ante & plusculis nonnullis interjectis:* cujus uſus exemplum habuimus cap. 95, 7. Verbo autem τὸ προειρημένον uſurpare ſolet de eo, cujus *proxime ante* mentio facta eſt. — *Ibid.* Ἰλιεῖς. Perperam Ἠλιεῖς Flor. Reg. A. & Aug. a prima manu. Et ſic iidem paulo poſt rurſus Ἠλιέων, pro Ἰλιέων. — *Ibid.* ἐκβαλλομ. ἐκβαλομένων Aug. Reg. A. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἀγεννεῖ. ἐγενεῖς Aug. Reg. A. B. — *Ibid.* ὑπὸ τῶν τὴν Τρωάδα κατοικούντων Ἀλεξάνδρειαν. Sic recte Vat. Flor. Reg. A: Nil opus eſt adjecta præpoſ. περὶ, quam habet Bav. Corrupte prorſus Aug. ὑπὸ τῶν Τροάδων &c. ἡ Τρωὰς Ἀλεξάνδρεια eſt *Alexandria Trojana*, vel *Alexandria in Troade*, quæ & nude *Troas* nonnumquam adpellatur. Verſ. 3.

Verſ. 4. Θεμίστην. — „Res ipſa loquitur, viri hoc nomen eſſe debere, non fœminæ. Sed fœminæ nomen eſt Θεμίστα. Lege ergo Θεμίστιον.“ REISKIVS. Verſ. 4.

Verſ. 5. Ἀρίσβαν. Scholion in ora cod. Vat. Ὅμηρος· καὶ δ' ἂν Ἀρίσβην. — *Ibid.* ἐπεβουλεύοντο. ἐπεβούλευον Flor. — *Verſ.* 6. τοὺς μὲν ἄνδρας. Caret μὲν Aug. — *Ibid.* χειρῶν. χερῶν Vat. Flor. Aug. Reg. A. Verſ. 5.

Verſ.

Digitized by Google

Vers. 7. *Vers.* 7. τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ πόλεις. Vtrumque fert græci sermonis usus, ἐφ' Ἑλλησπόντῳ & ἐφ' Ἑλλησπόντου, quemadmodum pariter ἐπὶ θαλάττῃ & ἐπὶ θαλάττης dicunt de urbe *ad mare* sita. — *Ibid.* ἀπέλιτε. ἀπέλειτε Aug. Reg. A. — *Ibid.* τοὺς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάρους. — „τοῖς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάροις, *ne quis regulus Asiaticus barbaris Europæis facilem trajectum in Asiam reddat.*" REISKIVS.

Vers. 8, 9. *Vers.* 8. Τὰ μὲν οὖν. Temere & imperite Α μὲν οὖν ed. 1. 2. — *Ibid.* περὶ Κάνναν. περὶ τὴν Κάνναν Aug. Reg. A. — *Ibid.* τὰ πλεῖστα. τὰ μὲν πλεῖστα Flor. & Reg. B. — *Ibid.* μετετίθετο. μετέθετο ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* ἐν τοῖς πρὸ τούτων. Vide lib. III. c. 118. *Vers.* 9. λήξαμεν nil opus est ut cum Voss. in λήξομεν mutemus.

Vers. 10. *Vers.* 10. Ἐν δέ. Recte δὲ scripsit Casaubonus; refertur enim ad præcedens νῦν μέν. Eodem modo correctum in ora libri Voss. — *Ibid.* βραχέα & quæ sequuntur usque τῇ βίβλῳ desunt Aug. & Reg. A. — *Ibid.* προαναμνήσαντας. Nil urget, ut cum Reiskio προαναμνήσαντες legamus. Vide IV. 28, 6. IV. 29, 7. & Adnot. ad V. 109, 4. — *Ibid.* τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ προκατασκευῆς. At quæ hoc quinto libro continentur, nihil valent ad præparandos lectores ad intelligendum statum reipublicæ Romanæ, aut ad illius cognoscendi adferendam cupiditatem. Quare suspicatus sum, ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ scripsisse Polybium, ut respexerit ea quæ extremo capite libri III. dixerat. Aliâs vero notum est, librum I. & II. solere a Polybio προκατασκευὴν dici totius suæ Historiæ. *Ibid.* κατὰ τὴν ἐν ἀρχαῖς ὑπόσχεσιν. Tractationem *de Forma reipublicæ Romanæ* pollicitus erat non solum extremo libro III. sed & I. 64, 2. & III. 2, 6.

ANNO.

Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI VI.

RELIQVIAS.

ABSOLVIMVS Commentarios in Quinque illos priores Hiſtoriæ Polybianæ Libros, qui ſoli ex quadraginta, quos totum opus olim erat complexum, integri hodie ſuperſunt, & in eiſdem CODICIBVS MANVSCRIPTIS, quibus uſi ſumus in recenſenda illa parte totius operis, ad noſtram ætatem ſunt conſervati. Nunc, ubi ad ceteros libros pergimus, e quibus nil niſi *Excerpta* atque *Fragmenta* nobis reliquit temporum injuria, deſerunt nos plerique ex illis codicibus, quorum frequentem adhuc mentionem in his Commentariis fecimus, & ex omni illorum numero nullus porro fere nos comitatur, niſi AVGVSTANVS atque VRBINAS, qui, præter alia, eas Reliquias ex libro ſexto & ſequentibus uſque ad decimum octavum continent, quæ *Excerpta Antiqua* vocavimus; de quibus Excerptis diximus in Præfat. Tomo I. præmiſſa, pag. 7 ſeq. De ipſo Codice AVGVSTANO, poſt ea quæ in eadem præfatione p. 36 ſeqq. dicta ſunt, vide quæ monuimus in Præfat. ad Tom. II. p. 7. De VRBINATE, præter ea, quæ in Præf. ad Tom. I. dicta ſunt, conſer Præfat. ad Tom. II. p. 5 ſq. De VRSINI codice, quatenus huc ſpectat, diximus ibidem p. 6. Duo REGII PARISIENSES Codices, quibus uſi ſumus in his *libri ſexti Reliquiis*, diverſi ſunt ab eis, qui per quinque priores libros nos erant comitati; quare novis notis, alterum *Reg. D.* inſignivimus, alterum *Reg. E.* eumdem, e quo Henr. Vale-

Digitized by Google

Valesius in Appendice editionis Excerptorum de Virtutibus & Vitiis lectiones nonnullas laudavit. De priore, qui in Catalogo Græcorum Codicum Msstorum Bibliothecæ Regiæ num. MDCLII. recensetur, diximus in Præf. T. II. p. 8 sq. De altero, qui est Codex Græcus Biblioth. Regiæ MMDCCCCLXVII, vide ibid. pag. 13 seq. Porro & in scholiis infra Contextum nonnunquam a nobis laudatus est, & in his Commentariis ad sextum librum sæpius citabitur OXONIENSIS Codex, de quo vide Præfat. Tom. II. p. 10. Eumdem codicem Gronovius in Notis msstis *Hæschelianum* adpellavit.

Quem Codicem nota *Med.* cum in scholiis passim insignivimus, tum in hisce uberioribus Adnotationibus insigniemus, est ille Codex membranaceus FLORENTINVS Bibliothecæ LAVRENTIANO-MEDICEAE, de quo diximus in Præf. Tom. II. p. 7 sq. uno eodemque volumine compactus cum eo, quem in quinque prioribus libris nota *Flor.* insignitum persæpe citavimus, sed ab alia manu scriptus. Cum hujus codicis lectionibus plerumque consentit *alter Codex Mediceus*, cujus ibidem mentionem fecimus: nonnumquam tamen ex hoc diversam lectionem adnotavit Gronovius. Hunc igitur codicem, sicubi ex eo nominatim lectio aliqua erit proferenda, hac nota *alter Med.* insigniemus. Quas lectiones passim ex LEIDENSI *Codice* citavimus (quem uno verbo tetigimus in Præfat. T. II. p. 12.) eas eidem Gronovio debeo, qui partim in Notis editis nonnumquam ad librum *MS.* provocavit, quem in Nota ad X. 19, 5. *chartam Lugdunensem* nominat, partim in Notis manuscriptis, ubi etiam *MS. patris* interdum adpellat. Utrum vero sit unus idemque Codex Leidensis, qui librum sextum cum sequentibus continet, an alius, qui solum librum sextum, alius, qui Excerpta ex libro VII. & seqq. exhibet, non satis habemus compertum; nec ad manus nobis est, qui id docere forte poterat, Catalogus Bibliothecæ Lugduno-Batavæ, in quo p. 343. in Codicibus a Bonaventura Vulcanio legatis num. II. unus saltem codex Polybianus, Excerpta ex

Digitized by Google

ex libris deperditis continens, recenſetur, ut ex Reiſkii Animadvv. ad Polyb. p. 615. intelligimus, & ex Reuſſii Præfatione ad Lectiones Polybianas ex Codice Tubingenſi excerptas. De REGIIS *Codicibus Pariſienſibus*, qui Excerpta Antiqua ex libro VII. & ſeqq. continent, (quos notis his *Reg. F.* & *Reg. G.* inſignivimus) tum de *Codice* VESONTINO & *Tubingenſi*, diximus in Præfat. T. II. p. X.

Variarum POLYBII EDITIONVM ubi in his Commentariis in Librum ſextum & in Excerpta Antiqua ex ſequentibus Libris fiet mentio, *editio prima* jam nihil ad Obſopæum pertinebit, ſed intelligenda ea erit, quæ in Adnotationibus in quinque priores Libros *editio 2.* erat ſignata, nempe *Baſileenſis*, quæ per *Io. Hervagium* Baſileæ anno MDXLIX. in lucem eſt emiſſa; quæ quidem, quoniam græci contextus recenſio *Arnoldo Peraxylo Arlenio* debetur, *Arleniana* poterat vocari; ſed uſus obtinuit, ut *Hervagiana* audiat. De ea expoſuimus in Præf. Tom. I. p. VII. & p. XVI ſqq. Pars quidem Excerptorum ex Libro ſexto, ut ibidem p. VIII ſq. docuimus, jam ante Hervagium cum Venetiis, tum Pariſiis & Baſileæ erat edita; ſed quoniam nullam ex eis editionibus ad hunc diem oculis conſpicere mihi licuit, nihil ex eis adferre potui, niſi ſicubi Reiſkius in Animadverſionibus paſſim lectionem aliquam ex Baſileenſi *Oporini* editione excerptam citavit. Confer quæ infra in Adnotationibus ad cap. 19. dicentur. Excerptorum Antiquorum *editio ſecunda* intelligenda erit *Iſaaci Caſauboni*; *tertia*, *Iac. Gronovii*; *quarta*, *Erneſtina Lipſienſis*. Sed duas quidem poſteriores, quemadmodum adhuc, ſic deinceps, rarior erit citandi occaſio, quoniam preſſo pede Caſaubonianam ſequuntur.

Rationem, quam tenuimus, tenere certe ſtuduimus, *in colligendis ordinandiſque horum Librorum Reliquiis*, quorum contextus non integer ad nos pervenit, expoſuimus in Præfat. T. II. p. XLIII ſeq. Concinnatio *Reliquiarum ſexti libri* non multi fuit laboris. Longe maximam partem harum Reliquiarum Antiqua illa, quæ diximus, Excerpta offerebant:

nec ullus alius est Polybii liber, e quo tam amplam materiam in suam *Epitomen*, quam vocavit, retulerit iste compilator. Multum tamen abest, ut integrum exhibuerit hunc librum. Multa initio desunt: multa in medio passim praetermissa; (in his, disputatio de Saliorum & aliorum Pontificum collegiis, quam hoc libro fuisse olim comprehensam discimus ex lib. XXI. c. 10, 11.) nescio an & in fine, ita quidem, ut pro Titulo illo, quem capiti LVII. pag. 575. praefiximus, Ἔκλογος τούτης τῆς βίβλου, *Conclusio hujus Libri*, tutius factum fuisset, si Ἔκλογος τούτου τοῦ λόγου, *Conclusio hujus disputationis de Republica Romanorum* scripsissemus, aut titulum istum prorsus omisissemus. Duo supererant ex eodem sexto Libro *Excerpta Valesiana*, id est, Eclogae, ab Henr. Valesio e codice Peiresciano inter *Excerpta de Virtutibus & Vitiis* (conf. Praef. T. I. p. XII. n. 7.) editae: quorum Excerptorum prius illud, *de L. Tarquinio*, cum ex vetustiore romani populi historia esset desumtum, cujus historiae brevem summam praemiserat Polybius disputationi de Reipublicae forma, initio Libri posuimus, & cum aliis nonnullis minoribus Fragmentis, ex eadem historia decerptis, quae a Dionysio Halicarnasseo, ab Athenaeo, a Stephano Byzantino conservata sunt, conjunximus: alteram Valesianam eclogam, breviorem illam, quae ex qua parte hujus Libri decerpta esset haud adparebat, in finem rejecimus cum aliis nonnullis minoribus Fragmentis, de quorum sede, quam in libro olim integro occupassent, pariter haud satis constabat.

ADNOTATIONES

AD

RELIQVIARVM LIBRI SEXTI

Cap. I.

CAPVT I.

Cum interciderit hujus libri *Exordium*, quo haud dubie Polybius & *Argumentum*, quod in eo erat pertractaturus, brevi-

breviter expoſuerat, & (ut aliâs ſolet, ubi ad diſputationem olim promiſſam progreditur) in memoriam revocaverat Lectoribus id quod in ſuperioribus erat pollicitus; commode facturos nos putavimus, ſi Exordii loco nunc ex lib. III. cap. 2. ea repeteremus, quæ *de Argumento Libri ſexti* & de conſilio hujus diſputationis *de Republica Romanorum* præfatus erat. Poterant vero pari ratione Exordii & Introductionis loco in eamdem hanc diſputationem ea inſervire, quæ lib. I. c. 64, 1-4. & præſertim quæ lib. III. c. 118, 8 ſeqq. de eodem argumento præſtruxit; quæ hac occaſione repetiiſſe relegiſſeque neminem pœnitebit.

CAPVT II. Cap. II.

Fragmentis hoc capite congeſtis titulum fecimus Ἐκ τῆς Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς. Etenim τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, id eſt, vetuſtiorem populi romani hiſtoriam breviter attigiſſe Polybium, (quemadmodum monuimus etiam in Teſtimoniis de Scriptis Polybii, T. V. hujus operis p. 16.) diſerte teſtatur Dionyſius Halicarn. Antiq. Roman. lib. I. cap. 6. his verbis: Πρῶτον μὲν - - τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιθραμόντος Ἱερωνύμου τοῦ Καρδιανοῦ - - - ἔπειτα Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου - - - ἅμα δὲ τούτοις Ἀντιγόνου τε καὶ Πολυβίου καὶ Σιληνοῦ καὶ μυρίων ἄλλων τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν οὐχ ὁμοίως ἐπιβαλόντων. &c. Rurſuſque ibid. cap. 7. Ἴσως γὰρ εἰ προανεγνωκότες Ἱερώνυμον, ἢ Τίμαιον, ἢ Πολύβιον, ἢ τῶν ἄλλων τινὰ συγγραφέων, ὑπὲρ ὧν ἐποιησάμην λόγον ὀλίγῳ πρότερον ὡς ὑπεσεσυρκότων τὴν γραφὴν, πολλὰ τῶν ὑπ' ἐμοῦ γραφομένων οὐχ εὑρηκότας παρ' ἐκείνοις πέμενα, σχεδιάζειν ὑπολήψονταί με &c. Iſtud autem argumentum cum in prioribus hiſtoriarum libris non perſecutus ſit, nullo alio Libro, niſi hoc Sexto pertractatum a Polybio eſſe conſentaneum eſt. Et revera hoc libro id factum oſtendunt tria Fragmenta Polybii ex illa *vetuſtiore Romanorum hiſtoria* decerpta, quæ vel diſertis verbis, vel ſatis claris indiciis *ad librum ſextum* referunt illi auctores, qui nobis ea conſervarunt, Compilator Eclogarum de Virtutibus

tutibus ac Vitiis, Athenæus, & Stephanus Byzantinus. Quare & illa Fragmenta huc congessimus, & eisdem alia nonnulla, ad idem argumentum pertinentia, quamvis liber, e quo desumta sunt, non esset declaratus, adjunximus.

Vers. 1. *Vers.* 1. Dionysius Halic. I. 74. Οὐ γὰρ ἠξίουν, inquit, ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι πείθομαι· οὐδ' ἐπὶ τῷ παρὰ τοῖς Ἀγχισεῦσι κειμένου πίνακος ἑνὸς καὶ μόνου τὴν πίστιν ἀβασάνιστον ἀπολιπεῖν. id est: *Nolui enim, ut Polybius Megalopolitanus, hoc solum dicere, me credere, Romam conditam fuisse anno secundo septimæ Olympiadis: neque uni & soli Anchisensium tabulæ fidem, re non diligenter examinata, adhibere.* Ad quem locum CASAVBONVS notavit: „Videtur ergo Polybius nactus apud Anchisenses aliquod antiquitatis monumentum, ubi notatum erat conditæ Romæ tempus. Ei lapidi plus tribuisse Polybium, quam oportuerit, queritur Dionysius." — Poterat ad hunc locum etiam referri illud Fragmentum, quod ex Georgii Syncelli Chronographia protulimus in Spicilegio Reliquiarum p. 31.

Vers. 2. *Vers.* 2. Παλάντιον λέγεται &c. Fortasse plura nonnulla verba, quæ habet Dionysius, ad Polybium pertinent. Sic autem ille Antiq. Romanar. lib. I. cap. 31 extr. & initio cap. 32. ὄνομα τῷ πολίσματι τούτῳ τίθενται Παλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως. - - Ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὧν ἐστι καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀπό τινος μειρακίου, Πάλαντος, αὐτόθι τελευτήσαντος· τοῦτον δὲ Ἡρακλέους ἔμαι παῖδα καὶ Δύναν (Λαύναν) τῆς Εὐάνδρου θυγατρός· χώσαντα δ' αὐτῷ τὸν μητροπάτορα τάφον ἐπὶ τῷ λόφῳ, Παλάντιον ἐπὶ τοῦ μειρακίου τὸν τόπον ὀνομάσαι. id est: *Huic oppidulo nomen* Palantium *imposuerunt, in memoriam veteris suæ in Arcadia patriæ. - - Sed, ut nonnulli prodiderunt, inter quos est & Polybius Megalopolitanus, nomen habet ab adolescente quodam Palante, qui ibi obiit. Hunc vero Herculis & Dynæ, (Lavinæ) Evandri filiæ, filium fuisse tradunt: quum autem avus maternus in eo*

Digitized by Google

ea colle sepulcrum ipsi exstruxisset, de adolescentis illius nomine locum ipsum Palantium *appellasse ajunt.*

Vers. 3. Παρὰ Ῥωμαίοις &c. Diserte ad sextum Polybii librum hæc retulit Athenæus. Ait enim: Παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ, ἀπείρηται &c. Fuisse autem Romuli legibus *mulieribus romanis* vetitum, *ne vinum biberent*, & parem pœnam ebrietati, ac adulterio, fuisse positam, ex Dionysio Halic. discimus lib. II. c. 25. Quare eo loco, ubi de Romulo agebat, hujus legis meminisse Polybius videtur. De totius hujus fragmenti argumento confer omnino Plinium Hist. Nat. XIV. 13, 14. & A. Gellium X. 23. quos ad Athenæum laudavit Casaubonus. — *Ibid.* πάσσον πίνουσιν. Οὗτος δὲ ποιεῖται &c. Verba hæc Polybii laudavit etiam Eustathius ad Iliad. T'. p. 1243. ed. Basil. Vers. 3.

Vers. 4. τῷ Αἰγοσθενείῳ γλυκεῖ, *vino dulci Aegosthenensi.* Aegosthena, Megaridis oppidum. Αἰγοσθενείῳ correxit Casaub. cum veteres editi & mssti τῷ Αἰγοσθενεῖ τῷ darent, quod in τῷ Αἰγοσθενίτῃ potius fuisse mutandum probabile fit ex eo, quod apud Stephanum legimus, gentile ejus oppidi a Polybio Αἰγοσθενίτην formari. Vide Fragm. Polyb. histor. & geogr. num. II. p. 54. Vers. 4.

Vers. 5. οὐκ ἔχει οἶνον κυρίαν. Sic editur apud Athenæum: in commentario vero Casaubonus ait, libros veteres & Suidam rectius κυρείαν habere; & sic edidit Casaub. in Fragmentis Polybianis. Prætuli tamen priorem formam, quam & editio Basilensis Athenæi habet, & qua alibi utitur Polybius, VI. 13, 1. & 3. c. 14, 10. c. 15, 6. &c. Ac licet apud Suidam legatur Κυρεία, ἡ ἐξουσία, tamen apud eumdem rursus reperitur Κυρία, ἡ κατὰ Φύσιν ὑπάρχουσα δύναμις. Vers. 5.

Vers. 8. οὐ προσδεῖ διαβολῆς. Bene Casaubonus: „*nulla opus est criminatione*: quippe cum ipsum crimen inter osculandum se prodit.“ — Errore operarum nostrarum factum est, ut perperam προσθεῖ pro προσδεῖ scriberetur. Vers. 8.

Digitized by Google

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ἔκτισε &c. Fragm. hoc diſerte ad *ſextum Polybii librum* refert Stephanus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Λεύκιος ὁ Δημαράτου &c. E codice Peireſciano in Excerptis de Virtutibus & Vitiis edidit hoc Fragmentum Valeſius; ex eiſdem vero Excerptis ſuo etiam Lexico totum inſerui Suidas, in Λεύκιος. Non videtur autem in Codice Peireſciano diſertis verbis fuiſſe adnotatum, *ex Libro ſexto Polybii ductam eſſe hanc Eclogam:* ſed VALESIVS, ad Librum VI. eam referens, de ea re in Notis ad Excerpta a ſe edita ſic diſſerit: „Recte hoc Fragmentum Libro ſexto Polybii adſcribi, patet cum ex ſeriei ipſa fragmentorum; quæcunque enim præcedebant, ad libros V. priores Polybii pertinebant, quæ nos conſulto, quia edita erant, omiſimus: tum vero quod in lib. VI. Polybius univerſam populi romani hiſtoriam & antiquitatem breviter complexus fuerat, a regibus ipſis exorſus. Vel iſtud fragm. quod profert Steph. Byz. ex lib. VI. Polyb. ἔκτισε δὲ &c. nonne ad Ancum Marcium regem Rom. manifeſte ſpectat, qui Oſtiam condidiſſe ab omnibus hiſtoricis memoratur?“ —

Ibid. οὐδενὸς ἔλαττον ἄξεν. Vocab. ἔλαττον aberat a cod. Peireſc. Ex Suida ſupplevit Valeſ. — *Ibid.* διά τινας ἀφορμάς. — „Forte διὰ τὰς ἀφορμάς. *propter opes ſuas:* nam *opes* ſunt idem atque ἀφορμαί. Subauditur τὰς ὑπαρχούσας αὐτῷ. Paulo poſt [verſ. 13. & 15.] appellat χορηγίαν.“ REISKIVS.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ἔχων γυναῖκα. ἔχων καὶ γυναῖκα malim.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. ὥστε συνοικεῖν καὶ συγχειρίζειν τῷ Μαρκίῳ τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. — „Legendum συνδιοικεῖν, ut recte Aemilius a Porta conjecerat in interpretatione *Suidae*. Sed & Diodorus Siculus habet συνδιώκει. [in Exc. de Virt. & Vit. T. II. ed. Weſſel. p. 551.] καὶ πολλὰ τῶν κατὰ τὴν βασιλείαν συνδιώκει τῷ βασιλεῖ.“ VALESIVS.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. καὶ Φήμην. Φήμην an Φήμης legas, multum non puto intereſſe.“ REISK.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

Cap. III. Tituli Excerpt. Antiq.

Cum ab hoc capite incipiant *Excerpta Antiqua*, quæ vocamus, ex hoc sexto Polybii libro; haud alienum erit, ut, quonam *Titulo* hæc Excerpta in quoque nostrum Codicum & in Editionibus insigniantur, exponamus. Scilicet in *Vrbinate*, in quo primus liber Excerptorum hanc inscriptionem habet: Τῆς Πολυβίου Ἐπιτομῆς λόγος α. sextus liber, pari ratione ac ceteri omnes, nude inscribitur Πολυβίου τοῦ ς'. λόγου. intellecto vocab. ἐπιτομή. Tum vero prima pars Excerptorum hujus libri in ora codicis peculiarem titulum habet: Περὶ διαφόρων Πολιτειῶν, id est, *de variis Rerumpublicarum formis*: quem Titulum nos pariter primo Excerpto, quod a cap. 3. usque cap. 10. decurrit, præfiximus. In eumdem fere modum *Reg. D.* & *Oxon.* inscribuntur: Πολυβίου τοῦ ς'. λόγου. Περὶ διαφόρων Πολιτειῶν. Codex *Aug.* nullum alium, nisi hunc Titulum libri sexti habet: Πολυβίου τοῦ ς λόγου κατ' ἐπιτομήν. & similem Titulum ceterorum librorum. Denique Codex *Mediceus* & *Regius E.* cum *editione Hervagiana* Librum hunc sic inscriptum habent: Ἐκ τοῦ Ἕκτου τῶν Πολυβίου. περὶ συστάσεως καὶ αὐξήσεως τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ἔτι δ' ἀκμῆς τε καὶ διαφορᾶς πρὸς τὰς ἄλλας. Inscriptio, quam *Isaacus Casaubonus* & sequentes *Editores* Excerptis hisce præmiserunt, quæ hujusmodi est, Ἐκ τῆς ἕκτης (δβδόμης, & sic porro) ἱστορίας τοῦ Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Παρεκβολαί, id est, *E Polybii Megalopolitani sexta Historia Excerpta*, ex nullo codice Manuscripto ducta est, sed a Casaubono pro suo arbitrio composita. Idem doctissimus Editor, cum in Codice Vrbinate Excerpti cujusque Argumentum duobus vel tribus verbis in ora libri esset indicatum, quod & in aliis nonnullis codicibus subinde, sed rarius quidem, factum est, brevibus istis Titulis vel Argumentis non contentus, suo ex ingenio suaque doctrina cuique Excerpto multis verbis, quæ integram

Tituli Excerpt. Antiq. nonnumquam paginam complent, Argumentum tam græce quam latinè præposuit. Ea Argumenta posteriores Editores, sicut omnia quæ erant in Casauboniana Editione, repetierunt; nos vero consulto prætermisimus, contenti partim brevibus Titulis, quos, quoad licuit, ex Vrbinate codice mutuatos adscripsimus, partim ratione illa, qua & in superioribus libris usi sumus, argumenta capitum latino sermone ad oram græci contextus adnotandi.

Vers. 1. *Vers.* 1. *εἰς τἀναντία.* *εἰς τοὐναντίον* habet Reg. E. non *εἰς τἀναντίον*, quod operar. errore positum est in scholio nostro. *εἰς* deest Aug. Reg. D, & Vrb. interceptum a literis *ης* in quas desinit vox præcedens. — *Ibid.* *ὁλοσχερῶς* potest utcumque ad verbum *πεῖραν ἔληφε* referri: sed commodius utique videri debet *μεταβαλῆς ὁλοσχερεῦς.* conf. I. 19, 11. VI. 7, 2. — *Ibid.* *ῥᾴδιον.* *ῥᾴδιον* solus Oxon. — *Ibid.* *ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος* recte edd. cum Med. ut supra *ὑπὲρ τῶν προγεγον.* At h. l. *ὑπὸ* Aug. Reg. D. E. Oxon. sed ora Ang. ab ead. manu *ὑπὲρ*, & ora Reg. E. *ἴσως ὑπέρ.* — *Ibid.* *ἀπόφασιν.* In Reg. D. superscripta est litera *ν*, ut sit *ἀπόφανσιν.*

Vers. 2. 3. *Vers.* 2. *γινωσκόμενα.* *γιγνωσκ.* Reg. D. — *Vers.* 3. *τῆς Ῥωμαίων.* *τῆς τῶν Ῥωμ.* Med. — *Ibid.* In *εὐχερὲς* cum edd. consentit Med. e quo certe nil discrepantiæ notatum. Sed *εὐχερῶς* perpetam Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. — *Ibid.* *τῶν προγεγονότων περὶ αὐτοὺς ἰδιωμάτων.* *περὶ αὐτῆς* Reg. D. & Oxon. quod commodum videri potest, ut referatur ad *πολιτείαν*; sed requiritur accusativus, quemadmodum docuimus ad V. 110, 7.

Vers. 4. 5. *Vers.* 4. *εἰ μέλλοι.* *εἰ μέλλει* non male. — *Vers.* 5. *ὑποδεικνύειν.* *δεικνύειν* Aug. servans suum morem, compositis verba præpositionibus suis nudandi. — *Ibid.* *τρία γένη λέγειν.* Carent verbo *λέγειν* Reg. D. E. Quæstionem quod attinet *de Variis Rerumpublicarum Formis*, notum est copiose eam tractatam & omnes in partes versatam esse cum a Platone in Dialogo, qui Politicus inscribitur, & in libris de Republica, tum ab Aristotele in Politicorum libris. Quorum

rum post verbosas disputationes nec injucundum fuerit nec infructuosum, Polybium nostrum audire, de eodem argumento breviter ac dilucide commentantem. — *Vers.* 6. νὴ Δί' carent Regii, Oxon. & Leid. Vers. 6.

Vers. 9. καί τοι οὐδ'. Sic Med. cum edd. in contextu. Mendose καὶ τὴν οὐδ' Vrb. & Aug. in contextu, sed idem Aug. in marg. eadem manu ἀλλ' οὐδ', quod & ed. 1. & Med. in marg. habent. Sed Reg. D. E. Oxon. & Leid. nil nisi ἀλλ' οὐδ' agnoscunt. Videtur hæc emendatio esse ab eis profecta, qui, unde corrupta esset vitiosa scriptura καὶ τὴν, nescirent. Vers. 9.

Vers. 10. οἷοί τ' εἰσί. οἷοί τ' ἦσαν Vrb. & Aug. in contextu, sed hic alteram lect. in marg. habet. — *Vers.* 11. ἔχειν τι. τι carent Reg. D. E. & Oxon. — *Vers.* 12. δημοκρατίας. δημοκρατείας Reg. E. qui & supra vers. 5. δημοκρατείαν habet; ubi & ἀριστοκρατείαν habet Aug. pro ἀριστοκρατίαν. Vers. 10 sqq.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 4. ὅ τι ποτ' ἂν αὐτό. αὐτῷ Aug. male — *Ibid.* πρόθηται. προθῆται Vrb. Aug. Vers. 4.

Vers. 5. In παρὰ δὲ ᾧ cum ed. 1. 2. consentit Med. Non spernenda tamen scriptura Aug. παρὰ δὲ δὴ ᾧ — *Ibid.* παρὰ τοῖς τοιούτοις. Ante hæc verba conjunctionem ἀλλὰ cum edd. & Reg. E. inserit etiam Med. sed recte eam ignorant Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. & codex Vrsini. — *Ibid.* ὅταν τὰ τοῖς. Carent τὸ Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* τοῦτο δεῖ καλεῖν. δεῖ ex conject. adjecit Casaubonus. τοῦτο δὲ καλεῖν Med. τοῦτο καλεῖν δημοκρ. ed. 1. Aug. Reg. D. E. Oxon. puto & Vrb. e quo nulla notatur discrepantia. Et abesse posse videtur verbum δεῖ. Reiskius tamen, ægro illo carens, scripsisse Polybium suspicatus est, τοῦτο καλεῖν δεῖ δημοκρατίαν; quo facto, facile δεῖ excidisse, ait, ob vicinitatem vocis δημοκρατίαν. — *Ibid.* Cum καλεῖν in καλὴν corruptum esset in Oxon. & Reg. D. librarius Reg. D. superscripsit ῶ, indicans καλῶ. Vers. 5.

Verſ. 6. 9. *Verſ.* 6. *ἡητέον* caret Leid. — *Verſ.* 9. *Δῆμος, populus liber, popularis ſtatus*, idem quod *δημοκρατία*, ut ſæpe apud Thucyd. & apud Ariſtot. Politic. V. 5.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *ἀποκληροῦται.* — „*ἀποκληροῦται, exit ut per ſortem.* Sed quæ ejus verbi hic vis erit? Forte leg. *ἀποκληροῦται, tandem in finem exit in furioſam & tumultuoſam plebis libidinem.* Et hoc idem, diu poſt iſta ſcripta, nunc invenio in margine codicis Herwagiani." REISKIVS. — Eadem in re verbo *ἀποτελεῖν* utitur c. 9, 8. — *Ibid. ὀχλοκρατία.* Imperite *ὀλιγοκρατία* Aug. in contextu, & ed. 1. & Med. in marg. Vide cap. 57, 7 ſqq.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. *σαφέστατα* ex marg. ed. 1. edidit Caſaub. Sic autem Aug. & (niſi diſcrepantiam adnotare neglexit Gronovius) etiam Med. Mendoſe *σαφὲς τὰ* ed. 1. in textu cum Regg. & Oxon. *σαφὲς σαφῶς περὶ τούτων* Vrb. quod dictum videri poteſt ad ſimilitudinem phraſium *πάντη πάντως*, & *οὐδαμῶς οὐδαμῆ*, quibus aliàs utitur Noſter; nec tamen id premere velim. — *Ibid. οἷα. οἷον* Reg. E.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. *κατὰ φύσιν.* Perperam carent *κατὰ* Reg. E. & Oxon. — *Ibid. ἀπ' ἀρχ. εἰληφ. εἰληφ. ἀπ' ἀρχῆς* Reg. D. E. Oxon.

Cap. V. CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *διανυρινεῖται. διακρινεῖται* Aug. — *Ibid. ποικίλος. ποικίλως* Aug. Reg. D.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Reiſkius, ſcribere jubens *ἂν ἐλλείπειν τι δόξῃ τὸ τῆς καθολ.* &c. (non enim excluſum voluit pronomen *τι*, quod in ſcholio noſtro infra contextum temere prætermiſſum eſt) dictionem *τὸ τῆς καθολικῆς ἐμφάσεως* ex more Polybii accipi voluit pro *ἡ καθολικὴ ἔμφασις*. Sed nil opus videtur vulgatam ſolicitare ſcripturam, in quam libri omnes conſentiunt. Pro *τι δόξῃ* temere *τῇ δόξῃ* habet ed. 1. ſed verum dant mssti omnes.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Verbum *φύεσθαι* h. l. cum edd. & Vrb. agnoſcit Aug. — *Ibid. συνίστασθαι*, poſt *πρῶτον*, delevit Caſaub. & in ora Baſil. ſcribit: *eſt gloſſa cod. Vrb.* Spallettus

lectus noster in lectionibus codicis Vrb. ait: *redundat συνίστασθαι*, quod quo valeat, & habeat-ne hoc verbum codex ille in contextu, an in margine, non satis intelligo. Illud video, codicem Aug. id verbum prorsus ignorare. Si simul cum *φύεσθαι* servatum cupis, erit cum Reiskio *καὶ συνίστασθαι* scribendum, quod forsasse fuerit proximum vero. Vers. 4.

Vers. 5. *ἢ δι' ἄλλας.* Sic recte Aug. & Regii. Perperam vulgo *ἢ δ' ἄλλας.* — *Ibid.* *ὁ λόγος αἱρεῖ*, trita philosophorum usu locutio: *ratio evincit, rationi consentaneum est.* Perperam *ἐρεῖ* Aug. Reg. D. E. Oxon. Vers. 5.

Vers. 6. *πάντων τῶν ἐπιτηδ. τρόπων τῶν ἐπιτηδ.* Reg. E. — *Ibid.* *ἐκ τῶν. αὐτῶν* idem Reg. E. Vers. 6.

Vers. 7. *κατὰ τούτων*, intelligo *contra alia animantia & eorum impetum.* conf. cap. 6, 8. Quodsi tenere opus esset *τοῦτο*, quod cum editis habent codd. omnes praeter Reg. E. *κατὰ* (ut saepe aliàs) in *καὶ* foret mutandum, *καὶ τοῦτο* scil. *ζῶον, etiam hoc animal.* — *Ibid.* *εἰς* deest quidem ed. 1. sicut ceteris editionibus; sed communi consensu agnoscunt praepositionem codices Vrb. Aug. Med. Reg. D. E. Oxon. *εἰς τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι, cum sui similibus congregari.* Scaliger, pro *ἅπερ εἰκὸς κατὰ τοῦτο τὸ ὁμόφυλον*, legi voluit *ἅπερ εἰκὸς κατὰ τὸ ὁμοφ. συναγελ.* — *Ibid.* *τὸν τῇ σωματικῇ.* Sic scripti cum editis. Ex uno Leidensi Gronovius *τὸν κατὰ σωματ.* citat, quod ex *τὸν καὶ τῇ σωματ.* corruptum ille judicavit. — *Ibid.* *τοῦτον ἡγεῖσθαι.* Polybianum hoc est, & signate dictum, *hunc, inquam, necesse est praire & imperare*, scil. *ceteris.* conf. Adnot. ad IX. 3, 9. *τούτων* ex conjectura hominis est, qui necessario requiri genitivum putaverat, quo tamen facile caremus: sic mox vers. 8. *τοὺς ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν ἡγουμένους* vel *εἰσηγουμένους.* Quod in scholio dixi, *oram Med. cum ora Herwag. in τούτων consentire*, diligentius denuo collationem Gronovianam inspiciens, video, *τοῦτον* sitari ex marg. *Med.*

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τῶν ἀδοξοποιήτων ξώων. τῶν h. l. carent ed. 1. Aug. & Regius uterque; neque ex Vrb. diſſenſum ab ed. 1. notatum video. Requirebatur tamen articulus, quem recte adjecit Caſaubonus: &, ni fallit collatio Gronoviana, agnoſcunt eumdem codd. Med. & Oxon. ἀδοξοποίητος, *qui non regitur opinione, ſed uni naturæ paret.* conf. XVII. 15, 16. — *Ibid.* In θεωρούμενον conſentiunt codices noſtri ad unum omnes; etiam Aug. e quo quidem hanc lectionem adnotare neglexit Bœclerus. Sua auctoritate illud ejecit editor Baſil. & ad marginem relegavit. — *Ibid.* ἔργον ἀληθιν. ἀληθ. ἔργον Reg. D. Oxon. — *Ibid.* ἡγουμένους. Non ſperno εἰσηγουμένους, quod habet Aug. & debuit Vrb. in quo corrupte ſcribitur ὁρῶμεν νης ἡγουμένους. Aliâs tamen ea ratione iſtud verbum uſurpatum Polybio non memini.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. συναθροιζομένων recte Caſaub. Sic vero ora Vrb. & ora Aug. ab antiqua manu, & Reg. E. in contextu. Ceteri συναθροιζομένους cum ed. 1. & ſic Aug. & Vrb. in textu. — *Ibid.* καὶ τοῖς ἀλκιμωτ. Conjunctio καὶ abeſt ed. Caſaub. & ſeqq. neſcio caſu-ne, an conſilio: illud video, perperam id factum, & contra codicum omnium fidem.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τοῦτ' ἀρχὴ γίγνεται. Sic libri ad unum omnes: quæ ſcriptura, cum ferri defendique poſſet, revocanda nobis viſa eſt. τότε ἀρχὴ habet etiam ora libri Scalig. ſed neſcio an ab alia manu, non Scaligeri.

Ibid. πρώτως. πρότερον Leid. male.

Cap. VI. CAPVT VI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τῶν ἐρημ. τοιόσδε, τοιόσδε τῶν ἐρημ. Reg. D. E. Oxon.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. οἳ ἐκτρέφοιεν adoptavi ex Reg. E. quod ipſum habet etiam ora ed. 1. & ora Med. οἷς ἐκτραφείη context. ed. 1. & Med. οἷς ἐκτρέφοι Vrb. Reg. D. Oxon. & ora ed. 1. & ora Med. οἷς ἐκτράφη Aug. in contextu, & ed. 1. & Med. in ora. Quas vero lectiones ora Aug. in

Digitized by Google

in marg. habet, ἐκτρέφοι & ἐκτρέφοιεν, eæ recentiori manu ex ora ed. 1. descripta sunt. ὑφ' ὧν ἐτράφη voluerat Reiskius. In eodem verbo insolentiorem structuram habemus cap. 7, 2. τραφέντας ὑπὸ τοιούτοις, *sub talibus educati*, pro ὑπὸ τοιούτων, *a talibus*. — *Ibid.* ἀρχὴν τούτου recte dederunt Aug. Reg. E. Oxon. Perperam vulgo ἀρχὴν τούτοις. Verf. 2.

Verf. 3. τοὺς συνόντας pro vulgato τοὺς ἐνόντας scribendum monuit Casaub. in ora Basil. pariterque Reiskius. συνέντας correxit Scaliger in ora sui libri. Erroris origo haud obscura: literæ αν inter se connexæ in mss. similliman formam literarum νν habent; ε autem ex voce præcedente facile duplicatum est. — *Ibid.* Pro θεραπεῖαν, temere vocabulum κακοπάθειαν ex præcedentibus repetit Aug. Verf. 3.

Verf. 4. διαφοράν. Sic recte libri omnes. Imperite διαφθοράν margo ed. 1. Agitur de *discrimine* inter id quod justum est & contra. — *Verf.* 5. τὸ γιγνόμενον. γενόμενον Reg. E. sed superscripta litera ι indicatur altera scriptura. Verf. 4. 5.

Verf. 7. ἔννοια παρ' ἑκάστῳ τῆς τοῦ καθήκοντος δυνάμεως καὶ θεωρίας. Bene habet θεωρίας. ἡ τοῦ καθήκοντος δύναμις καὶ θεωρία, *vis & ratio honesti*. Dupliciter enim usurpatur hoc vocab. θεωρία; aliâs subjective, ut in scholis ajunt, pro *contemplatione, scientia, notitia*; sic verf. 9. ὑπογίγνεται θεωρία αἰσχροῦ καὶ καλοῦ, *subnascitur notitia quædam turpitudinis & honestatis*; sic III. 21. 10. &c. Aliâs objective, ut ajunt, accipitur, & idem notat ac *disciplina aliqua, principia, quibus scientia quædam continetur, ratio*: sic IV. 39, 11. ἡ κατὰ Φύσιν θεωρία, *ratio physica, principia scientiæ naturalis*: sic VI. 42, 6. IX. 19, 5. XVI. 12, 6. & eodem modo hoc loco. Verf. 7.

Verf. 8. ὅταν. Mendose ὅτου Reg. E. — *Verf.* 9. μιμήσεως τυγχάνειν. τυγχάνον Aug. a pr. manu, Reg. D. Oxon. male. Verf. 8. 9.

Verf.

Digitized by Google

Vers. 10. *Vers.* 10. Ὅταν οὖν καὶ ὁ προεστώς. Ὅταν οὖν ὁ προεστὼς jam corrigere jusserat Casaub. in ora Basil. ὁ abest uni Reg. E. — *Ibid.* συνεπισχύῃ τοῖς προειρημένοις. Casaubonus: *quando illis, quos diximus laudem nactos, semper favet.* Reiskius: *adjuvat praedicta;* & τὰ προειρημένα intelligit τὸ καθῆκον καὶ τὸ καλόν. Utro modo accipias, parum interest. Perperam συνεπισχολῇ Reg. E. — *Ibid.* κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλήψεις. διαλέξεις, quod scripti omnes cum editis hic dabant, Casaubonus interpretatus est: *favet protegitque eos sua potentia in colloquiis cum multitudine.* REISKIVS olim se existimasse ait, defendi posse διαλέξεις, & *delectus* exponi, (a verbo διαλέγειν, *deligere*, quo VI. 12, 6. & c. 21, 7. & alibi utitur Polybius,) ut sententia esset: *si princeps populi in delectu civium rationem semper habeat decori & justi.* Nunc vero διαλήψεις se praeferre ait, quod idem est atque ὑπολήψεις, *opiniones.* Mihi, si servandum utique κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλέξεις esset, sententia, quae sola ferri utcumque posset, haec esse videtur, *secundum populi sermones*, id est, *secundum id quod populus, sibi placere, sermonibus suis vel colloquiis significat.* Sed ne hanc quidem interpretationem ferre usum vocabuli διαλέξεις putem, quod non tam de *vulgi sermonibus, sermocinationibus* & *colloquiis*, quam de *doctorum disputationibus & dissertationibus* usurpatur; ut taceam, nusquam id vocabulum a Polybio frequentari. Contra vocabulo διάληψις & διαλήψεις saepe utitur, vide II. 50. 11. III. 4, 6. III. 6, 7. &c. Quare mihi unice verum hoc visum est, κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλήψεις, *secundum plurimorum sententiam, secundum populi notiones & opiniones.*

Ibid. δόξῃ. Corrupte δόξης Reg. E. jota ad η adscribendo in figura mutato, qua parte & in aliis codicibus in superioribus libris subinde peccatum vidimus. — *Ibid.* ὑποτασσομένοις. ὑποταμένοις idem Reg. E. quod valet ὑποταγμένοις, quod ipsum verbum c. 7, 5. in eodem codice eodem modo corruptum est. Sed bene habet participium

Digitized by Google

pium præsentis quod dicunt temporis, ut c. 5, 7. & sæpe aliàs. — *Ibid.* διανεμητικός. διανεμητικῶς Vrb.

Vers. 11. εὐδοκοῦντες. Perperam εὐδοκιμοῦντες Aug. Vers. 11. Et idem mox ὑποστάντων καὶ συσσώζουσι. Pro συσσώζουσι simplex σώζουσι dant ed. 1. & Med. σύσωζουσι Reg. E. συσώζουσι Reg. D. Quamquam enim non omnia sphalmata constanter enotare decrevimus, quibus scatent codices nostri, qui hæc Excerpta continent; non inutile tamen erit subinde vitiosam scripturam, quibus modo unus & alter, modo plures simul, contaminati sunt, referre, ut & genius cujusque codicis, & plurium codicum inter se cognatio intelligatur: quod cum ad judicandum subinde de scripturæ cujusque valore, tum potissimum ad investigandam in locis difficilioribus probabili quadam via rationeque veram scripturam haud parum valebit. — *Ibid.* γηρικός. γεραιὸς ed. 1. Med. — *Ibid.* τῇ δυναστείᾳ. τῇ δυνάμει Reg. E.

Vers. 12. ἡγεμονίαν. ἡγεμονείαν Aug. Vers. 12.

CAPVT VII. Cap. VII.

Vers. 2. ἐπὶ πολὺ recte ex Vrb. adscivit Casaub. Sic & Vrsin. & ora Med. & idem debuit ora ed. 1. in qua mendose est ἐπὶ πολύ. πολὺ absque ἐπὶ Reg. E. πολλοὶ absque ἐπὶ contextus ed. 1. & Med. tum Aug. Reg. D. Oxon. — *Ibid.* διαφυλάττουσι. φυλάττουσι Reg. E. — *Ibid.* ἐκ τοιούτων. Sic ed. Casaub. nescio an ex Vrb. e quo tamen nil notavit Spallettus: sed consentiunt Aug. Reg. D. E. ἐκ τούτων ed. 1. Med. — *Ibid.* τραφέντας ὑπὸ τοιούτοις, *sub talibus educatos.* Nil variant libri. Videbatur tamen requiri ὑπὸ τοιούτων, *a talibus.* conf. ad c. 6, 2. Aliam rursus ejusdem verbi structuram habemus X. 25, 1. τραφεὶς καὶ παιδευθεὶς ὑπὸ Κλεάνδρου. — *Ibid.* παραπλησίως. Vel παραπλησίας cum Reiskio, vel παραπλησίους utique (nam utroque modo formatur fœminum) scribendum videtur. Sic mox vers. 5. παραπλήσιαν ἔχων τὴν βιοτείαν. In terminationibus vocum præsertim multa

Digitized by Google

multa turbarunt librarii: & ως cum ους similiter commutatum nuper vidimus cap. 3, 1.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἀλλὰ κατὰ τάς. Si tenemus ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς, erit paulo ante ad οὐκ ἔτι vox μόνον subintelligenda. — *Ibid.* τὰς ante τῆς γνώμης carent Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* τῆς ἐξ ἀμφοῖν παραλλαγῆς, *discriminis, quod est inter utrosque.* ἐξ ἀμφοῖν per pleonasmum vel periphrasin, pro simplici genitivo ἀμφοῖν. Sic κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν I. 81, 6. idem valet quod τὴν αὐτῶν.

Vers. 4. *Vers.* 4. οἱ κριθέντες, *electi, probati.* οἱ ἐνκριθέντες Reg. E. quod valet οἱ ἐγκριθέντες, quo verbo utitur Noster IX. 2, 4. — *Ibid.* ὀχυρούμενοι. ὠχυρωμένοι Aug.

Vers. 7. *Vers.* 7. περὶ τὴν τροφὴν recte ed. Casaub. & seqq. ex ora ed. 1. cum qua facit ora Med. Et sic unice Reg. D. Ceteri τρυφήν. — *Ibid.* δὲ post ἀναντιῤῥήτους temere caret ed. 1.

Vers. 8. 9. *Vers.* 8. ἐγένετο. ἐγίγνετο Aug. & hinc ora ed. 1. sed in Aug. ab eadem manu superscr. ἐγίγνετο. — *Vers.* 9. ἣν οὐκ &c. ἣν correxit Casaub. cum ἦν darent editio 1. & mssti, idque cum superioribus conjungerent. — *Ibid.* ἔτι δὲ θαῤῥαλ. ἔτι δὲ καὶ θαῤῥαλ. Reg. E. recte. — *Ibid.* γενέσθαι. συνέβαινε γίγνεσθαι Aug.

Cap. VIII. CAPVT VIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ὅταν λάβῃ edd. Med. Reg. E. ὅτε λάβοι est *quoties accipiti*, vel *si quando accepit.* Vtrum teneas, parum interest. Et ante & post plerumque ὅταν utitur, aut ἐὰν, cum suo subjunctivo; sed eodem hoc cap. vers. 4. habet pariter ὅτε cum suo optativo. Mendose h. l. ὅταν λάβοι Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* συνεπισχύοντες sc. αὐτοῖς; nempe τούτοις τοῖς προστάταις. — *Ibid.* καὶ γένεσιν prætermisit Reg. E.

Vers. 2. *Vers.* 2. τοὺς μονάρχους. τὰς μοναρχίας Reg. E. Mox idem mendose ἐπιδιδόντες, pro ἀπιδιδόντες.

Vers. 3. *Vers.* 3. τοῦ κοινῇ συμφέροντος. κοινοῦ Reg. E. & Leid. — *Ibid.* χειρίζοντες. χαρίζοντες Reg. E. — *Ibid.* καὶ

τὰ

τὰ κατ' ἰδίαν recepi ex Aug. & Vrb. Mire καὶ τοὺς κατ' ἰδίαν edd. Med. Reg. D. E. & ora Aug. ab ant. manu. — *Ibid.* καὶ τὰ κοινὰ edd. Med. Vrb. Aug. καὶ κοινῇ τοῦ πλήθους Reg. D. E. Oxon. & ora Aug.

Verſ. 6. ἐν τοῖς πλήθεσι. ἐν caret Reg. C. — *Ibid.* τὰ παραπλήσια τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι. Nempe φθόνος, μῖσος & ὀργὴ, c. 6, 7 ſq. & c. 8, 1. — *Ibid.* τὸ τέλος αὐτῶν. Temere τὸ τέλος ἀνθρώπων Reg. E. — *Ibid.* τοῖς περὶ τοὺς τυράννους ἀτυχήμασι. Caſaubonus ἀτυχήματα *calamitatem* interpretatus eſt, non male: poſſis vero etiam intelligere *ſcelera*, *flagitia* regum, de quibus dixit cap. 7, 7. Conf. Adnot. ad V. 67, 4. Sic ſententia erit: *eumdem tandem exitum hi invenerunt, quem habuerunt tyrannorum flagitia.* Verſ. 6.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verſ. 1. μῖσος. μίσος Aug. Reg. E. — *Ibid.* κἄπειτα θαῤῥήσῃ. Mendoſe θαῤῥήσει Reg. D. E. & Oxon. θαῤῥήσας ſuſpicatus eſt Reiſkius, immemor uſus illius adverbii κἄπειτα pro ſimplici ἔπειτα, de quo dixi ad I. 4, 8. Hinc deinde, pro λαμβάνει, λαμβάνῃ legendum putavit, perinde ac ſi apodoſis orationis a λοιπὸν inciperetur; in quo proꝛſus a filo orationis aberravit vir doctiſſimus. — *Ibid.* ἕτοιμον καὶ συνεργὸν λαμβάνει. ἕτοιμον συνεργεῖν λαμβάνει ora ed. 1. ſed id nullus ex noſtris codd. agnoſcit. Verſ. 1.

Verſ. 2. φονεύσαντες. φονεύοντες unus Reg. E. Poſt iſtud verbum vulgo deſiderari nonnihil, non modo res ipſa loquebatur, ſed & Reg. D. ſpatio nonnullo relicto & duobus interſperſis punctis indicabat, & in Oxonienſis ora notatur, deeſſe h. l. aliquid. *Lacunam* Caſaub. in verſione his verbis explevit, *aliis in exilium pulſis*; & in ora Baſil. notavit „*lego* οὓς δὲ φυγαδεύσαντες.“ — *Ibid.* Poſt τολμῶσιν nullam diſtinctionem agnoſcunt Regii & Aug. Et ſane æque commode particula ad præcedentia referri poteſt, ac ad verbum ἐκδιώτες. — *Ibid.* τῶν πρότερον Verſ. 2.

Digitized by Google

adoptavi ex Aug. Reg. E. & Leid. — *Ibid.* τῆς πρότερον ἀγνοίας. τῆς τῶν προτ. ἀγν. correxit Scaliger.

Vers. 3. *Vers.* 3. δὲ σφίσι. δέ τισι Reg. E. male. — *Ibid.* καὶ πίστιν. Corrupte καὶ σφίσιν Reg. D. E. Mox iidem συνέλαβον, pro ἀνέλαβον. — *Ibid.* σφᾶς αὐτοὺς scripsi cum Aug. Reg. D. E. σφᾶς αὑτοὺς edd.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἔτι σώζωνται. ἔτι carent ed. 1. Reg. D. E. Oxon. Ex Vrb. adscivit Casaub. & habet Aug. puto & Med. e quo nil adnotavit Gronov. — *Ibid.* τῶν ὑπεροχῆς καὶ δυναστείας πεῖραν εἰληφότων. Casaub. *qui potentiam dominationemque paucorum sunt experti.* Non est in græcis vocabulum, respondens latino *paucorum*, sed facile ex connexione intelligitur: fieri vero etiam potest, verbum unum aut alterum omissum esse ab Excerptore. ὑπεροχὴ, oppositum τῷ ἰσηγορίᾳ, intelligi potest *eminentia*, *privilegium*, quod habet unus præ altero: sed sæpe sigillatim usurpatur pro *potentia*, *imperio*, *dominio*.

Vers. 6. *Vers.* 6. φιλαρχεῖν. φυλαρχεῖν Aug. — *Ibid.* τυγχάνειν τούτων. Sic hæc conjungenda esse, cum vulgo in edd. interjecto commate post τυγχάνειν cohærerent τούτων διαφθείρουσι τὰς οὐσίας, monuerunt Gronov. & Reiskius: & intellexerat jam Casaubonus, qui in ora Basil. ad τούτων notavit „forsan τῶν ἀρχῶν vel τιμῶν." — Mihi probabile fit, τούτου scripsisse Polybium, scil. τοῦ ἄρχειν, quod ex præcedenti verbo φιλαρχεῖν subintelligitur. — *Ibid.* διαφθείρουσι τὰς οὐσίας, *facultates perdunt*, vel, ut Casaub. interpretatus est, *rem familiarem suam dilapidant.* Suspicatus eram τῶν οὐσίων, *divitiis suis corrumpunt multitudinem:* quod & Reiskio in mentem venisse video: sed nil urget, ut vulgatam solicitemus lectionem.

Vers. 7. *Vers.* 7. δοξοφαγίαν, *gloriæ aviditatem.* Vocabulum a Polybio, pro usitatiori δοξομανίᾳ, ad similitudinem præcedentis δωροφάγος effictum. Id quamvis excusari posse fateatur Reiskius, tamen, ingenio suo indulgens, δοξοφλυγίαν se malle ait, quasi *temulentiam gloriæ*, ad similitudinem vocabuli οἰνοφλυγία.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. συνεθισμ. συνηθισμ. Reg. D. E. & ſic ſæpiſſime confundunt ει & η. — *Ibid.* τιμίων ed. Caſaub. & ſeqq. cum Vrb. Aug. Reg. E. puto & Med. Sic XII. 5, 3. πᾶσιν ἡμᾶς ἠμείψαντο τοῖς τιμίοις καὶ Φιλανθρώποις. Diodor. Sicul. III. 9. p. 180. τοῖς πλουσιωτάτοις τοῦτο τὸ τίμιον (*hunc honorem*, ſcil. *regnum*) ἀπονέμουσιν. — *Verſ.* 9. πάλιν εὖρη. πάλιν abeſt Reg. E. Verſ. 8. 9.

Verſ. 10. πάλιν εἰς αὐτὰ καταντᾷ. Suſpicari poſſis εἰς ταὐτά. Sed nil opus. εἰς αὐτὰ idem valet ac εἰς ἑαυτὰ, *in ſe ipſa redeunt*, id eſt, *redeunt ad id quod olim fuerant.* — *Ibid.* τὰ κατὰ &c. Articulus abeſt ed. 1. Aug. Reg. D. E. Oxon. Ex Vrb. recte adſcivit Caſaub. & habet etiam Med. ni fallit Gronoviana collatio. Verſ. 10.

Verſ. 11. ποῦ τῆς αὐξήσεως, *quo loco* vel *quo gradu incrementi.* — *Ibid.* ἕκαστον. Intellige γένος vel εἶδος τῆς πολιτείας. Et fortaſſe ipſe Polybius vocabulum aliquod ejuſmodi adjecit. — *Ibid.* ποῦ μεταστήσεται. Caſaub. *in quam formam ſit imminutanda:* id vero eſt ποῖ vel πῇ. Hoc dicit: *quiſnam gradus ſit is, ad quem ubi pervenerit, conſequetur mutatio.* — *Ibid.* διαφάλοιτο Reg. D. E. Ceteri cum editis διασφάλλοιτο. — *Ibid.* ἢ φθόνου. Aut ſic, aut καὶ φθόνου ſcribendum monuit Reiſk. Et Caſaub. jam interpretatus erat *ira atque invidia.* ἢ φθόνου ſcripſerat Scalig. in ora ſui libri. Verſ. 11.

Verſ. 12. τῆς συστάσεως. τῆς στάσεως Aug. Vrb. male. Conf. verſ. ſeq. — *Verſ.* 13. ἔξειν. ἔχειν Med. Verſ. 12.

CAPVT X. Cap. X.

Verſ. 2. παρεπομένην. Corrupte παρεσόμενην Reg. E. παρεσομένως Reg. D. παρεπομένως Oxon. — *Verſ.* 3. δι' ὧν recte Caſaub. cum Vrb. Aug. Regiis & Oxon. ΔΙ deeſt ed. 1. & Med. interceptum ab ΑΙ, in quod deſinit vox præcedens. Verſ. 2. 3.

Verſ. 4. συγγίγνεται Aug. Reg. E. συγγίνεται edd. cum Med. Reg. D. Oxon. συγγέννηται (ſic) Vrb. συγγεννᾶται puto voluit. — *Verſ.* 6. προϊδόμενος. προεισόμενος Reg. E. D. Verſ. 4. 6

Digitized by Google

Vers. 7. *Vers.* 7. Κατὰ τὸν τῆς ἀντιπλοίας λόγον. Nil variant libri, nisi quod τῆς deest Reg. D. Casaubonus: *non secus ac fieri semper amat in navibus, quas hinc inde par vis ventorum impellit.* In eamdem sententiam Ernestus, addubitans tamen de lectionis sanitate, *ut cum navis contrariis ventis in diversas partes rapitur.* Mihi ista interpretatio nec cum vi vocabuli, nec cum natura rei satis convenire visa est; nec vero solicitandam vulgatam scripturam putavi; certe nec ἀντιπαθείας, nec ἀντιτυπίας, quæ Reiskius tentavit, desideraturus est, quisquis cogitaverit, (quod idem etiam Reiskius perspecte monuit) ἀντίπλοιαν esse *cum quis adversus flumen aut æstum maris* (poterat adjicere, *aut contra vim ventorum*) *nititur.* Eadem fere ratione, si recte capio, Henr. Stephanus, in Indice Thesauri: „ἀντίπλοια, ait, esse dicitur *navigatio quæ fit averso utrinque remorum actu & impulsu;* metaphorice autem accipi pro *æquabilitate atque parilitate*, ut in hoc Polybii loco." — Imaginis hæc ratio: ventus, ut hoc utar, regiminis Regii eo tendit, ut ad Despotisini & Tyrannidis saxa illidat navem; contra istius venti vim continuo nititur, eamque, ne superior evadat, cohibet potestas Populo tradita: & sic de ceteris.

Vers. 9. *Vers.* 9. κατ' ἐκλογήν. Perperam καὶ ἐκλογὴν Aug. — *Ibid.* ἀριστίνδην κεκριμένοι. κεχρημένοι Reg. E. ἀρίστην διακεκριμένοι Aug. & hinc ora ed. 1. Ceteri recte.

Vers. 10. *Vers.* 10. ὥστε. ὥς γε Reg. D. Oxon. Et τὴν, quod sequitur, deest Oxon. — *Ibid.* προσκλίσει. προσκλήσει Aug. προσκλήσει Reg. D. E.

Cap. XI. ## CAPVT XI.

Titulum illum, Περὶ συστάσεως τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας præeunte codice Vrb. isto loco posuimus: nude tamen codex περὶ συστάσεως πολιτείας habet, reliqua tria verba nos adjecimus.

Vers. 4. *Vers.* 4. Δεῖ δὲ τὸν ἀγαθὸν κριτὴν &c. Facile adparet, hæc cum præcedentibus non cohærere. Quare Reiskius monuit

Digitized by Google

monuit, aut omissa h. l. quædam & præterita esse ab Excerptore, aut alieno loco hæc esse posita, & referenda ad cap. 5, 4. post verbum ἐπαπορηθέντων. Continuo tamen filo & eadem linea cum præcedentibus exarata hæc habent codices omnes. Fortasse Polybius, priusquam ad ipsam Reipub. Romanæ descriptionem progrederetur, ampliore aliquo usus est introitu: e quo, prætermissis ceteris, hanc unam sententiam excerpsit Compilator. Et est hæc sententia ex earum genere, quæ aliâs in codice Vrb. margini sunt inscriptæ; de quo genere jam sæpius diximus. Eodem pertinent illæ, quas in fine hujus libri cap. 59. collectas dedimus. Vers. 4.

Vers. 6. διὰ τούτων. διὰ τοιούτων Med. — *Vers.* 8. καὶ τότε, *& tunc.* Scilicet tempore belli Hannibalici, post pugnam Cannensem. Mira enim ratio, qua tunc Romani brevi tempore res perditas restituerunt, occasionem scriptori præbuerat hanc digressionem faciendi de Reipub. Romanæ forma; ut ipse professus est III. 118. conf. VI. 58. Et ex his verbis καὶ τότε intelligi videtur, paulo ante hunc locum, in memoriam lectoribus suis revocasse Polybium statum rerum qui eo tempore fuerat: quod ipsum se, priusquam ad disputationem de Reipublicæ Romanæ forma transiturus esset, facturum prædixit V. 111, 10. Vers. 6. 8.

CAPVT XII.

Cap. XII.

Vers. 2. ἔς τε τὴν σύγκλητον &c. *A consulibus*, ait, *legatos in senatum introduci solitos.* In hac vero muneris parte quænam similitudo cum regia majestate insit, difficile dictu fuerit. Prætoris urbani eas partes fuisse, intelligitur ex Ciceronis Acad. II. 45. & Appiani Mithrid. c. 6. & ipse Polybius innuere videtur XXIV. 2, 9. Quod tamen non impedit, quo minus olim ad consulem ea res pertinuerit, ut diserte h. l. idem scriptor noster docet. Vers. 2.

Vers. 3. Pro τῶν δογμάτων mendose dant ἐπὶ δογμάτων ed. 1. cum cod. Med. Idem Med. solus vers. 4. cum ed. 1. Vers. 3.

Digitized by Google

ἀεὶ agnoscit. — *Vers.* 5. κατασκευῆς. παρασκευῆς vo luit Scalig. Perinde est. conf. ad c. 14. 2.

Vers. 6. *Vers.* 6. τοῖς συμμαχικοῖς. — „Aut subauditur στρά. τοπέδοις, aut est pro συμμάχοις, ut οἱ ἱππικοὶ pro ἱππεῦσι, & οἱ ναυτικοὶ pro ναύτας." REISKIVS. — *Ibid.* τὸ δα. κοῦν. Intellige μέρος. — *Ibid.* τοὺς χιλιάρχους καθιστάναι. Cap. 19, 7. docet, *tribunos militum partim a populo, partim ab imperatore*, id est a consule, fuisse lectos.

Vers. 7. *Vers.* 7. Dele comma post ὑπάλληοις. — *Vers.* 10. ὑφ' ἡμῶν correxit Gronovius, consentientibus mss. Temere ὑφ' ὑμῶν ed. 1. 2.

Cap. XCIX. CAPVT XIII.

Vers. 1 sq. *Vers.* 1. ταμιείου. ταμίου Reg. D. quod ex ταμείου proxime corruptum. — *Vers.* 2. Pro πλὴν τὴν est τάτ]εν in Ms. Leid. — *Vers.* 3. πενταετηρίδα Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. πενταετηρίαν Med. cum edd. — *Vers.* 4. Ὁμοίως καί. Carent καὶ Vrb. & Aug. — *Ibid.* δολοφονίας. δολοφονείας Aug. Reg. E. — *Ibid.* μέλει. Mendose μέλλει Vrb. Aug. Reg. E. μέλλοι Reg. D.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἰδιώτης. ἰδιῶτις Reg. D. qui tamen simul agnoscit ἢ ante πόλις. — *Ibid.* Verba τῶν κατὰ τὴν Ἰταλ. desunt Reg. D. E. Oxon. & Leid. — *Ibid.* Φυλακῆς recte edd. & Med. Φυλικῆς Reg. E. sed a superscr. Φιλικῆς Leid. Φυσικῆς Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. sed Φυλακῆς ora Aug. ab antiq. manu.

Vers. 6. *Vers.* 6. πρός τινας. πρός τινα Aug. — *Ibid.* διαλύσουσαν Vrb. Aug. Reg. D. E. διαλύουσαν edd. cum Med. & Oxon. — *Ibid.* παραληψ. Mendose παραλειψ. Aug. Casaubonum vero, παραληψομένην vertentem *ad suscipiendum aliquid*, recte reprehendit GRONOVIVS: „Quid enim? inquit: qui conciliandi pacem, hortandi, imperandi, aut bellum indicendi causa, annon mittitur ad suscipiendum aliquid?" — „Ego fateor, sic pergit idem Gronovius, me expedire aegre posse, nisi legas ἢ προσληψομένην, & interpreteris, *aut ad accipiendos in societatem vel deditionem*

Digitized by Google

tionem: quod unicum legationis officium in his verbis de- Vers. 6.
fidero; idque ad senatum pertinuisse patet ex Campanorum exemplo apud Livium VII. 31. Eodem pertinere videntur decem legati, mitti soliti ad ordinandam novam provinciam." — Sententiam scriptoris non dubito rectissime interpretatum esse Gronovium; sed eadem sententia mihi visa est haud incommode verbo παραλαμβάνεσθαι exprimi a Polybio potuisse.

Ibid. πολεμεῖν ἐπαγγέλλουσαν. ἐπαγγελοῦσαν voluit Reisk. sed teneri præsens potest, licet futura præcesserint. Est autem, si quid video, ἐπαγγέλλειν πολεμεῖν, non *bellum indicere*, sed *edicere*, *jubere bellum*, (sicut apud Demosth. ἐπαγγείλαντες παυδημεὶ στρατεύειν) quod non est hujus loci, ubi agitur de *bello hostibus indicendo*: quare πολέμου utique pro πολεμεῖν requiri videtur.

Vers. 7. πρεσβειῶν. πρέσβεων Scaliger, commo- Vers. 7.
dius, quoniam sequitur ἑκάστοις. — *Ibid.* καθάπαξ. καθάπερ Reg. E. Conf. ad V. 67, 2.

Vers. 9. τὴν σύγκλητον κυροῦν. Cum legeretur πρὸς Vers. 9.
τὴν &c. monuit REISKIVS: „aut πρὸς delendum, aut eo servato legendum κυρεῖν, aut tandem πρὸς τῆς συγκλήτου κυροῦσθαι." —

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Vers. 2. ὑπάτων πάλιν. Temere πόλιν ed. 1. — *Ibid.* Vers. 2.
παρασκευάς. κατασκευὰς Reg. D. E. & Oxon. Sic & ora Aug. antiq. manu, ἐν ἄλλῳ κατακευὰς, & hinc ora ed 1. — *Ibid.* τὴν ἐν τοῖς ὑπάθροις ἐξουσίαν. Perperam τῆς & ἐξουσίας ed. 1. invitis omnibus nostris codd.

Vers. 4. Τιμῆς. τιμὴ Aug. & τιμῇ Vrb. male. — *Ibid.* Vers. 4. 5.
καὶ δυναστείας. Deest h. l. καὶ Reg. E. — *Vers.* 5. πῶς γὰρ εἰκός. Abesse posse εἰκὸς putavit Gronovius, provocans ad cap. 37, 4. Sed hoc quidem loco, cum editis, agnoscunt illam vocem optimi quique codices, Vrb. Med. Aug. Reg. E. — *Ibid.* ἐν ἴσῃ τιμῇ. Temere ἐν ἴσῃ τιμῆς ed. 1.

Digitized by Google

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καὶ διαφόρου. καὶ ἀδιαφόρως Reg. E. ἴσως διαφόρως ora Aug. imperite. διάφορον eſt *pecunia*, *res pecuniaria*: quam nimirum plurimi æſtimant homines. — *Ibid.* ἐπιφανεῖς. ἐκφανεῖς Reg. D. Oxon. Et magis corrupte ἐπιφορὰς Reg. E.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἔτι δὲ recte dederunt Aug. Reg. D. E. Vulgo ἔτι δή. — *Ibid.* Τιβουρίνων. Et Τιβυρτῖνες, & Τιβουρῖνος formari hoc gentile, docet Stephanus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Ἔχει δὲ recte Caſaub. neſcio an cum Vrb. certe cum Reg. E. ἔχειν δὲ ed. 1. Med. Aug. Reg. D. Oxon. *Verſ.* 12. ὅτι μεγίστην. ὅταν μεγ. Med. male.

Cap. XV. ## CAPVT XV.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ante ἐξουσίας articulum τῆς repetit ed. 1. quem ignorant codd. noſtri, & recte cum Vrſino delevit Caſaub. *Ibid.* συντέλειαν ex ora ed. 1. recepit Caſaub. Habet autem hoc codex Med. ni fallit collatio Gronoviana. Corrupte συγκλήσειαν ed. 1. in contextu, & Reg. D. E. Oxon. puto & Vrb. e. quo nulla diſcrepantia notatur. Sed ora Aug. antiqua manu, ἴσως συντέλειαν.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. προσδεῖται δέ. δὴ ed. 1. Med. Reg. D. — *Ibid.* ἐπὶ τέλος. ἐπὶ τέλους Aug. Reg. D. E. male. Mox ἱκανὸν pro ἱκανὸς Aug. Reg. D. Vrb. In Reg. E. correctum.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἄνευ δὲ τῆς συγκλήτου βουλήματος. βουλεύματος Aug. Videri autem poteſt hoc, quod nunc dicit, pugnare cum cap. 12, 8. & 13, 2. ſed facile conciliari poſſunt. Poſtquam decrevit ſenatus impenſam in bellum faciendam, & poſtquam pecunia tradita eſt quæſtori; tunc conſul utitur pecunia prout ipſi videtur. Sed & initio, & deinde, ubi novis commeatibus & pecuniæ ſupplemento opus eſt, in ſenatus poteſtate res eſt poſita.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐκβολάς. ἐπιβουλὰς Med. Reg. D. E. male. Mox τῶν βουλομένων Leid. pro τῶν ἡγουμένων. — *Verſ.* 6. διέλθῃ. διέλθοι Reg. D. Oxon. ἔλθοι Reg. E. — *Verſ.* 8. ἐνέργεια. ἐνέργεια ed. 1. Reg. D. — *Ibid.* δύνανται, ſcil. οἱ στρατηγοί. Modo enim uſus erat plurali τῶν στρατηγῶν. *Ibid.*

Digitized by Google

Ibid. οὐδὲ συντελεῖν. Imperite οὐδὲ τὸ συντελεῖν ed. 1. Aug. Reg. D. Oxon.

Verſ. 9. εἰς τὸ διαλύεσθαι. Aut εἰς aut πρὸς ſupplendum monuit Gronov. in ora ſui libri. Violentius remedium ſuaſit Reiſkius. — *Ibid.* ἀπὸ τῆς οἰκείας correxi cum Reiſkio. Vulgo omnes οἰκίας. Verſ. 9.

CAPVT XVI. Cap. XVI.

Verſ. 2. διορθώσεις. Mendoſe διορθώσεως ed. 1. & Med. *Ibid.* τῶν ἐξαρτανομένων κατὰ τῆς πολιτείας, *delicta quæ contra rempublicam admiſſa ſunt.* Sic correxi, monente Caſaubono in ora Baſil. Vulgo edd. & mssti κατὰ τὰς πολιτείας, quod, ſi quis ſervatum cupit, videndum eſt, utrum valeat idem ac ἐν ταῖς πολιτείαις, *quæ crimina graviſſima in rebuſpublicis committi poſſunt*, (ut cap. 14, 4. τιμῆς ἐστι καὶ τιμωρίας ἐν τῇ πολιτείᾳ μόνος ὁ δῆμος κύριος.) an *delicta, in adminiſtratione reipublicæ commiſſa.* — *Ibid.* τὸ πρόστιμον. τὸ προστίμιον Reg. E. Verſ. 2.

Verſ. 4. ἐὰν εἰς ἐνίστηται. ἐὰν εἰς ἓν ἵστηται Reg. E. D. Oxon. Sed in ora Reg. D. & Oxon. ἵσως ἐὰν εἰς ἐνίστηται. — *Ibid.* διαβουλίων. διαβουλιῶν Aug. Reg. D. male. *Verſ.* 5. Διό. διὰ ed. 1. invitis msstis. Verſ. 4.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

Verſ. 1. ὀφείλει recte Aug. Reg. D. E. Oxon. Corrupte ὁ φεῖ Vrb. ὀφείλων edd. & Med. — *Verſ.* 2. τῶν ἐνδιδομένων. τῶν cum editis agnoſcunt Med. & Aug. Sed deletum articulum malim cum Vrb. Reg. D. E. Oxon. Pro ἐνδιδομένων perperam dant ἐνδεδομένων Aug. Reg. C. Oxon. *Ibid.* κηπείων. — „κηπίων ſuſpectum, niſi *hortorum* vel potius *hortulationum* nomine ſaltus & venaturam complexus eſt: nam ſaltim κηπειῶν legendum videtur, a verbo κηπεύειν, & nominativo ἡ κηπεία, non a τὸ κηπίον." REISKIVS. — κηπίον, vel potius κήπιον, *hortus*, habet Noſter XVIII. 3, 1. Nec ſatis adparet, cur ſcrupulum de Verſ. 1. a.

Digitized by Google

hoc vocabulo injecerit Reiskius. Ad omnes istos genitivos ex præcedentibus intelligi debet ὄντων ἐκδιδομένων.

Vers. 3. 4. *Vers.* 3. ταῖς ὠναῖς recte Casaub. cum Vrb. Vrsin. Aug. Reg. D. E. & Oxon. Mendose τῶς ὠρναῖς ed. 1. & ὀρνεῖς Med. — *Ibid.* ταῖς ἐργασίαις ταῖς ἐκ τούτων non debuit cum Casaubono verti *curationibus operum; sed quæstu ex illis (redemtionibus) faciendo.* Sic αἱ ἐκ θαλάττης ἐργασίαι IV. 50, 3. sunt *quæstus ex mari;* & ἐργάζεσθαι ἀπὸ τοῦ σώματος, XII. 13, 2. *quæstum ex corpore facere;* & id genus alia. — *Vers.* 4. περὶ τούτων. ὑπὲρ τούτων Scalig.

Vers. 5. *Vers.* 5. καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι. — „Aut γὰρ cum τοῦ mutandum est, aut deest aliquid." REISK. — Repete ex prioribus τὴν κυρίαν ἔχει, aut intellige vel adde δύναται. Potuit excerptor verbum unum aut alterum, quo usus erat scriptor, prætermittere.

Vers. 7. *Vers.* 7. συναλλαγμάτων. συναλλάγματα sunt *negotia inter homines mutua, contractus;* tum *lites ex contractibus natæ, controversiæ pecuniariæ;* sic h. l. & XXIII. 2, 11. *Ibid.* ὅσα μέγεθος ἔχει. — „Forsan καὶ ὅσα. Nam idem est, ac si dixisset τῶν τε συναλλαγμάτων, καὶ τούτων τῶν ἐγκλημάτων, καὶ ἰδίων καὶ δημοσίων, ὅσα μέγεθος ἔχει." REISK.

Vers. 8. *Vers.* 8. βουλημάτων. βουλευμάτων voluit Scaliger. Nil opus; nam & βουλήσεως dixerat cap. 16, 5.

Cap. XVIII.

CAPVT XVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῆς ἑκάστου. τῆς ἑκάστοις Reg. E. — *Ibid.* ἁρμογὴν αὐτῶν. Temere ἁρμ. αὐτῆς ed. 1. non αὐταῖς, ut ex ea refert Reiskius: sed αὐτῶν eadem in ora, quod in contextum recepit Casaub. consentientibus codicibus.

Vers 2. *Vers.* 2. συμφρονεῖν. συμφορεῖν ed. 1. & ora Med. imperite.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὥστε μήτε. μήτε scripsi, quoniam mox rursus sequitur μήτε. Sic & Scaliger h. l. correxit. Si quis tamen utique μηδὲ defenderit, quod propius ad librorum scripturam accedit, non magnopere repugnabo. Nec vero in

Digitized by Google

in hoc ſolo erratum erat, ſed mox pro μηδὲν ἅπτε erat μηδένα τε in ed. 1. & msstis, quod pariter ex ingenio perſpecte correxit Caſaubonus cum Scaligero. — *Ibid.* μήτε τὸ κριθέν. Sic Caſaub. cum Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. & Vrſino. μὴ τὸ κριθ. ed. 1. & Med. Pro quo ſi μηδὲ ſcripſit Polybius, paulo ante etiam μηδὲ ſuo loco ſtabit. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὴν ἰδιότητα τοῦ πολιτεύματος idem valet, ac τοῦτο τὸ πολίτευμα διὰ τὴν αὐτοῦ ἰδιότητα. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐνδιατρίβωσι. ἐνδιατρίψωσι Reg. D. E. Oxon. — *Ibid.* τοῖς ἐκ τῶν. Perperam τοῖς ἐκ τῶν Vrb. Aug. — *Ibid.* τρέπωνται correxit Caſaub. τρέπονται ed. 1. Reg. C. D. & Aug. Ex Vrb. Med. & Oxon. nil notatur. — *Ibid.* ὃ δή. ὃ δεῖ Aug. Et idem paulo ante ὑπερηφάνειαν pro ὑπερφανίαν. Verſ. 5.

Verſ. 6. τότε καὶ μάλιστα. καὶ carent Reg. D. E. Oxon. *Ibid.* αὐτὸ παρ' αὐτοῦ Caſaub. cum Aug. Reg. C. D. Oxon. & Vrſin. ex ingen. αὐτῷ παρ' αὐτοῦ ed. 1. & Med. Et ex Vrb. nulla notatur diſcrepantia. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἐπειδὰν γάρ. Deſunt hæc duo verba Auguſtano, qui deinde ἐνοικοῦντι habet pro ἐξοιδοῦν τι. ἐξοικοῦντι ed. 1. Med. Reg. D. Oxon. ἐξοικνοῦντι Reg. E. ſed litera ν poſt κ punctо notata, ut delenda. ἐξοιδοῦν τι cum Vrſino correxit Caſaub. quod & in ora Aug. ab antiqua manu notatum eſt ſic: ἐν ἄλλῳ. ἐπειδὰν γὰρ ἐξοιδοῦν τι. Codex Vrb. eadem, qua noſtri codices, culpa teneri videtur. — *Ibid.* Verba φιλονεικῇ καὶ πλέον & quæ ſequuntur uſque τῶν μερῶν prætermiſit Reg. E. — *Ibid.* ἐπικρατῆται. ἐπικρατῇ aut ἐπικρατῆσαι βούληται ſcriptum voluit Reiſkius. Ac ſane nuſquam apud Polybium verbum ἐπικρατεῖσθαι, media vel paſſiva forma, activa notione uſurpatum memini. Videndum eſt, an fortaſſe alio prorſus verbo hic uſus ſit Polybius. Verſ. 7.

Ibid. αὐτοτελοῦς. — „*ipſo per ſe perfecto*, ut alieno ſubſidio & ſubventu opus nihil habeat.“ REISKIVS. — Non minus neceſſaria, quam ſagax doctaque emendatio; quæ

quæ jam a Casaub. & in versione expressa erat, & ab eodem in ora Basil. notata. Et frequentatum Polybio illud vocabulum. — *Ibid.* ἐξοιδεῖ rursus cum Vrsino correxit Casaub. & sic rursus ora Aug. Mendose ἐξοικεῖ ed. 1. cum msstis.

Vers. 8. *Vers.* 8. πάντα ex ingenio correxit Casaub. quia sequitur τὰ μὲν & τὰ δέ. πᾶν ed. 1. consentientibus msstis, excepto Reg. E. in quo magis corrupte ποῦ.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Pluribus ab Excerptore prætermissis, sequitur nunc illa pars descriptionis formæ Reipublicæ Romanæ, quæ ad *Rem Militarem* pertinet; cui generalem Titulum præfiximus, ex Casauboni argumentis desumtum, Πολεμικὰ Ῥωμαίων ἐπιτηδεύματα, id est, *Populi Romani Instituta rei Militaris*, sive de MILITIA ROMANA. Titulus enim, qui huic disputationi in ed. 1. & in codd. Med. Vrb. Aug. Reg. D. & Oxon. vel præfixus vel ad oram libri adscriptus est, Περὶ τῆς τῶν Ὁπλιτῶν καταστάσεως, non ad totum hunc locum, sed ad partem tantum pertinet. Quare ad cap. 27. codex Vrb. rursus novum habet titulum, *de Castris:* & fortasse etiam alibi alios. In Codice Reg. E. desideratur tota hæc disputatio usque ad finem cap. 42. quare hujus codicis hac in parte nulla ratio haberi potest.

In editione Hervagiana sive Basileensi, quam in his Adnotationibus ad Excerpta ex libro sexto & sequentibus hac nota *ed. 1.* designare solemus, disputationi huic *de Militia Romana* brevis hæc Præfatio præmittitur: *Quæ hic de Re Militari Romanorum a Polybio κατ' ἐπιτομὴν memorantur, cum ipsius Lascaris latina versione jam ante sunt edita per Ioannem Oporinum nostrum*, prælo Lasiano, cum a nato *Christo numerabatur annus M. D. XXXVIII. Quam editionem etiam in hac nostra paranda cum msstis codicibus & editione Lutetiana (ibi siquidem Epitome sexta per Io. Lodoicum excusa est) accessione minime pœnitenda contulimus.*

In

In idem Fragmentum REISKIVS in Animadverſionibus hæc præfatus eſt: *Ad particulam, quæ nunc ſequitur, de Militia Romana, interdum libellum adhibui Baſileæ 1537. ab Oporino editum, in quo ea habetur græce tum primum in vulgus edita, cum Iani Laſcaris latina interpretatione, & ejuſdem Epigrammatibus græcis & latinis, & Iacobi Comitis Purliliani libris duobus de Re Militari. Appellabo hanc editionem typographi nomine Oporinum, quia altera Baſileenſis editio ex Hervagiana officina prodiit.*" — Falſum eſſe Reiſkium, qui ait primum omnium ab Oporino editum eſſe hoc Fragmentum, monuimus in Præfat. ad Tom. I. Polybii noſtri p. VIII ſq. ubi de Pariſina quidam illa editione, quam per Io. Lodoicum excuſam Hervagius vel Arlenius in editione Hervagiana dicit, profeſſi ſumus, nobis nihil ceteroquin compertum eſſe; ſed docuimus eumdem libellum & græce & latine ex ejuſdem Iani Laſcaris interpretatione jam anno M.D.XXIX. Venetiis in lucem eſſe editum. Nobis vero cum nullam ex iſtis editionibus licuerit oculis uſurpare, nihil ex eiſdem, niſi quæ Reiſkius ex Oporino ſubinde adnotavit, proferre in his Adnotationibus poterimus. Vna nobis ad manus fuit Laſcaris latina verſio, quæ & editioni Hervagianæ adjecta eſt, & Vegetii aliorumque ſcriptorum de Re Militari editioni, a Petro Scriverio curatæ, inſerta.

Græca Polybii, quatenus ſuperſunt, omnia per ſingulas minutas ſectiones inſerta ſunt FRANCISCI PATRICII libro, qui *Res Militaris Romana* inſcribitur, &, ex italica lingua in latinam a Ludolpho Neocoro converſus, continetur Tomo X. Theſauri Græviani Antiquitatum Romanarum. Neſcimus, an hic, in Italia ſcribens, Veneta uſus ſit editione, de qua modo diximus: illud videmus, ab Hervagiana ſubinde eum diſcedere, cum tamen ex ingenio nihil mutare voluiſſe videatur. Franciſci Patricii veſtigia preſſit IVSTVS LIPSIVS, in libris V. *de Militia Romana*, quos, ut in ipſo etiam Titulo ſignificavit, loco *Commentarii ad Polybium* ſcripſit; in quibus plurima Patricio Lipſium debere

Digitized by Google

bere, jam olim viri docti monuerunt. Græca Polybii Lipsius pariter ad exemplum Hervagianum expressit; ita quidem, ut loca, quæ corrupta putavit, rarius in contextu, sæpius in commentario corrigeret. Quam Fragmento huic Polybiano post Patricium Lipsius navavit operam, eamdem post Lipsium IO. GEORG. POESCHELIVS, Conrector olim Gymnasii Heilbronnensis, præstitit, qui *Polybii Megalopolitani de Militia Romana libellum, versione latina, Commentatione perpetua, & Iconibus illustratum*, Norimbergæ 1731 edidit. Et hic quidem in græco contextu modo Casauboni, modo Lipsii, usus est emendationibus; subinde etiam, sed perraro admodum, suo ex ingenio nonnihil correxit; in latina item versione ab utroque istorum duumvirorum profecit; ceterum in Commentario presso fere pede, quod & ipse ultro profitetur, Lipsium maxime est secutus, ita tamen, ut de suo subinde nonnihil adjecerit. Ex his quoniam in omnium manibus, qui hæc studia curant, Lipsius versatur, quæ ille sive correxit in verbis hujus Excerpti, sive quæ de rebus ipsis maxime memorabilia adnotavit, ea nonnisi brevissime referemus, ceterum ad ipsam Lipsii tractationem ablegabimus Lectorem.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ἐπειδὰν Casaub. cum msstis nostris. Commodius vero puto Ἐπεὶ δ' ἂν divisis vocibus edit. 1.

Ibid. χιλιάρχους καθιστᾶσι. *tribunos* (militum) *creant.* Quis creat? Diceres eosdem, qui consules crearunt: sed ex eis, quæ vers. 7. obiter dicuntur, intelligimus, alios tribunos militum a populo, alios a consulibus nominatos. Id haud dubie Polybius ex professo, sive in fine hujus versus, sive paulo ante in ea parte disputationis, quam prætermisit compilator, exposuerat; simulque fortasse docuerat, *quotnam tribuni a populo, quot a consulibus fuerint lecti;* quamquam diversis temporibus diversa ratio fuit, ut docuit Lipsius de Mil. Rom. lib. II. dial. 9. Conf. Liv. VII. 5. IX. 30. XXVIII. 27. XLII. 31. XLIII. 12. (al. 14.) XLIV. 21.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. τεσσαρεσκαίδεκα. Sic Casaub. & seqq. & Patric. cum Vrb. Aug. Reg. D. consentientibus (ni fallit collatio Gronoviana) codd. Med. & Oxon. Et monent quidem grammatici, numeralia nomina a quinque ad centum indeclinabilia esse: itaque si pro uno vocabulo habeamus τεσσαρεσκαίδεκα, poterit hoc fortasse accusativum casum similem nominativo formare; idque majori etiam jure in δεκατέσσαρες valere videtur, quod magis etiam speciem habet unius vocabuli. Attamen δεκατέσσαρας in accusativo consentientibus libris omnibus legimus I. 36, 11. IV. 56, 2. Quare & h. l. præferri debebat scriptura τέσσαρας καὶ δέκα, vel τεσσαρασκαίδεκα, quam habent ed. Herv. & Oporin. & Patricius; quam & unice probatam video Reiskio. Vers. 1.

Ibid. ἐκ τῶν πέντε ἐνιαυσίους ἐχόντων ἤδη στρατείας &c. *Quatuordecim tribunos lectos*, ait, *ex eis qui quinque annua stipendia jam meruerant; decem ex eis qui decem stipendia.* Hos deinde (vers. 9.) *seniores*, illos (vers. 7.) *juniores* adpellat. Perspecte vero Lipsius monuit, juniores intelligendos esse ex equestri & senatorio ordine; seniores ex plebejis; scilicet ut citius ad honores pervenirent ii, qui ex ampliore essent ordine: quod sicut per se admodum est probabile, sic verisimile non est, inobservatum id reliquisse Polybium; sed vel a compilatore vel a librariis prætermissum videtur, qui etiam in eis, quæ continuo sequuntur, multa turbarunt.

Vers. 2. τῶν λοιπῶν τοὺς μὲν ἱππεῖς &c. Quidquid facias, vereor ne numquam certa ratione restitui desperatus locus possit, in quo genuina Polybii oratio non solum a librariis misere corrupta, verum etiam ab ipso compilatore horum Excerptorum imperite truncata videtur. Franciscus tamen Patricius, scripturam editionis Hervagianæ h. l. verbotenus tenens: δέκα δ' ἄλλους ἐκ τῶν δέκα τῶν λοιπῶν, τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς ἕξ. οὓς δεῖ στρατείαν τελεῖν κατ' ἀνάγκην &c. verba ista, nullo corruptelæ scrupulo injecto, his latinis reddidit: *& decem præterea alios ex* Vers. 2.

Vers. 2. *ex iis, qui* (præter illa *quina*, quæ jam dicta sunt) *reliqua dena, si equites; sena vero, si pedites sint, meruerunt.* Atque ita hoc dicentem facit Polybium: *decem alios tribunos oportere habere quindecim annua stipendia; si sint equites; undecim, si sint pedites.* Audacior Paulus Leopardus, Emend. lib. V. c. 3. in Gruteri Thes. Crit. T. III. p. 89. in hunc modum & interpungenda & legenda atque interpretanda Polybii verba censuit: δέκα δὲ ἄλλους σὺν τούτοις. ἐκ τῶν δέκα τῶν λοιπῶν, τοὺς μὲν ἱππεῖς δ'. τοὺς δὲ πεζοὺς ἕξ. οὓς δεῖ &c. hoc sensu: *Præter hos, decem quoque alios. Ex his decem reliquis, quatuor quidem equites, sex vero pedites. Quos oportet facere necessario stipendia intra quadragesimum sex annos ætatis.* Sed quod interpunctionem quidem adtinet, dubitari non debet, recte a Lipsio & Casaubono (quibuscum faciunt, quotquot post illos viri docti in hunc locum sunt commentati) superiorem phrasin finiri in verbis ἐκ τῶν δέκα, scil. ἐνιαυσίους στρατείας ἐχόντων, & a τῶν λοιπῶν novam incipi verborum periodum. Sed de ipsis statim his verbis τῶν λοιπῶν ambigitur; quæ si teneas, sententia hæc erit: *reliquorum vero, equites quidem dena stipendia oportet facere, pedites vero* &c. quasi vero ceteri, sive equites, sive pedites, peculiari legi fuissent subjecti, quæ ad eos non pertineret, qui tribuni essent creati. Imo vero consentaneum est, generalem hanc fuisse legem, quæ ad omnes pertinebat; ut adeo equites hi & pedites, quos dicit, non distinguantur hac ex parte a tribunis. Itaque Casaubonus primo quidem (ut ex ora Basil. intelligo) de λοιπῶν in πολλῶν mutando cogitaverat; deinde vero πολιτῶν prætulit, idque in ipsum contextum recepit: sed intelligens, conjunctionem insuper desiderari, τῶν γὰρ πολιτῶν ex ingenio edidit; quod tenuere posteriores editores. Iacobus noster Gronovius, quum Prælectiones olim in Vniversitate Leidensi publice instituerет in hanc partem historiæ Polybianæ, commentariolos quosdam memoriæ causa tunc conscripserat, in quibus nihil quidem absolutum, nihil elaboratum, totus

(ut

Digitized by Google

(ut ipse profitetur) juvenilis labor est. In illis igitur schedis, quæ cum reliquo thesauro Gronoviano ex Bibliotheca Vniversitatis Lugdunensis beneficio Ruhnkenii, illustris Viri, nobiscum communicatæ sunt, λόχων pro λοιπῶν legi Gronovius voluit, λόχους *centurias* intelligens, in quas distributæ singulæ classes civium Romanorum erant. Nobis, ut in scholio infra contextum significavimus, quatenus in tam corrupto loco conjecturis licet indulgere, simplicissima placet emendandi ratio, quam Lipsius sibi non displicere ait, ut τὸ λοιπὸν (quæ familiarissima Polybio formula est) id est, *ceterum*, pro τῶν λοιπῶν legamus. Vers. a.

Iam ad ea quod adtinet, quæ sequuntur, τοὺς δὲ πεζοὺς ἐξ οὗ &c. maluimus rursus corruptam codicum repræsentare scripturam, adjecto signo sive lacunæ, sive corruptelæ, quam incertam conjecturam in contextum adoptare. Quum autem ipsi inter se codices (in vocem ἐξ quidem & in distinctionem post hanc vocem consentientes) differant in eo, quod alii deinde οὗς δεῖ, alii (atque ii plures) οὓ δεῖ scribant; nos quidem, omissa distinctione, omissisque accentibus & spiritibus, in quibus pro lubitu fere plerumque egerunt librarii, ἐξ ου scripsimus; ut viris, & ingenio & doctrina valentibus, liber esset campus suas conjecturas & medelam desperato loco adferendam tentandi. Vrsinus quid spectarit, cum pro eo, quod in editione Hervagii (τοὺς δὲ πεζοὺς ἔξ. οὓς δεῖ) ex ingenio τοὺς δὲ πεζοὺς ἐξ οὗ δεῖ rescribere, neque vero quidquam amplius corrigere jussit, non magis nos, quam Lipsius, perspicimus, qui nec scintillam lucis se in illis verbis ait videre. Imo vero id quidem satis manifestum videtur, dixisse hoc loco Polybium *de humero stipendiorum annuorum, quæ quemque civem Romanum* (ex quinque certe classibus militiæ destinatis) *facere oportebat*, si ita res ferret. Et *equites* quidem ait *oportuisse dena annua stipendia facere*: quod convenit cum eo quod apud Livium legimus XXVII. 11. & apud Plutarch. in C. Graccho haud procul initio, p. 835. ad quæ loca Lipsius provocavit. De *peditibus* vero vix ulla ma-

Digitized by Google

Verſ. 2. jor lux ex aliis auctoribus, quam ex corrupta apud noſtrum ſcriptura, effulget; ſed in mera conjectura res verſatur. Octavianum quidem Auguſtum, reipublicæ dominum, annos militiæ definiturum, ante quos exactos nomini liceret præmia repetere, emeritis promiſſa, cohortibus prætoriis XII. annos, ceteris militibus XVI. annos ſtatuiſſe, Dio Caſſius docet lib. LIV. c. 25. ad A. V. 741. Eam vero rationem deinde A. V. 758. rurſus ab eodem Auguſto mutatam eſſe, & prætorianis XVI. ceteris XX. annos ſtatutos, docet idem Dio lib. LV. c. 23. Atque id dein ſequentibus temporibus ita ſervatum eſſe colligitur ex Taciti Annal. lib. I. c. 17. & 78. ex codice Iuſtinianeo lib. VII. tit. LXIV. leg. IX. & ex Suida in Βετερανός. Libera autem republica quid in hac parte moris fuerit, nuſquam definitum legimus. *Tib. Gracchum* legibus ſuis, quibus populi favorem captabat, *tempus militiæ*, id eſt *numerum annorum, quibus ſtipendia facere oportebat, minuiſſe* (τοὺς χρόνους τῶν στρατειῶν ἀφαιρῶν) docet Plutarch. in ejus Vita p. 832. quiſnam vero fuerit legitimus numerus, non declarat. Vnus locus, quem Lipſius adfert, in quo conjectura ipſius (*ſcripſiſſe Polybium:* τοὺς δὲ πεζοὺς εἴκοσι δεῖ στρατείας τελεῖν) præſidium invenire videatur, oratio illa Sp. Liguſtini apud Livium eſt, lib. XLII. 34. ubi *ſtipendia omnia ſibi emerita eſſe* ait, *quippe qui* XXII. *annua ſtipendia in exercitu emerita haberet.* Poterat fortaſſe etiam ad Liv. III. 71. (quem locum Gronovius in ſchedis ſuis notavit) provocare, ubi Scaptius, magno natu civis Romanus de plebe, non ut rem aliquam inſolitam aut extraordinariam, ſed eo tantum ut intelligeretur, *non juvenem* fuiſſe eo tempore de quo loquebatur, ait, *viceſima jam ſtipendia ſe* tunc *meruiſſe.* Quod vero idem Lipſius ait, ex ipſo Polybio palam eſſe, ἔτη hoc loco eſſe legendum, quoniam is mox ſubjungat, (verſ. 3.) ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν ἔτη στρατείας ἐνιαυσίους, *pedites debent conficere annua ſtipendia viginti*: id quidem mirum utique debet videri. Certe enim, ſi poſteriora hæc Poly-

bii

bii verba in *eosdem pedites* dicta sunt, de quibus nunc (vers. 2.) agitur, neque mendum verbis illis inest, prorsus contrarium ejus rei, quam inde effectam Lipsius voluit, consequetur. Si enim dicit Polybius: *si quando gravius reipublicæ tempus urget, tenentur pedites ad* XX. *annua stipendia facienda;* sane intelligi debebit, ex consueto more & constanti lege non XX. annos, sed pauciores meruisse. Hanc rationem spectans Casaubonus, in Epist. LXV. ad Bongarsium data anno 1596. (diu antequam Polybium in lucem ederet) contendit, vel hoc loco (vers. 2.) ἐικοσι, & mox deinde (vers. 3.) ἔικοσι πάντα legendum ex Servio ad Aeneid. lib. II. v. 157. (de cujus verbis confer Lipsium p. 16.) vel h. l. δεκαὲξ, & deinde ἔικοσι. Et hanc quidem posteriorem rationem, quam in editione Polybii deinde amplexus est, confirmari ait ex Taciti Annal. I. 17. ubi milites per seditionem postularunt, ut *sextus decimus stipendiorum annus finem militiæ adferret.* — „Etsi enim (ait Casaubonus) non dicit Tacitus, eum quondam fuisse modum legitimum stipendiorum; est tamen verisimile, veterem legem reposuisse istos, & juris antiqui & obsoleti mantelium suæ seditioni prætexuisse.“ — Imo vero, si superiorem aliquam legem reponere illi voluerunt, erat illa lex, quam ab Augusto latam ex Dione paulo ante retulimus. At ne hanc quidem maxime respexerunt seditiosi illi: rationem qua usi sunt, eum peterent, ut eum sextodecimo anno finiretur militia, ipse Tacitus satis declarat; scilicet, *quod prætoriæ cohortes, qui non plus periculorum quam ipsi susciperent, post sexdecim annos penatibus suis redderentur.* Itaque, cum unicum hoc sit fundamentum, quo nisus Casaubonus numerum XVI. hoc loco apud Polybium posuit, non ausi sumus meram conjecturam, tam lubrico ac vere nullo fundamento nitentem, pro re comperta in contextu Polybiano servare. Gronovius, in prædictis Prælectionibus in Polybium de Militia Romana, Lipsii emendationem ea una ratione improbans, quod „si sequentia verba Polybii sunt integra & vera, (quod dubitari Vers. 2.

Vers. 2. non posse ait,) ubi *in summis necessitatibus ad* XX. *usque annos produci peditum stipendia* scribit, certum sit omnino, ordinarium numerum esse minorem;" — tum vero Casauboni emendationem nullo niti fundamento intelligens, novam exquisivit medendi huic loco rationem, eamque in ipsis veteris scripturæ vestigiis reperisse sibi visus est, statuens, verba ista τοὺς δὲ πεζοὺς ἐξ οὗ δεῖ ex his corrupta esse τοὺς δὲ πεζοὺς ἐ. ξὺν δεῖ vel ἐ. ξυνδεῖ, ut sententia hæc esset: *pedites autem quinque annos adhaec* (scilicet præter prædictos decem annos, adeoque omnino *annos quindecim*) *militare oportet*. Itaque ξὺν eodem modo poni statuit atque aliàs πρὸς, & ξὺν δεῖ (vel juncta voce ξυνδεῖ) idem esse ac προσδεῖ vel πρὸς τούτοις δεῖ. Cui rationi, ne quid nunc amplius dicam, vel hoc opponi potest, nusquam nec formam ξὺν pro σὺν, nisi semel aut bis in uno aut altero codice, per totum opus Polybianum occurrere; ipsam autem præpositionem σὺν, isto modo absolute usurpatam uti πρὸς, aut verbum συνδεῖ pro προσδεῖ, nusquam nec apud Polybium, nec apud alium quemquam græcum scriptorem reperiri. Quod si de numero XVI. aliunde constaret, probabilius firmamentum Casaubono licebat emendationi suæ ex scripturæ vestigiis petere, statuendo, pro δεῖ στρατείας scriptum olim fuisse δεῖ ις' στρατείας τελεῖν. Sic vero aut delenda fuerint illa verba ἐξ οὗ, aut statuendum intercidisse nonnulla in eam sententiam quam in Scholio infra contextum indicavimus.

Ibid. πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. τετρακόσιαι δραχμαὶ sunt *quatuor millia æris*; quemadmodum, quæ Livius XXXIX. 44. *quindecim millia æris* dicit, apud Plutarch. in Cat. Maj. p. 346. sunt δραχμαὶ χίλιαι καὶ πεντακόσιαι. Ex istis autem verbis intelligitur, (quod Lipsius etiam monuit,) Polybii ætate mutatam fuisse Servii Tullii de censu legem, ex qua, quibuscumque minor XI. millium æris census esset, in sexta illa classe erant, quæ ne classis quidem habebatur, & immunis erat a militia.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 3. ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν ἔτεσι στρατείας ἐνιαυσίους. Cum omnes vulgo editi atque scripti ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ darent; ad eosdem τοὺς πεζοὺς hoc vulgo retulerunt interpretes, de quibus versu superiori dictum est: quæ ratio (ut paulo ante monuimus) commovit plerosque, ut statuerent, pedites legitime, nisi summa reipublicæ necessitas cogeret, minorem numerum stipendiorum feciſſe. At connexionem orationis Polybianæ quisquis expenderit, manifestum ei putamus futurum, nunc non de eisdem peditibus, de quibus supra, sed de his loqui Polybium, quos *infra quatuor millia æris censos* modo dixerat: *hos* igitur, ait, *ad nauticos quidem usus reservari solitos esse; sed eosdem, si necessitas reipublicæ cogeret, in pedestribus etiam copiis meruisse:* & quidem hos pariter, atque reliquos pedites, *ad* XX. *annorum militiam* (sive illam nauticam regulariter, sive hanc pedestrem extra ordinem) *fuisse adstrictos.* Notum est, sicut in latino sermone *pedestres copias*, sic & apud Græcos τοὺς πεζοὺς vel τὴν πεζικὴν δύναμιν non modo *equitatui*, verum etiam *navalibus* opponi *copiis*; ut II. 2, 4. II. 11, 1 & 7. V. 68, 2. & sæpe aliâs. Quumque apud A. Gellium XVI. 10. legamus, & *proletarios* etiam, qui non amplius mille quingentis æris in censum deferebant, & *capite censos*, quibus census vel nullus erat vel non amplius CCCLXXVII. æris, *milites interdum* (hos quidem posteriores non nisi in maximis tumultibus) *esse scriptos*; credere fas est, eos, qui quaternis millibus æris censebantur, quos ordinarie in classium usum reservatos Polybius ait, necessariis reipublicæ temporibus in pedestri etiam exercitu meruisse. Denique, quum in ipsa belli Hannibalici historia, post cladem Cannensem, non solum legamus, *mille & quingentos milites, qui in classem jam scripti erant, Romam missos, ut urbi præsidio essent*; Liv. XXII. 57.) verum etiam, *ob liberorum capitum inopiam ac necessitatem, octo millia juvenum ex servitiis emta publice armataque*; (ibid.) quin & *qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ judicali in* Vers. 3.

Digitized by Google

Verſ. 3. *vinculis eſſent, milites eſſe lectos;* (Liv. XXIII. 14. Valer. Max. VII. 6, 1.) quis credat, non cives ex pauperiori ordine in militiam prius lectos, quam ad extremum iſtud remedium deſcenſum? Immo vero hanc ipſam illius temporis neceſſitatem ſpectaſſe nunc, cum hæc ſcriberet, Polybius videtur. Itaque hoc loco non niſi leve mendum græcis verbis, quæ vulgo exhibent libri, ineſſe putavimus: & poſt χρείαν pro majori puncto minus, pro ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ vero ὀφείλουσι καὶ πεζῇ στρατεύειν ponendum duximus. Poſſis vero in eamdem ſententiam, pro οἱ πεζοὶ etiam καὶ πεζοὶ vel οὐδὲ καὶ πεζοὶ ſuſpicari. Quam in ſententiam Pœſchelium etiam video abiiſſe; qui græca quidem verba minus commode, inſerta voce ἐκεῖνοι, ſic conſtituit, ἐκεῖνοι ὀφείλουσιν οἱ πεζοὶ στρατεύειν ἔτεσι στρατείας ἐνιαυσίους, ceterum hæc ita latine vertit: *quod ſi aliquando caſus aliquis gravior urgeat, illis etiam veluti peditibus vicena ſtipendia annua ſunt facienda.* Quod ſi quis vero inconſtantiæ nos accuſaverit, quod, cum in præcedentibus corruptæ librorum ſcripturæ nullam auſi ſimus emendationem adferre, nunc conjecturam noſtram ipſi contextui intulerimus; dicamus, priori loco, graviori vulnere adfecto, incertos prorſus nos hæſiſſe; hoc loco inſignem veri ſpeciem eſſe ſecutos.

Verſ. 6 ſqq. *Verſ.* 6, In συναθροισθέντων cum edd. conſentiunt Med. Reg. D. & Oxon. Sic & Patric. & Lipſ. — *Verſ.* 7. καθάπερ ἂν ὑπὸ τοῦ δήμου &c. Vide quæ ad verba χιλιάρχους καθιστᾶσι verſ. 1. notavimus. — *Verſ.* 9. In fine hujus verſus, poſt εἰς τὸ τέταρτον perperam ex initio verſus repetunt verba τῶν δὲ πρεσβυτέρων ed. 1. & Med. & τῶν πρεσβυτέρων Oporin. Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. quæ merito amputavit Caſaubonus.

Cap. XX. ## CAPVT XX.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. προσαχθέντων h. l. & deinde ſcripſit Caſaub. cum Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. & Patric. — *Ibid.* δεύτεροι.

Digitized by Google

τρεῖς. δεύτερον Reg. D. sed jota supra scriptum. — *Ibid.* τελευσαῖοι. τελευταῖον Reg. D, Oxon.

Vers. 7. διεῖλον. Indefinito tempore nunc utitur, & mox rursus vers. 8. ἔνειμαν, paulo post vero (vers. 9.) ad præsens tempus redit, τιθέασι. Sic cap. 22, 6. ἀφῆκαν in indefinito, mox vero vers. 7. διαλέγουσι in præsenti. Nempe de re, quæ & olim fieri consueverat, & ipsius adhuc ætate in usu erat. Vers. 7.

Vers. 9. τοὺς ἱππεῖς τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίοις &c. *mox equites, olim quidem posteriore loco moris erat deligere, post quatuor mille & ducentos pedites* &c. Codicum veterumque editionum scripturam istam defendit Lipsius I. 5. & II. 6. ut, quod de veteris instituti differentia a recentiore dicit Polybius, non ad *numerum* equitum pertineat, sed tantum ad *ordinem temporis*, quo electi sunt; olim *post pedites*, deinde *ante pedites*; utque adeo, quod mox de *trecentis equitibus* in legione dicit, generatim dictum sit, & tam in eas valeat legiones, quæ 4200 pedites habebant, quam in has quæ 5000. Casaubonus vero, quasi hoc diceret Polybius, *olim cum* 4200 *peditibus nonnisi ducentos equites in legione fuisse, deinde vero cum* 5000 *peditibus equites trecenos*, διακοσίους h. l. ex conjectura edidit; nisus (ut ex ejusdem Epist. LXV. ad Bongarsium data, & ex ora Basil. ad h. l. intelligo) Livii testimonio XXII. 36. & Polyb. III. 107, 10. Casaubonique sententiam defenderunt Rualdus ad Plutarchi Romulum Animadv. II. & Salmasius de Re Militari Romanor. cap. 20. in Græv. Thes. Antiq. Rom. T. X. col. 1442 sq. Sed in Livii quidem loco citato parum præfidii hanc sententiam invenire, post Lipsium II. 6. Dukerus inprimis ad Livium & Drakenborchius docuerunt. Et omnino nusquam apud Livium *ducenti equites* in legione memorati leguntur, semper *trecenti*, etiam antiquis temporibus ubi nonnisi 4200 pedites erant, ut Liv. VII. 25. Nam quod sequenti tempore lib. XLII. c. 31. cum quinis millibus *duceni equites* ex vulgata Verf. 9.

Digitized by Google

Vers. 9. lectione junguntur, id librariorum incuria factum esse, qui *quina millia & ducenos pedites*, non *equites*, scribere ibi debuerunt, extra dubitationem posuit Perizonius, cujus verba adtulit Drakenborch. ad Liv. l. c. At apud Polybium quidem III. 107, 10. ex constanti codicum omnium lectione, cum *quatuor millibus peditum* (rotundo ibi hoc numero utitur) junguntur *equites ducenti*: rursusque apud eumdem II. 24, 13. duæ memorantur legiones, quarum quæque *cum* 4200 *peditibus ducenos equites* habebat. Sed & apud eumdem rursus, ubi ex professo & universe de legionibus Romanis verba facit, in primi belli Punici historia, I. 16, 2. *trecentos equites* in legione, & *quater mille pedites* numerat. In ista igitur varietate & inconstantia, quam in prædictis scriptoris nostri locis observamus, cum æqua in utramque partem momentorum sint pondera, minime quidem spernendam Casauboni emendationem judicavimus; sed non ita certo niti fundamento illa visa est, ut, damnata codicum scriptura, in contextu velati consecrari debuerit. Denique, si omnino διακοσίους h. l. legendum esset, suspicari etiam liceret, sic fortasse scripsisse Polybium, ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίοις διακοσίους: quamquam hoc quidem non magnopere velim urgere, quandoquidem nihil impediebat, quo minus nunc numero rotundo *quater mille*, pro *quater mille & ducentis*, diceret, quemadmodum loco modo citato I. 16, 2. & mox VI. 21, 10.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἐπιλελεγμένους tacite reposuit Gronov. ex ora ed. 1. & sic Med. Reg. D. Oxon. & Patric. Mendose ἐπιλεγμένους Aug. Vrb. ἐπιλεγομένους ed. 1. (Hervagianam semper intelligo.) ἐπελεγμένους Casaub. sua auctoritate. Lipsius I. 6. cum in textu expressisset lectionem Hervagianam, in ora notavit: „Scal. ἐπιλελεγμένους.“ Vbinam vero ita legerit Scaliger, nobis non compertum est. In exemplo edit. Basil. quod olim Iosephi Scaligeri fuerat, neu-

neutram ex duabus lectionibus ἐπιλεγομ. & ἐπιλελεγμ. præ altera probatam video.

Vers. 5. ἄρχοντα. Si certa esset conjectura, quam ad cap. 26, 5. proposuimus, confidenter h. l. ἄρχοντας scribendum contenderemus. Vers. 5.

Vers. 8. αὐταῖς, τοιαῦταις Aug. — *Ibid.* παρὰ Ῥωμαίοις. καὶ παρὰ Ῥωμ. Reg. D. & Oxon. temere. Vers. 8.

Vers. 9. Post ἑξακοσίους temere οἵμας inserit Reg. D. — *Ibid.* τοὺς δὲ Πρινκ. χιλ. καὶ διακος. caret Aug. a prima manu & Vrb. Habet cum aliis Suidas in Πρίγκιπες. καὶ caret Reg. D. — *Ibid.* τοὺς δὲ λοιπούς. Temere δὲ deest Vrb. & Aug. *Reliquos* vero dicit *mille ducentos* qui ad complendum numerum 4200. desiderabantur. Nam quod vers. seq. ait, *si vero pluribus, quam quatuor millibus, constet legio*; numero rotundo utitur, neglectis *ducentis*, de quibus supra dixit. Conf. Salmas. de Re Milit. Rom. cap. 15. col. 1399. T. X. Thes. Græv. Vers. 9.

Ibid. Τροσφοφόρους. Hos paulo ante προσφοµάχους adpellaverat, quemadmodum I. 33, 9. & VI. 33, 8. & 35, 5. XI. 22 seqq. quos latine *jaculatores* dicere poteramus; nec tamen dubitavimus *velites* cum Casaubono non solum hoc libro, sed jam I. 33, 9. in primi Punici belli historia nominare, quamquam vulgo perhibent, bello Punico secundo demum in Capuæ obsidione A. V. DXLIII. & nomen & totum genus hoc militum fuisse inventum; de quo & supra diximus ad I. 33, 9. & mox dicemus ad VI. 22, 2. De προσφορᾷ vide c. 22. vers. 4.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Vers. 1. Inter extrema verba capitis præcedentis & initium hujus capitis, in Reg. D. exiguum spatium est, cum signo quo uti solet ad indicandum novum Fragmentum. Ac credi potest, nonnihil hoc loco prætermissum ab Epitomatore; quod sæpe consulto ab eo factum observavimus in Excerptis ex eis libris, qui integri etiamnunc Vers. 1.

Digitized by Google

exſtant. — *Ibid. μάχαιρας φορεῖν καὶ γρόσφους.* Conf. Liv. XXXI. 35. XXXVIII. 21.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. Parma diametrum habet tripedalem.* Quas Lipſius III. 1, difficultates nectit de iſta parmæ dimenſione, non videntur eæ tanti, ut ſatis cauſæ fuerit Caſaubono, cur vocab. *τρίπεδον* præfixo aſteriſco ut corruptum notaret, & contra librorum omnium fidem nonniſi *ſeſquipedalem* ſtatuerint parmarum iſtarum diametrum. Nam quod ſi ſequiores nonnulli ſcriptores *breves parmulas* paſſim commemorant; non inde conſequitur, Polybii ætate & ſuperioribus temporibus tripedalem non fuiſſe velitum parmam. Et brevis utique hæc ipſa etiam parma erat, cum ſcuto comparata; (de quo vide cap. 23, 2.) ſed habebat tamen, ut ipſe Polybius docet, *ſatis magnam amplitudinem ad tegendum corpus, μέγεθος ἁρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν*, quod de ſeſquipedali menſura vix dici potuerit. conf. Reliq. ex lib. XXIX. 6, 1. & Liv. XLIV. 35, 19. Quod autem figuram *περιφερῆ*, id eſt, *rotundam*, *orbicularem*, parmæ tribuit Polybius, id non impedit, quo minus ab utroque latere incurvata fuerit, adeoque & tractatu fuerit facilior, nec nimium ſpatium in latitudinem occupaverit. Iam quod Livius XXVI. 4. ſcribit, *parmas velitibus in Capuæ obſidione breviores datas eſſe quam equeſtres*; non eſt quidem probabile, equitum parmas majores fuiſſe quam tripedales: quare nec in *iſtos ad Capuam velites* (quos & Valerius Max. II, 3, 3. *parvo tegmine munitos* ait, & Frontinus IV. 7, 29. *parmulis non amplis armatos*) valebit id, quod Polybius nunc ſcribit, *parmas velitibus fuiſſe tripedales*. Sed nimirum illud velitum genus, & is eorum uſus, quem tunc primum in Capuæ obſidione anno Vrbis DXLIII. repertum hi ſcriptores aiunt, ſingularis plane fuit, nec diu utique duravit; neque enim umquam poſt id tempus mentio ejuſdem uſus ulla, quod ſciam, in Romanorum hiſtoria occurrit. At jam longe ante id tempus (quemadmodum ad I. 33, 9. monuimus, & ex parte docuit Salmaſius de Re Milit. Romanor. cap.

Digitized by Google

cap. 16. Tom. X. Thes. Grævi, col. 1401 seqq.) in exercitu Romano fuerat illud militum expeditorum & leviter armatorum genus, quos προσφομάχους & προσφοφόρους Polybius, *velites* Livius aliique scriptores Romani adpellant. Et sane neque nomen, neque totum genus armaturæ velitum ad Capuam demum esse inventum, satis etiam Livius in ipsa narratione illius ad Capuam inventi lib. XXVI. c. 4. significat, cum aliis rebus, tum eo, quod *hastam*, quæ novo illi velitum generi data est, *ferro præfixam* ait, *quale hastis velitaribus inest*. Quibus verbis in memoriam revocat lectoribus id, quod de velitibus eorumque hastis in rebus anni Vrbis DXL. lib. XXIV. c. 34. dixerat, quæ cum eis conveniunt, quæ de hasta velitari Polybius hoc cap. vers. 4. scribit. Denique, ut ad *parmam* revertamur, quid multa? idem rursus Livius, multis annis post Capuæ obsidionem, in historia belli Romanorum cum Gallis, Asiam incolentibus, quod anno Vrbis DLXV. gestum est, de *velitibus* eorumque armis verba faciens, XXXVIII. 21. adcurate cum Polybio, & nominatim de *tripedalibus parmis*, conspirat. *Hic miles*, scribit, (& consentiunt codices omnes) *tripedalem parmam habet, & in dextra hastas, quibus eminus utitur: gladio Hispaniensi est cinctus: quod si pede conlato pugnandum est, translatis in lævam hastis, stringit gladium.* Quo magis miramur, passim viros doctos, (in his Nieuportium in Ritib. Roman. Sect. II. c. 3. n. 1.) citra dubitationem Casauboni sententiam sequentes, confidenter scripturam codicum Polybianorum corruptam h. l. pronunciasse; cum tamen ad Livii locum, modo laudatum, a nemine, ex eis quidem, quorum adnotationes Drakenborchius collegit, quidquam monitum reperiamus. Ceterum, quod post expositum istum ad Capuam usum velitum, XXVI. 4. adjicit Livius: *institutum, ut velites in legione essent*; quasi ante nulli prorsus fuissent, quos tamen & nomine & re exstitisse vidimus, & idem Livius ante id tempus XXI. 55. & XXIV. 34. diserte commemoraverat; Vers. 2.

id

id quale sit, quove pertineat, ipse viderit; nobis haud satis liquere profitemur.

Vers. 3. *Vers.* 3. προσεπικοσμεῖται δέ. Adparet, sive compilatoris culpa, sive librarii, excidisse nominativum ὁ γροσφομάχος, aut in eamdem sententiam alium — *Ibid.* λιτῷ περικεφαλαίῳ, *nuda galea*, i. e. *crista & cono carentem*, ut interpretatur Reiskius, & indicare videntur sequentia. Insolita autem ista nominis forma (in neutro genere) nescimus an diminutivi vice usus sit, quemadmodum *galericulos* velitum Frontinus dicit IV. 7, 29. aliâs sane consueta forma fœminini generis utitur, ut statim cap. 23, 8. περικεφαλαία χαλκῆ. — *Ibid.* ποτὲ δὲ λυκείαν. δὲ caret ed. Herv. & Lipsius cum msstis, excepto Aug. ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν ed. Casaub. & seqq. nescimus an cum Oporino & editione Veneta; certe sic Patricius. Sed καὶ omnes pariter ignorant nostri codices. Nisi particulum δὲ expressam codex Aug. exhiberet, posses (quemadmodum Casaubono primum in mentem venisse intelligimus ex ejus notatis ad oram Basil.) suspicari ᾧ ποτε λυκείαν, ut ᾧ a terminatione vocis præcedentis interceptum statueretur. Sed nil opus est, ut a codicis hujus lectione discedamus. — *Ibid.* προκινδυνεύοντες, *in obeundis prœliis. Occupantes pugnam* maluit Gronov. monens, emphaticum quid esse in hoc verbo, & velitum proprium munus esse τὸ προκινδυνεύειν. Est nempe *ante alios* (& nunc quidem, *ante signa*) *pugnare.*

Vers. 4. *Vers.* 4. τὸ δὲ τῶν γρόσφων βέλος. Rarum vocabulum, ὁ γρόσφος, & in Græcorum historia inauditum, quod nusquam, nisi in rebus Romanorum, ubi de *velitum hastis* sive *jaculis* agitur, frequentavit Polybius, & quod præter hunc vix ab alio scriptore usurpatum legimus excepto Plutarcho. A latino vocabulo *crispus* derivavit Salmasius de Re Milit. Rom. p. 1406. respiciens puto illud Virgilii: *Bina manu lato crispans hastilia ferro.*

Ibid. ἐξεληλαμένον. Sic Ernestus correxit in Lexic. Polyb. ἐξεληλασμένον cum editis omnibus dant Vrb. Aug.

Aug. & Med. Pari vero ratione VIII. 26, 6, dant ἐξελαθέντων Aug. & Med. pro ἐξελαθέντων. — *Ibid.* καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν. Sic Livius XXIV. 34. *velitum telum inhabile ad remittendum.* — *Ibid.* κοινὸν γίγνεται τὸ βέλος. Simile ratione, *elephantos*, Appianus ait, κοινοὺς πολεμίους, *communes hostes adpellari solitos*, Histor. Hispan. c. 47. Vers. 4.

CAPVT XXIII. Cap. XXIII.

Vers. 1. παντοκλίαν, *justa arma*. Laudat ad h. l. Gronovius Livii verba XXXVIII. 22. *quum levis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab justis armis exspectandum?* Vers. 1.

Vers. 2. ὁ ἡ Ῥωμαϊκὴ. Articulum ἡ, temere omissum in editione Casauboni, restituit Gronovius. Argumentum hujus capitis tractavit Lipsius lib. III. dial. 2. Vers. 2.

Vers. 3. ὁ δὲ μείζων ἔτι &c. Sententia haud obscura: verba non satis commode fluunt. Post μείζων levem distinctionem posuimus, quam ignorant editi & mssti nostri: alii fortasse malent post ὁ δὲ repositam. Pro ἔτι habent ἐστὶ Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* μοσχείῳ scripsimus cum Aug. monente etiam Reiskio. Sic vero jam Lipsius ediderat. Vulgo ceteri omnes μοσχίῳ. Vers. 3.

Vers. 4. σιάλωμα. Suidas, hunc ipsum Polybii locum, ut videtur, respiciens: Σιάλωμα, σιδηρᾶ περὶ φέρεια τοῦ ῥωμαϊκοῦ θυρεοῦ. — *Ibid.* Recte ἐξερείσεις edit. Hervag. & seqq. cum Med. Sic & Patricius. ἐξερήσεις Vrb. ἐξαιρήσεις Aug. Reg. D. Oxon. & sic in edit. Oporini esse ait Reiskius; nescio, quid in Veneta. — *Vers.* 5. De vocabulo κόγχος diligenter inprimis egit Henr. Stephanus in Indice Thes. græc. ling. — *Ibid.* σαρισσῶν. σαρισῶν Reg. D. ut sæpe aliàs alii codices. Vers. 4. 5.

Vers. 6. μάχαιρα. Sic scripti & editi, excepta ed. Hervag. quæ μάχαιραν habet, quod & Lipsius tenuit, hunc locum tractans lib. III. dial. 3. De *gladio* Romanorum, quem *Hispaniensem* adpellatum Polybius ait, vide Vers. 6.

quæ

quæ notavimus ad II. 30, 8. & confer alia ſcriptoris noſtri
Verſ. 7. loca ibi laudata. — *Verſ.* 7. *ἐξ ἀμφοῖν. ἐν ἀμφοῖν* unus Aug. in textu, ſed in marg. *ἐξ* ab antiqua manu.
Verſ. 8. 9. *Verſ.* 8. *ὁσσοί. ὅσσοι* Aug. & idem mox *ὅσσων*, contra aliorum uſum. De *pilo* vide Lipſium III. 4. — *Verſ.* 9. *Τῶν δ' ὁσσῶν οἱ μὲν* &c. Habet Suidas in Τοσός.
Verſ. 11. *Verſ.* 11. *οὗ τὴν ἔνδεσιν κατὰ τὴν χρείαν οὕτως ἀσφαλίζονται βιαίως.* Cum vulgo *καὶ τὴν χρείαν* præferrent omnes, Caſaubonus cum Lipſio verba iſta ſic latine reddidit, *cujus nexum uſionemque adeo firmant valide.* Quorum verborum vis quum non ſatis plana nobis videretur, accidiſſe h. l. ſuſpicabamur, quod ſæpe factum vidimus, (conf. Adnot. ad III. 23, 3.) ut particula *καὶ* cum *κατὰ* fuerit a librariis permutata. Sed, verum ut fateamur, veremur, ne præpropera nunc quidem iſta fuerit ſuſpicio. Certe phraſis *κατὰ τὴν χρείαν*, ſi ita ſcripſiſſe ſtatuamus Polybium, in iſta verborum connexione non ſignificaverit, *ubi uſus requirit;* ſed idem fere fuerit ac id quod mox ſequitur, *ἐν ταῖς χρείαις*, id eſt, *in conflictibus, in pugnis:* (nam ſic ex uſu Polybiano dictio illa *ἐν ταῖς χρείαις* erat interpretanda, non *inter utendum*, ut cum Lipſio & Caſaubono fecimus.) At nihil cauſæ eſt, cur putemus iſtam curam *firmandi nexum ferri cum ligno* tum demum adhiberi ſolitam, *cum inſtabat pugna;* quandoquidem nihil impediebat, quò minus initio ſtatim ita firmaretur nexus, & ſemper ita parata eſſent *pila*. Quare, donec certius & planius aliquid adferatur, revocatam interim librorum ſcripturam *καὶ τὴν χρείαν*, velimus, hac ſententia, *cujus inſertionem in lignum & uſum ita valide muniunt;* id eſt, *cui tantam curam adhibent, ut & firmiter ligno infixum maneat, & reliquum uſum operamque certam præſtet*, &c.

Ibid. ἕως μέσου, uſque ad dimidium ſui, ſcil. *ferri;* ut adeo nonniſi dimidium totius longitudinis ferri ultra lignum promineret. Bene autem monuit Lipſius, non tam tubum aut auliſcum cogitandum eſſe, cui immiſſum fuerit lignum, quam duas alas vel laminas ex ſolido ferro utrimque ad inſtar

Digitized by Google

instar furcæ vel forcipis exeuntes, quibus lignum ad dimidium usque suæ longitudinis (quandoquidem par erat longitudo totius ferri totiusque ligni) inserebatur. Cum commodam scripturam ἕως μέσου exhibuerit codex Reg. D. non opus erat, ut aut ἕως μέσων (scil. τῶν ξύλων) cum Lipsio corrigeremus, quam emendationem ceteroquin & Casaubonus in ora Basil. & Reiskius probarunt, aut vulgatam ἕως μέσου teneremus, quam utrumque defendi posse, adverbialiter sumta voce μέσου pro ἀνὰ μέσον vel ἐν μέσῳ, Reiskius existimaverat. Vers. 11.

Ibid. ἐνδέοντες. ἐνδιδόντες Vrb. Aug. Reg. D. Cum vulgata facit Med. & Oxon. — *Ibid.* ὥστε μὴ πρότερον. Carent μὴ Aug. & Vrb.

Ibid. καί περ ὄντα τὸ πάχος ἐν τῷ πυθμένι &c. πυθμὴν periade est, utrum fundum cavitatis intelligas, inter duas laminas sive alas interceptæ, cui insertum erat lignum, an basin coni illius vel pyramidis, quam referebat solidum ferrum, ultra lignum prominens. Quænam vero vis sit hoc loco particulæ καί περ, rursus fatemur nobis quidem non liquere; nisi fortasse ita intelligendum, *quamquam id quidem* (scil. ut frangatur ferrum) *vix fieri potest, quippe quod satis firmum est, & in imo ad unius digiti cum dimidio crassitiem habet.* Sed eodem pertinet, & simul hoc loco moneri a Polybio debuisse videtur id, quod Appianus docet in Epit. Rerum Gallicar. cap. 1. (Tom. I. operum edit. nostræ, p. 72.) *excepta cuspide molle fuisse reliquum pili ferrum;* ut nimirum, si scuto hostis impactum inhæreret, incurvaretur adeoque pondere ligni impediret hostem, non frangeretur: ne extrahi facile posset, hamus impediebat. conf. Cæsarem de Bello Gall. I. 25.

Ibid. τριῶν ἡμιδακτυλίων. In marg. interiori codicis Reg. D. recentiori manu scriptum ἑνὸς ἡμιδακτύλου.

Vers. 12. πτερύνῳ στεφάνῳ. Consentit Suidas in Πτερύνῳ. Nudis simplicibusque utplurimum galeis usos esse velites, supra dixit cap. 23, 3. De materia reliquaque forma galeæ & ibi, & hoc loco, (nisi a compilatore nonnulla Vers. 12.

Digitized by Google

Vers. 12. nulla prætermissa sunt) tacet; puta, quia & varia fuit, nec multum discedens a more Græcorum. Vnius ornatus meminit, galeæ impositi. *πτερίνῳ στεφάνῳ apice plumeo* vertit Lipsius lib. III. dial. 5. *serto pennaceo* Casaubonus. — *Ibid. μίλασιν ὀρθοῖς* recte edd. cum Med. Reg. D. Oxon. & ora Aug. antiqua manu. Corrupte *μελανοφθοῖς* Vrb. Aug. in contextu, & eodem modo Suidas.

Vers. 14. *Vers.* 14. *προατίθενται* Aug. Reg. D. Oxon. Oporin. *προσατίθεντο* Suidas in *Καρδιοφύλαξ*. *προατίθεται* ed. Hervag. & seqq. cum Med. Sic & Patricius, & Lipsius III. 6. *Ibid. πρὸ τῶν στέρνων* recte edd. omnes, Med. Aug. Suid.

Vers. 15. *Vers.* 15. *ἄλυσ. περιτιθ. θώρακας. ἀλυσιδωτοὺς χιτῶνας περιετίθεντο περὶ τοὺς θώρακας.* Suidas.

Vers. 16. *Vers.* 16. *ἀντὶ τῶν ὑσσῶν οἱ Τριάριοι δόρατα φορροῦσιν. pro pilis Triarii hastas gerunt.* Vide Liv. VIII. 8. & 10. & Duker. ad c. 8, 10. Polyb. II. 33, 4. ubi perperam *pila* pro *hastis* nostra interpretatio habet, ut monuimus in Adnot. Confer Lipsium III. 6.

Cap. XXIV. CAPVT XXIV.

De toto hoc capite conf. Lipsium II. 8. & II. 2.

Vers. 3. *Vers.* 3. *ταξιαρχῶν.* In hanc formam consentiunt libri, quæ est a sing. *ὁ ταξιάρχης*, quamquam & præcessit modo & mox sequitur *ταξιάρχους*, a singulari *ὁ ταξίαρχος*. Habent enim hoc (ut jam aliàs monere me memini) nomina substantiva ex verbo *ἄρχω* composita, ut promiscue duplici ista forma, altera primæ declinationis, altera secundæ, frequententur. Sic *ἵππαρχος* & *ἱππάρχης*, aliaque similia. *Ibid. καὶ προσένειμαν. καὶ ἔνειμαν* ora Reg. D.

Vers. 4. *Vers.* 4. *τοὺς ἐπιβάλλοντας κατὰ τὸ πλῆθος, ἴσους ἐπὶ πάντα τὰ μέρη διένειμαν. convenientem numerum, pro ratione multitudinis, per omnes illas partes æquabiliter distribuebant.* Possis *ἴσως* pro *ἴσους* suspicari; sed & hoc locum tueri posse videtur. Cuique manipulo, hastatorum, principum, triariorum, ratum numerum velitum ait fuisse attributum; neque adeo proprios velitum manipulos, nec

pro

Digitized by Google

próprios centuriones fuisse. Præter Lipsium II. 2. confer Franc. Patricium p. 887. & 912 sqq. Hinc in præliis, post- Vers. 4.
quam in hostem procurrissent velites, sagittasque suas conjecissent, per intervalla aciei ad suos quique manipulos se recipiebant. Quare *velitum στεῖραι*, quas commemorat Polyb. XV. 9, 9. non tam interpretandi erant *manipuli*, (quia propria vexilla velites non habebant,) quam *globi velitum*, quorum globorum quisque suo manipulo alias erat adtributus, sed nunc omnes relictis suis manipulis ante signa evolabant. Adde quæ de *velitibus* rursus notamus ad VI. 31, 11. & 35, 5.

Vers. 5. *τάγμα καὶ στεῖραν καὶ σημαίαν.* Hinc Suidas Vers. 5.
in Σημαία. Σημαία, στεῖρα, τάγμα, ταὐτόν ἐστιν &c. Nempe sic Polybius promiscue tribus istis vocabulis uti solet, pro Romanorum *manipulo*: & hac notione constanter illa nomina frequentat, quamvis apud alios græcos scriptores passim *τάγμα legio sit Romana*; & *στεῖρα cohors*. Vide Lexic. Polyb. *Legionem* Polybius constanter *στρατόπεδον* adpellat. Pro *cohorte* nullum novit græcum nomen: *τρεῖς στείρας* ait lib. XI. c. 23, 1. *τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις Κοόρτις*. id est, *corpus militum tribus manipulis constans, apud Romanos Cohors adpellatur*. Quod vero eodem libro, cap. 33, 1. codices nostri omnes post verba *ἐπὶ τέτ[αρας κοόρτις* addunt *τοῦτο δ' ἐστὶ στεῖρα*, id constanti usui scriptoris nostri adversatur, & manifeste adfutum est sive a librario sive ab ipso compilatore horum Excerptorum; qui græcum nomen, quo sequiores scriptores usi sunt pro Romanorum *cohorte*, adnotare commodum duxerat; (quemadmodum etiam apud Suidam *Κοόρτις* exponitur *Ῥωμαϊκὴ στεῖρα*;) aut qui fortasse verba illa Polybii, paulo ante ex lib. XI. c. 23. citata, perperam erat interpretatus, & id, quod Polybius de *corpore militum tribus στείραις constante* dixit, (*adpellari illud apud Romanos cohortem*,) de *singulis στείραις* acceperat, idque hoc loco in memoriam revocare voluerat lectoribus.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. παθῶν τι. τὶ carent Aug. & Reg. D. — *Ibid.* τῆς πολεμικῆς χρείας οὐκ ἐκδεχομένης πρόφασιν. *quoniam res bello gerendæ* (vel *miniſterium bellicum*) *non admittit cauſationem, exceptionem, excuſationem.* In proverbio erat apud Græcos: ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις, ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει, de quo vide Eraſmum in Adag. & Suidam in Ἀγών.

Verſ. 8. 9. *Verſ.* 8. ἡγεμονίαν. ἡγεμονείαν Aug. — *Verſ.* 9. ἐξ ἀκεραίου. Temere ἐξ omiſit Hervag. Adjecit Caſaub. conſentientibus mſstis.

Cap. XXV. CAPVT XXV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἴλας, ἔλας Aug. Et mox εἰλάρχας Vrb. & Aug. Perraro IO. HENR. BOECLERVS in Lectionibus Polybianis manuſcripti codicis Auguſtani ad lectionem codicis nonnihil de ſuo adnotavit. Sic autem ille ad hunc locum: Vocem ἴλας & ἰλάρχας mſc. ſemper per diphthongum ſcribit, ἔλας, εἰλάρχας. Gloſſæ græcolatinæ ἔλη, *globus, acies, ala, cohors;* εἰληδὸν, *turmatim.* Homerus Iliad. B′ verſ. 93. ἰλαδὸν, quod poëticum agnoſcit Pollux lib. IX. c. 8. Ceterum Euſtathius ad hunc Homeri locum diverſam ſcripturam exponit: πρωτότυπον τοῦ Ἰλαδὸν ἡ ἴλη, ὃ σημαίνει τὴν τάξιν. καὶ παλαι μὲν καὶ ἡ ἴλη καὶ τὸ ἰλαδὸν διὰ τῆς ει διφθόγγου εἶχε τὴν ἄρχουσαν, ὡς ἀπὸ τοῦ εἰλῶ, τὸ συστρέφω. ἐξ οὗ καὶ τὸ τέλειον. ὕστερον δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν τῷ ι αὐτοῖς ἡ γραφή. Videtur duplex ſcriptura a diverſa etymologia repetenda: dum ἔλην alii ab εἰλῶ, ut Euſtathius notat, deducerent; alii ἴλην a Theſſalo quodam, cui nomen Ἰλέων, [ſive Ἰλεών,] dictam putant; ut eſt apud Aelianum in Tacticis c. 43." — Hæc de ſcriptura hujus nominis Bœclerus. Polybiani codices, ut paſſim monuimus, frequenter ἔλη præferunt. Lipſium, vocabulum ἴλην primitus pro eodem cum Latinorum *ala* habentem, (de Milit. Rom. II. 6.) carpit Arcerius ad Aeliani Tact. c. 43. Vndecumque derives, certum eſt, vocabulum ἴλη vel ἔλη & hoc loco & pæne conſtanter, cum apud Poly-

Digitized by Google

Polybium, tum apud alios scriptores, qui res Romanas græco sermone perscripserunt, non tam *alæ* Romanorum, quam *turmæ*, respondere. Synonymum ἴλης est οὐλαμός, cap. 28, 3. 29, 3. &c.

Vers. 3. Ὁ δὲ καθοπλισμὸς &c. De *armatura equitum* vide Lipsium III. 7. — *Ibid.* πρῶτον μέν. Abest μὲν Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. Vers. 3.

Ibid. ἀλλ' ἐν περιζώμασιν ἐκινδύνευον. Casaubonus: *sed in campestribus pugnabant:* & in eamdem sententiam ante eum Lascaris, *in subligaculis.* Contra Lipsius: *in veste succinctis pugnabant.* Nam „quis credet, inquit, nudos eos & campestri solo tectos pugnasse?“ — At, *nudos pugnasse,* (γυμνοὺς) ipse mox Polybius sequenti versu diserte scribit: quod quidem non respectu togæ vel trabeæ intelligendum, sed respectu *thoracis.* Itaque hoc dicit: *pro thorace, equites Romanos nonnisi campestribus vel subligaculis olim fuisse præcinctos;* quod non impedit, quo minus simul trabea indutos statuamus. Eodem pertinet, quod Suidas habet: Περιζώματα· τὸ ὑπὸ (περὶ malim) τὰ αἰδοῖα σκέπασμα. γυμνῶν μαχομένων τῶν Ῥωμαίων ἐν τοῖς περιζώμασι. ubi non alium, nisi hunc ipsum Polybii locum in mente habuisse videtur grammaticus; & delendam putemus distinctionem, quam post σκέπασμα vulgo inseruerunt. Pari vero ratione scriptor noster II. 9, 3. ubi Illyrios *sine armis,* specie aquandi, Dyrrhachium ingressos dicere voluit, αὐτοῖς τοῖς περιζώμασι, *solis campestribus* ait *succinctos fuisse.*

Vers. 4. καταβαίνειν καὶ ταχέως ἀναπηδᾶν. καταβαίνειν ταχέως καὶ ἀναπηδᾶν voluit Reiskius. Vers. 4.

Vers. 5. καθ' ἕνα μὲν ἦ λεπτά. Sic Casaubonus ex ingenio, ut videtur, correxit. καθὰ μὲν γὰρ λεπτὰ ed. Oporin. & Hervag. & cod. Med. quod ferri poterat, si sequeretur ἐποίουν, non τοιοῦντες. Sic Lascaris: *quia enim graciles eas faciebant.* καθὰ μὲν ἦ λεπτὰ vel ἦ λεπτὰ Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. Lectio Casauboniana exhibetur in textu Polybiano, qui insertus est Franc. Patricii Libello Vers. 5.

Digitized by Google

Vers. 5. de Re Milit. Roman. in Thes. Græv. T. X. p. 893. nescimus, utrum quod ita auctor in edit. Veneta invenerit, an quod ab interprete, qui ex italico idiomate librum Patricii in latinum sermonem convertit, aut ab editore Thesauri, Græ-vio, emendatio illa Casauboni in locum veteris lectionis fuerit substituta.

Ibid. κλαδαρά. Rarioris usus & dubiæ quodammodo significationis vocabulum. Quo minus mirum, & tenta-tum & corruptum alicubi esse a librariis. Nam sicut h. l. in cod. Reg. D. super κ superscripta est litera π, ut sit πλα-δαρὰ, sic in fragmento Polybiano apud Suidam (nobis Fragm. Polyb. Grammat. n. CVI.) unice legitur δόρυ πλα-δαρόν. quod vix ferendum & manifeste corruptum videtur; nam πλαδαρὸν est *humidum*, *madidum*, quod quo pacto ad hastam pertineat, haud adparet. Κλαδαρὰ δόρατα *fragi-les hastas* interpretatus est Budæus, a κλάω, *frango*, unde & latinum *clades* derivatum videtur; *vibratiles* Lascaris, & *tremulas* Casaub. cum Lipsio, quibus favet Hesychius, κλαδᾶσαι, σεῖσαι exponens, & κλαδεῖ, σείει, κινεῖ, & κλαδαρόμματοι, εὔσεισοι τὰ ὄμματα. Est nempe κλαδάω, ex usitata literarum λ & ρ permutatione, idem quod κρα-δάω, & κραδαίνω, quæ eamdem vim habent. Eodem ep-theto, de *hastis equitum* loquens, usus est Leonidas Taren-tinus in Epigr. 47. T. I. Anthol. p. 232. ed. Brunck. κλαδα-ραὶ κάμακες, nam κάμακες sunt δοράτια ἱππικά, ut docet Hesychius.

Ibid. καὶ πρὸ τοῦ γε. καὶ abest ed. Hervag. & codd. Aug. & Reg. D. Hinc Reiskius τοῦ τε pro τοῦ γε scribendum censuit; sed in γε consentiunt omnes. Abest etiam καὶ ab Vrb. nisi adnotare neglexit Spalletus. Adjecit Casaub. ne-scimus, ex conjectura-ne, an ex msstis. Videntur particu-lam eam agnoscere codd. Med. & Oxon. e quibus certe nullam discessionem a contextu Casauboniano adnotavit Gronovius. Habet eamdem partic. contextus apud Patri-cium.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 6. μετὰ δὲ ταῦτα κλαθέντων, λοιπὸν ἦν ἄπρακτα ἐκείνοις καὶ μάταια. *deinde fractæ, nulli amplius uſui illis erant.* Exſpectaſſes κλαθέντα, ſed ita ſolet Polybius genitivis participiorum uti, abſolute poſitis; de quo uſu diximus ad IV. 49, 1. Verſ. 6.

Verſ. 7. τόν γε μήν. τὸν δὲ μὴν Reg. D. Oxon. — *Ibid.* τοῖς ὀμφαλωτοῖς τοπάνοις. Pollux II. 170. μεσόμφαλοι καλοῦνται πλακούντων τι εἶδος. *Meſomphali*, id eſt *umbilici formam in medio referentes, vocantur placentarum quædam ſpecies.* Nec tamen hoc nomen inter illa bene multa placentarum nomina reperitur, quæ ab Athenæo collecta ſunt in Deipnoſoph. lib. IX. p. 649 ſqq. — *Ibid.* οὔτε πρὸς τὰς ἐπιβολάς. conf. verſ. 10. — *Ibid.* διὰ τὸ μὴ στάσιν ἔχειν. — „στάσις eſt *rigida conſiſtentia, durities cutis.“* REISK. — *Ibid.* καὶ πρότερον ἦσαν. καὶ πρότερον ὄντες ſuſpicati eramus. — „πρότερον, antequam madefierent. νῦν, toties quoties madefacta & reſoluta ſunt.“ — REISKIVS. Verſ. 7.

Verſ. 10. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος. Perperam vulgo Ὁ δ' αὐτὸς ὁ λόγος edd. cum Med. & Vrb. Delevi alterum articulum cum Aug. Reg. D. Oxon. Oporin. & Patric. — *Ibid.* πρὸς τὰς ἐπιβολὰς καὶ πρὸς τὰς ἐπιθέσεις. Lipſius, *in aggreſſione & oppoſitione.* Caſaubonus, *& cum ictus inferuntur, & cum hoſtis invaditur.* Vidimus aliâs, ἐπιθεσιν eſſe *ſubitam invaſionem e proximo, ex inſidiis*, & opponi προσβολῇ, *adgreſſioni manifeſtæ per apertam vim*, I. 57, 3. & *juſtæ pugnæ, ex compoſito utrinque commiſſæ*, I. 74, 13. Adde I. 58, 4. III. 67, 1. Hoc vero loco recte adnotaſſe REISKIVS videtur, (cum ad hunc ipſum verſum, tum ad verſ. 7.) ἐπιβολὰς eſſe *tela miſſilia, quæ eminus injiciuntur*, ut ſaxa, ſagittæ, pilæ; ἐπιθέσεις autem *tela quæ cominus infiguntur ſcuto*, eique innituntur, idque ſtudent perforare, ut haſtæ & gladii: eſſe itaque illa, τὰ ἐπιβαλλόμενα βέλη; hæc, τὰ ἐπερειδόμενα. Verſ. 10.

Ibid. ἑστηκυῖαν καὶ τεταγμένην ἔχουσι τὴν χρείαν. *firmum certumque præſtant uſum.* ἑστηκὸς idem eſt ac στάσιν

Digitized by Google

ὄχλον verſ. 7. Eademque fere vis eſt vocabuli τετυγμένος, quod, prorſus ut hoc loco, ſic VI. 57, 2. opponitur τῷ ἀστάτῳ, ei quod *incertum* & *inſtabile* eſt: quare ſolicitari a Reiſkio non debuit.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. μεταλαβεῖν. μεταβαλεῖν ſolus Aug. Vide IV. 74, 1. & ibi notata. — *Ibid.* καὶ Ῥωμαῖοι. Particulam καὶ, familiarem Polybio in hujuſmodi connexione, inſeruimus cum Vrb. & Aug. De Romanorum prudentia in adſciſcendis optimis quibuſque inſtitutis atque inventis populorum devictorum, confer quæ habet Athenæus Deipnoſoph. lib. VI. p. 273. laudatus ad hunc locum a Caſaub. in ora Baſil.

Cap. XXVI.

CAPVT XXVI.

Verſ. 1 ſq. *Verſ.* 1. Pro οἱ χιλίαρχοι καὶ ταῦτα παραγεν. haud ſatis ſane idonea de cauſa οἱ στρατηγοὶ καὶ τἆλλα πραγν. ſcriptum voluit Reiſkius. — *Verſ.* 3. τὸ μέρος τῶν συμμ. Mendoſe τόπος τῶν συμμάχων Reg. D. Oxon.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. παραγίγνονται δὴ πάντες. Ante Erneſtum verba hæc a præcedentibus, interpoſita majori diſtinctione, nullis adhibitis parentheſeos ſignis, diremta erant: unde hiatus oriebatur in oratione, quem Pœſchelius adjecto in fine verſ. 2. poſt ὑπὸ τῶν ὑπάτων verbo παραγίνονται ſupplendam putavit. Et Scaliger monuerat, deeſſe verbum συνέρχονται aut aliud ſimile. Nunc, poſtquam verba τάττει δὲ & quæ ſequuntur, monente Reiſkio, parentheſi inclusa ſunt, ſatis liquida progreditur oratio: & intélligo, ex Polybii uſu, (de quo diximus ad II. 37, 3. & ad loca ibi citata) ne opus quidem fuiſſe particula δὴ ſubſtituta in locum particulæ δὲ, quam eamdem δὲ particulam revocatam velimus & auctori reſtitutam.

Ibid. πλὴν ὀρνιθείας καὶ τῶν ἀδυνάτων. Aulus Gellius Noct. Attic. XVI. 4. ex Cincii libro V. de Re Militari exceptiones recenſet, quæ abſentiam militis eo die, qui præfinitus erat, excuſabant; in his ſunt: *morbus ſonticus; auſpicium ve quod ſine piaculo præterire non liceat; ſacrifi-*

Digitized by Google

crificiumve anniversarium quod recte fieri non posset, nisi ipsus eo die ibi sit &c. ἀδύνατα proprium nomen est, quo apud Græcos designabantur *excusationes legitimæ, cur quis abesset aut muneribus demandatis fungi non posset:* de cujus vocab. usu conf. Reiskii Indicem græc. Demosth.

Vers. 5. Locum de *Præfectis sociorum* ex Polybio excerpsit Suidas in Πραίφεκτοι. Quod si vera est nostra conjectura, προβεβλημένοι μὲν ὑπὸ τῶν συμμάχων, accipietur verbum προβάλλεσθαι ea notione, quam apud Demosthenem notavit Reiskius in Indice græcitatis Demosth. *proponere aliquem, edito nomine commendare.* De re confer ad cap. 21, 5. Vers. 5.

Vers. 7. τὸ μὲν τῶν πεζῶν πάρισον, *peditum numerum parem:* nempe, demtis eis qui inter *extraordinarios* referuntur, ut docet cap. 30, 2. quos si addas, dicendum fuerit peditum numerum sociorum plerumque quinta parte majorem fuisse numero civium Romanorum. conf. mox vers. seq. Vers. 7.

Ibid. τὸ δὲ τῶν ἱππέων τριπλάσιον. Sic ed. Casaub. & seqq. in græco contextu, cum Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. ora ed. Herv. & ora cod. Med. Quam scripturam merito contra Lipsium II. 7. & Casaubonum, qui in versione alteram secutus est, defendit Gronovius. Nam eodem modo Polybius III. 107, 12. nisi quod ibi addit ὡς ἐπίπαν, *ut plurimum:* τὸ δὲ τῶν ἱππέων (πλῆθος) ὡς ἐπίπαν τριπλάσιον. Nec dissentit VI. 30, 2. ubi, cum τὸ δὲ τῶν ἱππέων διπλάσιον ait, id est, *equitum duplum numerum*, diserte, quo pacto hoc dicat, declarat, nempe *postquam de universo numero equitum sociorum demta est tertia pars, quæ Extraordinariis adscribitur.* Quod vero apud Livium XXII. 36. legimus, *socii duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent;* & si qua sunt alia Livii aut aliorum scriptorum in eamdem sententiam loca; non inde consequetur, tribus in locis falsum esse Polybium, aut in falsam scripturam conjurasse Polybii librarios; sed ad singulares casus pertinebunt ea loca, quæ Polybio adversarii videntur: nec

Digitized by Google

enim constans semper fuit ratio, quemadmodum perspecte Drakenborchius & Dukerus ad Liv. XXXVIII. 35, 9. & ad XL. 36, 6. docuerunt.

Vers. 10. *Vers.* 10. *εὐτρεπῶν* ed. Casaub. & seqq. cum Vrsin. Vrb. Reg. D. & Oxon. Sic & apud Patric. in Thesaur. Græv. sed *εὐπρεπῶν* Lipsius cum ed. Herv.

Ibid. *Θεωρήματος ἁπλοῦ περὶ τὰς παρεμβολὰς*, *una, simplex & constans ratio disponendarum copiarum.* *Θεώρημα* eadem notione dicit ac *Θεωρίαν* cap. 42, 6. & alibi. conf. Adnot. ad VI. 6, 7. *παρεμβολὰς* vulgo *castrametationem* interpretantur; qua notione quidem sequentibus capitibus, & aliàs, frequentatur hoc vocabulum: sæpe etiam idem prorsus valet ac *τὸ στρατόπεδον*, *ipsa castra.* Sed nec raro *aciem*, & *aciei institutionem*, *aciei rationem* denotat. Nempe latius patet hoc nomen, & generatim omnem *collocationem* vel *dispositionem* significat: & hoc quidem loco ex nexu atque filo orationis fit manifestum, ea notione accipi, quæ & ad *πορείαν*, & ad *στρατοπεδείαν* & ad *παράταξιν* pertineat, effeque *ordinationem*, *dispositionem*, *collocationem exercitus sive in agmine, sive in castris, sive in acie.*

Vers. 11. *Vers.* 11. *καὶ παρατάξεως.* *Aciei instruendæ rationem*, Romanis usitatam, breviter se explicaturum hoc libro pollicetur Polybius. Cujus tractationis proprius locus erat in fine cap. 42. Sed eam partem amputavit compilatorum Excerptorum. Neque vero fuse admodum locum istum hoc libro tractasse Polybius videtur; quandoquidem in historiarum suarum cursu sæpius occasionem habuit, aciei Romanæ rationem adcurate exponendi. Ab hac tractatione autem diversi erant, & libro separatim edito comprehensi *Commentarii Tactici*, ad quos provocat lib. IX. cap. 20. e quibus Fragmenta nonnulla, quæ supersunt, collegimus in Testimoniis Veterum de Scriptis Polybii, T. V. nostræ edit. p. 24 sq.

Vers. 12. *Vers.* 12. *τῶν ἔργων.* Nescimus quid voluerit debuerit ve Vrb. in quo est *διὰ τῶν ἔργων.* Sic & in Aug. sed ibi pun-

Digitized by Google

punctis inferne ut ſpuria notatur particula διά. In ora edit Hervag. eſt διὰ τῶν δυνάμεων ἢ διὰ τῶν ἔργων. — *Ibid.* ἑνὸς τῶν ἀξίων. Exſpectaveramus ἑνὸς τῶν μάλιστα ἀξίων, aut aliquid ſimile.

CAPVT XXVII. Cap. XXVII.

Verſ. 1. ἀεὶ tenuimus ex edit. Erneſt. Et ſic ed. Herv. & Aug. αἰεὶ edit. Caſaub. & Gronov. cum Reg. D. & aliis. De *Caſtrorum forma & diſtributione apud Romanos*, præter Lipſium lib. V. dial. 2. & ſeqq. conſulendæ Herm. Schelii Notæ ad hanc Polybii diſputationem, in Theſauro Antiq. Romanar. Græviano, Tom. X. col. 1148 ſqq. Verſ. 1.

Verſ. 2. σημείας. Perperam σημείας vel σημίας Vrb. nunc & deinde. — *Ibid.* τετράπλεθρον. τετράπλευρον Aug. & hoc alteri lectioni ſuperſcriptum in Reg. D. imperite; nam *quadratum* eſſe locum, modo dixerat: nunc menſuram totius areæ declarat, quæ *quatuor* fuit *jugerum*. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἀεί. αἰεὶ Reg. D. Oxon. — *Ibid.* παραβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα, *collocantur Romanæ legiones*. Proprium quidem in hac re verbum παρεμβάλλειν eſt, ſive de acie, ſive de collocatione in caſtris agatur, (conf. c. 28, 2. 29, 6 & 8. &c.) non παραβάλλειν. Sed habemus pariter παραβάλλειν I. 40, 7. Nec male utrobique. Nam παρεμβάλλειν proprie *de ſingulis partibus exercitus* uſurpatur, quæ reſpectu aliarum partium certo quodam modo collocantur, & illis ſive adjiciuntur ſive interſeruntur: *de toto exercitu*, (ut h. l.) aut de parte quadam copiarum quæ *per ſe* locatur, *ſeorſim ab aliis*, (ut I. 40, 7.) commodius παραβάλλειν dici videtur. Verſ. 3.

Verſ. 4. δυοῖν ſcripſi cum Aug. Med. Reg. D. Oxon. δυεῖν edd. quemadmodum & alibi nonnumquam codices nonnulli Polybiani habent; velut c. 32, 8. 46, 7. 57, 2. conf. Suid. in Δυεῖν, ſive Fragm. Polyb. Grammat. n. XL. Sic & paſſim apud alios ſcriptores, ſine certa lege, ut monuerunt Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 33. l. 11. & Du- Verſ. 4.

Digitized by Google

Vers. 5. kerus ad Thucyd. IV. 8. Attamen constanter fere apud Polybium optimi quique codices in *δυεῖν* consentiunt. — *Ibid. στρατοπέδων ὄντων* &c. Terminationibus istis pluralis numeri in Reg. D. superscripta terminatio dualis *ον*, recenti quidem manu, & sane citra necessitatem. — *Ibid. μεθ' ἑκατέρου. μεθ' ἑκατέρῳ* ed. Gron. & Ern. operarum errore.

Vers. 6. *Vers.* 6. *πρὸς τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν.* Non debuit Schelium turbare particula *ἐντὸς*, quam ex *ἐντὸν* corruptam suspicatus est: nec enim *ἐντὸς* nunc dicit Polybius respectu reliquorum castrorum, de quibus nullum verbum adhuc fecit, sed respectu areæ illius in qua est prætorium; ut sit *ἡ ἐντὸς ἐπιφάνεια* illa ipsa pars, quæ ab area prætorii & a *τῇ προκειμένῃ τοῦ τετραγώνου πλευρᾷ* spectat versus reliqua castra & versus tentoria legionum, de quibus mox dicet. Comma vero, quod post *ἀπεστραμμένην* vulgo ponunt omnes, rectius tolletur. Post *αἱ δὲ σκηναὶ* comma inseruimus, non alio consilio, nisi ut indicaremus, ab istis verbis cogitatione separanda esse ea quæ sequuntur, quæ in Ernestina editione, posito commate post *σχήματος*, cum superioribus conjuncta erant.

Ibid. ἢ νοείσθω. ἢ σοι ἔστω ed. Oporin. & Hervag. *ἢ σοι δόξω* Med. in textu, & Aug. in ora. *ἢν οἰέσθω* Vrb. Aug. Oxon. & ora Herv. & ora Med. Sic & fuerat in textu Reg. D. sed ibi ab alia manu deleta est litera *ν*, ut sit *ἢ οἰέσθω*. De veritate emendationis Casauboni nemo puto dubitabit. Eodem verbo *νοεῖν* pari modo utitur Noster II. 11, 7. *ἢν δεῖ νοεῖν ὡσανεὶ βάσιν.* & VI. 32, 6. *οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν πλὴν* &c.

Ibid. τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. Eam partem castrorum, quam spectant tribunorum tentoria, (si nempe cogitatione progrediaris ab area prætorii, & ab ejus centro, quod erat primum punctum datum positumque,) monet nunc Polybius, *& a lectore cogitari debere & a se adpellatum iri frontem* (sive *anteriorem partem*) *castrorum*: idque iterum monet & signate repetit cap. 29, 7. Nem-

Digitized by Google

Nempe, ut perſpecte docuit Schelius, intelligi debet, hoc nonniſi docendi cauſa ita poni a ſcriptore noſtro, ea fine, ut faciliori commodiorique opera juſtam notionem formæ caſtrorum animo informare poſſet lector: ceterum, dum id ita monet Polybius, ſatis ipſe ſignificat, eamdem partem aliâs non ut *frontem caſtrorum* ſolere cogitari, neque ita adpellari. Nempe agitur de ea parte caſtrorum, quæ *portam* ſpectat *decumanam*, quæ (in ſimplicibus quidem caſtris) poſterior porta erat, in tergo caſtrorum, in latere ab hoſte averſo: cui portæ oppoſita erat in altera parte, quæ proprie frons caſtrorum & habebatur & nominabatur, *porta prætoria*, haud procul eo loco, quo nunc prætorium ait eſſe intelligendum. Confer cap. 32, 6-8. & ibi notata. Verſ. 6.

CAPVT XXVIII. Cap. XXVIII.

Verſ. 2. ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, *lineæ ex illo puncto ad rectos angulos ductæ.* Videtur in græcis deſiderari particìpium reſpondens latino verbo *ductæ*. σημεῖον cum Caſaubono, ex mathematicorum uſu, *punctum* intelligo, nempe punctum ſectionis: nec video, quid juvet Reiſkii conjectura, qui ἀπὸ τοῦ ὑπάτου σημείου ſuſpicatus eſt, & σημεῖον intelligit σημαίαν illam, quæ c. 27, 2. commemorata eſt. Scaliger in hanc ſeriem collocanda verba ſtatuit: διχοτομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθείαν πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου τοὺς ἱππεῖς &c. Verſ. 2.

Verſ. 3. τετράγωνον. Corrupte δίγωνον Vrb. Aug. Oxon. Reg. D. quod ex δ'. γωνον (per notam numericam ſcripto) ortum videtur. — *Verſ.* 4. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολύ. ὡς δ' ἐπὶ πολὺ Med. Verſ. 3.

CAPVT XXIX. Cap. XXIX.

Verſ. 1. Γενομένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς. Satis lucide fluere videtur oratio. Gronovius tamen Γενομένης διὰ τῆς legendum cenſuit, quia aliâs nuſquam, ut ait, inve- Verſ. 1.

Digitized by Google

invenitur, quo respiciant verba illa, quae sequuntur, *βύμης τινὸς ἐπιπαρσίου.*

Vers. 2. 4. *Vers.* 2. *ἐπὶ τὸ μῆκος. ἐπὶ τὸ μῆκος δὲ παραμβεβλημένων* ed. Herv. cum Aug. Reg. D. Oxon. quod nescimus quo pacto ferri posse putaverit Reiskius. Nempe in eisdem libris, qui ita habent, post *οὐλαμῶν* inserto puncto perperam terminatur superior oratio, quasi nova verborum periodus inciperet a verbis *ἐπὶ τὸ μῆκος*. Ea res occasionem dedit inserendae conjunctioni, quae neutiquam erat hujus loci. Ex codice Vrb. nullum diffidium ab edit. Herv. notavit Spallettus noster, nec Casaubonus in ora Basil. Sed postquam conjunctio ejecta est a Casaubono, nullum dissensum codicis Med. a textu Casauboniano notavit Gronovius in collatione illius codicis. In Reg. D. particula δὲ lineis superne inferneque adpositis ut spuria notatur. — *Vers.* 4. *ἡμίσεις ὡς ἐπίπαν.* Sic etiam correxit Scaliger.

Vers. 5. 7. *Vers.* 5. *βάθους.* Perperam *βάρους* Reg. D. in contextu, & Oxon. Et aliàs quoque permutata illa nomina a librariis vidimus. — *Vers.* 7. *νευόντων. κελευόντων* Reg. D. sed vera lectio in marg. ab alia quidem manu. — *Ibid. καὶ τὰς εἰσβολὰς* (scil. *τῶν βυμῶν*) idem sonat ac *τὰς ἀρχὰς, aditus*, vel potius *ingressus*, id est, *initia viarum.* — *Ibid. ἑκατομπέδου. ἑκατονπέδου* Aug. *ἑκατονπόδου* Reg. D. Oxon. *Ibid. ὑπεδέμεθα κατὰ πρόσωπον* &c. Vide c. 27, 6.

Vers. 8. *Vers.* 8. *βλέποντα.* Ad *σχήματα* hoc erat referendum, ut vers. 3. *συμψαυόντων μὲν τῶν σχημάτων, βλεπόντων δ' ἄμπαλιν* &c. Ex sequenti voce *συμψαύοντα* litera *σ* adhaesit voci *βλέποντα.* — *Ibid. τιθέντες* recte edd. & Med. Perperam *τίθεντας* Vrb. Aug. Reg. D. Oxon.

Vers. 9. *Vers.* 9. *καὶ κατὰ τὸ μῆκος.* Teneri non incommode conjunctio posse videtur: *aequales sunt etiam quoad longitudinem*, scil. quemadmodum quoad latitudinem.

CAPVT

CAPVT XXX.

Cap. XXX.

Verſ. 1. *ἀντίους παρεμβ. τούτοις.* Perperam *τούτους* ed. Caſaub. & Gronov. cum Vrb. *τούτοις* reſtituit Ern. quod erat in ed. 1. & msstis omnibus excepto Vrb. Verſ. 1.

Verſ. 2. In *προεῖπα* conſentiunt omnes. In uno Aug. ab alia manu mutatum in *προεῖπον*. Reſpicit autem cap. 26, 7. — *Ibid. διπλάσιον.* Vide Adnot. ad c. 26, 7. Verſ. 2.

Verſ. 5. *ἀφιστᾶσι* recte edd. cum Med. *ἀφίστησι* Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. Conf. c. 31, 11. Verſ. 5.

Verſ. 6. *παρὰ τὰ πέμπτα.* Ex notæ numeralis uſu facile accidere potuit, ut *πέντε* pro *πέμπτα* a librariis ſcriberetur. Quod ſi tenaciter tueri *πέντε* volueris, intelliges, *quia per quinque utrimque ordines media tranſit illa via.* Verſ. 6.

CAPVT XXXI.

Cap. XXXI.

Verſ. 1. *τῆς τοῦ στρατηγίου περιστάσεως.* Sic verſ. 7. omnes ſcripti & editi *τὴν τοῦ στρατηγίου περίστασιν*, ruſuſque cap. 41, 2 ſq. Eſt autem *ἡ τοῦ στρατηγίου περίστασις tota illa area quadrata*, ducentos pedes quaqua verſus patens, *in qua area eſt prætorium* ſive *imperatoris tentorium*. cf. c. 27, 2. — *Ibid.* Ad *τῇ τε ταμίᾳ καὶ ταῖς ἅμα τούτῳ χορηγίαις* deeſſe fortaſſe verbum *ἀνεῖται* ſuſpicatus erat Caſaub. in ora Baſil. Sed nil abeſt. Eadem verborum ſtructura c. 27, 5. *ἵπποις ἅμα δ' ὑποζυγίοις τόπος.* Verſ. 1.

Verſ. 2. *ἐφ' ἑκάτερα* ſcil. *τὰ μέρη, in utramque partem, utrimque.* Sic bene codex Bav. III. 72, 9. *τοὺς δ' ἱππεῖς διελὼν ἐφ' ἑκάτερα παρέστησε τοῖς κέρασι.* Eodem modo *ἐπὶ ἑάτερα* verſ. 5. & ſæpe aliâs. Perperam h. l. *ἀφ' ἑκάτερα* Reg. D. Oxon. — *Ibid. οἷον ἐπικάμπιον ἔχοντας τάξιν πρὸς τὰς (τῶν χιλιάρχων) σκηνάς, veluti forcipis figuram cum tribunorum tentoriis efficientes;* id eſt, *ad angulos rectos tentoriis tribunorum utrimque inſiſtentes.* Conf. ad I. 27, 4. Pro *ἐπικάμπιον* corrupte *ἐστὶ καμπίον* habet Aug. (in contextu.) Reg. D. Oxon. — *Ibid. ἐθελοντηδὸν* edd. omnes cum Med. & Oxon. & ora Aug. antiqua manu. Verſ. 2.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ταμιείου. ταμείου ed. 1. cum Med. — *Ibid.* οἱ δ' ἐκ θατέρου. Sic Casaub. cum msstis nostris omnibus & ora ed. Herv. Perperam οἱ δ' ἑκατέρου ed. Herv. in contextu.

Vers. 5. *Vers.* 5. παράλληλος. παραλλήλοις Vrb. Oxon. — *Ibid.* τοῦ στρατηγίου καὶ τοῦ ταμιείου. τοῦ utrobique caret Vrb.

Vers. 7. sqq. *Vers.* 7. κατὰ μέσην correxit Casaub. cum quo unus (ni fallimur) facit Oxon. Ceteri omnes cum ed. 1. κατὰ μέσον. *Ibid.* καὶ κατ' αὐτὴν τήν. Perperam καὶ κατὰ ταύτην τήν. *Vers.* 9. κένωμα. „Proprie *intervallum*." Scaliger. — *Vers.* 10. τὰ δὲ κατὰ μέρος ἤθη. εἴθη, quod habet Oxoniensis, probavit Gronovius in Notis msstis, & unice verum esse contendit. Nobis vulgatum probum videtur.

Vers. 11. *Vers.* 11. ἀφιστᾶσι. ἀφιστῶσι Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. *Ibid.* τοῦτο δὲ τὸ κένωμα πολλὰς καὶ δοκίμους αὐτοῖς παρέχεται χρείας. *Varios eosque insignes*, ait, *usus præstare spatium illud, quod inter vallum & tentoriorum strigas*, de quibus adhuc dixit, *relinquitur*. Vsibus, quos ipse enumerat, alium addit Lipsius, de quo tacet hoc quidem loco Polybius. Scilicet, cum in descriptione castrorum nusquam fiat *velitum* mentio; hunc eis locum, ubi tentoria habuerint, juxta vallum eis tribuit Lipsius lib. V. dial. 4. p. m. 237 sq. provocans ad ea quæ habet Noster paulo infra, VI. 35, 5. quem locum vide. Probabilior vero Franc. Patricii ratio videtur, qui (pag. 887 & 912 sqq.) ex ipso Polybii de tentoriis velitum silentio, collatis eis quæ c. 24, 9. de velitibus, per omnes reliquæ legionis manipulos distributis, idem Scriptor noster dixerat, colligit, eamdem aream in castris adsignatam velitibus fuisse, quam occuparunt manipuli illi, quibus quisque velitum globus erat adtributus.

Vers. 13. *Vers.* 13. τάς τε τῶν παρεισαγομένων θρεμμάτων, καὶ τὰς ἐκ τῶν πολεμίων λείας. Haud satis integra aut emendata hæc verba videntur. Nec satis videtur τά τε τῶν παρεισ. quod est in Aug. Versionem Casauboni tenuimus, ad quam GRONOVIVS in Notis msstis: „An igitur illæ pecudes abactæ non sunt hostibus ademtæ? Intelligo *abactas pecu-*

Digitized by Google

pecudes & quæ alia hostibus adimi solent. In eandem fere sententiam interpretatus est Lipsius. Sed id græce foret καὶ τὰς ἄλλας ἐκ τῶν κολ. λείας. Potuerunt autem pecora etiam partim soluto ære comparari, partim a sociis volentibus suppeditari.

Vers. 14. ὀλίγων. ὄλλυον Reg. D. — *Ibid.* διὰ τὴν τῶν σκηνῶν περίστασιν. Casaubonus cum Lipsio: *propter circumposita tentoria*; scilicet quod materia tentoriorum, nempe pelles, vim telorum frangerent, aut ignem prohiberent. Nescimus vero, an vocabulum περίστασις eadem notione sit accipiendum, quam vidimus vers. 1 & 7. hujus capitis, pro *tota area*, in qua sunt cujusque manipuli tentoria; ita quidem, ut intelligatur, tentoria, quæ sunt in quaque area, non esse in ipsa ora viæ, sed ex aliquo etiamnum a via intervallo. Vers. 14.

CAPVT XXXII.

Cap. XXXII.

Vers. 1. δεδομένου. δεδεγμένου, quod habent alii libri, ex δεδεγμένου corruptum videtur; sicut cap. 35, 7. pro ἀποδεδεγμένου codices nonnulli ἀποδεδεγμένου habent. Sed in δεδομένου h. l. cum editis consentit Med. Et mox ad unum omnes dant τοῦ πλήθους δεδομένου. — *Ibid.* τῶν σημαιῶν. Sic ante Reiskium jam olim correxerat Scaliger. *Ibid.* καὶ τοῦ πλήθους. Sic ed. Herv. consentientibus codd. omnibus. Quod καὶ τοῦ πλάτους apud Patricium editur in Thes. Græviano p. 937. id haud dubie ex Casauboniano exemplo sive ab interprete latino sive ab editore Thesauri adscitum. Quodnam vero πλάτος intellexerit Casaubonus, ubi de *area* agitur, cujus βάθος & μῆκος jam sunt commemorata, difficile fuerit dicta. βάθος, ubi opponitur τῷ μήκει, *longitudini*, est *latitudo*. Itaque in dimensione arearum, quas occupant manipuli, nonnisi τὸ μῆκος & τὸ βάθος memorata videmus c. 28, 4 sq. c. 29, 4 sq. &c. πλῆθος vero duobus modis intelligi potest: sive *numerus manipulorum*; sive *numerus militum* in manipulo, qui vel major vel minor est, prout vel 4200 milites, vel 5000. Vers. 1.

capit

Digitized by Google

capit legio. Et nunc quidem posteriori modo accipiendum: aucto enim numero militum in legione, augebatur numerus militum in quoque manipulo, non numerus manipulorum.

Vers. 2. *Vers.* 2. Si συνεφιστάναν significaret *intelligere*, integra foret oratio. Sed ea non est vis hujus verbi, quod ex Polybii quidem usu nil aliud nisi *attendere*, *considerare* significat, adeoque cum τοῖς βουλομένοις cohæret, *qui voluerint attendere*. Quare omnino desiderari videtur infinitivus γνῶναι, συννοεῖν, aut in eam sententiam alius, qui a συμβάίνει pendeat, & ad τὸ μέγεθος & τὴν ὅλην πλάτος &c. referatur.

Vers. 4. *Vers.* 4. παρὰ τὸ στρατήγιον, *secundum* vel *juxta prætorium*. Bene haberet, & intelligi posset via illa, centum pedes lata, quæ ante prætorium est, nisi statim adjiceret de foro ad quæstorium translato. Quare ut frequentissime in codicibus nostris, & nuperrime vers. 1. factum vidimus, παρὰ perperam cum περὶ permutatum videtur.

Vers. 6. *Vers.* 6. Πάντων δὲ τῶν τετράρων στρατοπέδων &c. Pet. spectе ad hunc locum SCHELIVS in Polybium de Castris, Tom. X. Thesauri Ant. Romanar. Græviani col. 1160. monuit: „Omnes Polybii interpretes hæc ita accipiunt, quasi rem novam hic doceat, de qua antea non sit locutus, præcedentia ad duarum legionum vel consularem exercitum referentes: quod ut clarius exprimeret Casaubonus, vocem δὲ interpretatus est *at*. Nos vero non dubitamus, progredi Polybium in re eadem explicanda, tantum quod, cum antea omnia eodem modo collocarit, nunc differentiam adjiciat, quæ est in compositione duarum & quatuor legionum. Quare convertemus: *Cum igitur quatuor legiones*. Ita supra: Ἀφορισθέντων δὲ καὶ τῶν συμμάχων ὁμοίως τοῖς Ῥωμαίοις. Item, τούτων δ' εὐτρεπῶν γενομένων." — Possis eadem sententia etiam *Iam vero* vertere. De connexione orationis confer vers. 8.

Ibid. οὓς ἐποιοῦμεν εἰς τὴν ὀπίσω βλέποντας ἐπιφάνειαν, *quos diximus illud latus castrorum respicere, quod tergum castro-*

Digitized by Google

caſtrorum vel latus poſterius cogitandum monuimus. Conf. ad cap. 27, 6. Minus feliciter Scaliger ἃς ἑπολουν μὲν correxerat pro mendoſo οὓς ἑπολουν μὲν, quod erat in ed. 1. & in mſstis. — *Verſ.* 7. ὅτε δὴ. ἄτε δὴ Reg. D. Oxon. & ora ed. Herv. male. Verſ. 7.

Verſ. 8. τὴν δ' ἀγορὰν . . . μέσον τιθέασι τῶν δυοῖν στρατοπέδων. *forum vero, & quæſtorium, ac prætorium, in medio locant utriuſque legionis.* Sic vertenda eſſe græca, (non cum Lipſio & Caſaubono, *in medio utriuſque exercitus*,) demonſtravit SCHELIVS; docuitque, in ſimplicibus caſtris, prætorium fuiſſe in via, quæ a porta prætoria ad decumanam per medias duas legiones tranſit, paulo ante quintanam; forum, in ipſa quintana, in centro fere caſtrorum; quæſtorium, inter forum & portam decumanam. Neſcimus vero, quo pacto, poſt ea præſertim quæ Schelius adnotavit & calculo ſuo in Notis editis ad h. l. probavit Gronovius, REISKIVS rurſus δύο στρατόπεδα *duo caſtra* potuerit interpretari, cujus hæc eſt ad eumdem hunc locum adnotatio: — „ὅμοῦ [initio hujus verſus] & χωρὶς videntur tranſponenda eſſe. Quoties Conſules ſeparata caſtra habent, tum ea habent deſignata, ut paulo ante pluribus demonſtratum eſt: ſin autem juncta, tum, reliquis omnibus immotis, forum, quæſtorium & prætorium amborum media caſtrorum conſtituunt.“ — *Ibid.* δυοῖν tenuimus ex edit. Erneſt. & ſic dederunt Aug. Reg. D. Oxon. δυεῖν habent ſuperiores editiones, nec adnotatur diſſenſus ex Vrb. & Med. conf. ad c. 27, 4. Super στρατοπέδων in Reg. D. rurſus ut c. 27, 4. ſuperſcriptum in fine ων recentiori manu. Verſ. 8.

CAPVT XXXIII. Cap. XXXIII.

Verſ. 1. τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Caſaubonus, *qui in quaque legione ſunt*: quæ verba imprudentes tenuimus. Recte vero GRONOVIVS monuit, debuiſſe verti, *qui in exercitu* (vel, *qui in caſtris*) *ſunt.* — „Erant enim, ait, procerum *ſervi* cum dominis in exercitu ad ſordida munera, pro- Verſ. 1.

Digitized by Google

Verſ. 1. quibus & frumentum accipiebant; non vero in legione." — *Ibid.* ὁρκίζουσι correxit Caſaub. cum mſstis. Corrupte ἐρμίζουσι ed. Herv. cum Med. Conf. ad III. 61, 10. Iuriſiurandi formulam, de qua hic agitur, exhibet A. Gellius XVI. 4. ex Cincii libris de Re Militari. Conf. Polyb. X. 16, 7.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. κἂν εὕρῃ τι. *Si quid ibi inveneris ſuſtuleriſve quod tuum non erit.* A. Gellius loc. cit.

Verſ. 4. 5. *Verſ.* 4. καθημερείας. Sic quum ſcribendum monuiſſet REISKIVS, rationem adjecit: „Eſt enim a verbo καθημερεύειν. Alterum vulgatum, eſt ab adjectivo καθημέριος." — *Verſ.* 5. τρεῖς ἕκαστος· Mendoſe ἕκαστον edit. Herv. & cod. Med.

Verſ. 6. 7. *Verſ.* 6. ἱστᾶσιν. ἵστασαν cum aliis dare debuiſſe videtur Aug. in quo a prima manu eſt ἵστασιν cum accentu in antepenult. — *Ibid.* τῶν σκευῶν. τῆς τῶν σκ. ἀσφ. χάριν voluit Reiſkius; qua tamen correctione nil opus eſſe videtur. — *Verſ.* 7. παρὰ τοὺς ἵππους. Sic παρ' ἕκαστον τάγμα, παρὰ τὸν ταμίαν, & παρ' ἕκαστον τῶν πρεσβευτῶν, cap. 35, 3.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *Triarios & velites,* ait, *illo miniſterio non fungi.* De triariis conſer mox verſ. 10. Velitibus vero incumbit miniſterium excubandi ad vallum. cap. 35, 5.

Verſ. 9. 11. *Verſ.* 9. εὐχρηστίας. Perperam εὐχαριστείας Aug. — *Ibid.* προστατικόν. προστακτικὸν Reg. D. male. — *Verſ.* 11. πρὸς τὴν χρείαν. Deeſt τὴν Aug. & Vrb. — *Ibid.* μήτε λυόμενοι ed. Caſaub. & ſqq. cum Aug. Reg. D. Vrſin. nec diſſenſus notatur ex Med. μήτε λούμενοι Vrb. μὴ τελούμενοι ed. Herv. — *Ibid.* ἀλλήλοις οἱ ἵπποι Reg. D. Oxon. & ora Herv. & ora Med. ἄλλοις ταραχὰς ed. Herv. & Med. in textu, abſque ἵπποις, quod addunt Aug. & Vrb.

Cap. XXXIV. CAPVT XXXIV.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὴν κατὰ τὸ στρατοπ. τῶν κατὰ τὸ στρ. voluit Reiſk. — *Ibid.* Verba ἀνὰ μέρος & quæ ſequuntur uſque λαχόντες deſunt Reg. D. & Oxon.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 4. *ἐστὶ καὶ τῶν* Πραυφ. Corrupte *μὲν καὶ τῶν* ed. Hervag. cum Med. abſque *ἐστί.* — *Ibid. περὶ τοὺς συμμάχους. παρὰ τοῖς συμμάχοις* Reiſk. Verſ. 4.

Verſ. 8. *ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας καὶ τελευταίας στρατοπεδευούσης κατὰ τὰς ῥύμας, ex decimo ordine* (vel *manipulo*) *qui in extremitate cujuſque ſtrigæ metatur.* conf. c. 29, 9. In ed. 1. & cod. Med. erat *ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας τοῖς τελευταίοις μέρεσι στρατοπεδεύουσιν κατὰ τὰς ῥύμας. ἐκ τούτων* &c. reliqua oratione, inde a verbis *ἐκ τούτων*, ſeparata a præcedentibus, puncto poſt *ῥύμας* interpoſito. Quæ verba cum manifeſte corrupta eſſent & ſenſu caſſa, Caſaubonus ex ingenio, adjectis duabus voculis *οἱ* & *ἐν*, ſic edidit: *οἱ ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας ἐν τοῖς τελ. μερ.* &c. Articulum *οἱ* jam in ora exempli Scaligerani notatum video. Caſaubonum, ut conſtanter, ſecuti ſunt poſteriores editores. Sed doctus ille Polybii editor atque interpres, ſi codicum ſcripturam, quam & margo editionis Hervagianæ ex parte exhibet, diligentius conſideraſſet, aliam fortaſſe emendandi rationem ſuerat initurus. Scilicet codex Vrb. ſic habet: *ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας, τινῶς δ' ἡμέρους καὶ τελευταίους στρατοπεδεύουσι* &c. Conſentit Aug. niſi quod pro *τινῶς, τινὲς* habet. *δ' ἡμέρους* ex Vrb. Spalletus noſter adnotavit: Caſaubonus vero in ora Baſileenſi (ex Gronovii quidem apographo, quod præ oculis habemus) ex eodem codice Vrb. *δ' ἡμέρας* notavit. Codex Reg. D. & Ox. habent *σημαίας τισὶν ἡμέρους καὶ τελευταίους*, quod ipſum in ora notatum habent ed. 1. & codex Med. Similiterque in ora Aug. ab antiqua manu eſt *τισὶ δ' ἡμέρους καὶ τελευτάιους* (ſic, non *τελευταίους*) & videri poteſt *τελευταίας* voluiſſe debuiſſeve. Quam codicum ſcripturam qui cum ea contulerit, quam ed. Herv. & codex Med. in contextu habent, facile ſibi perſuadebit, deberi hanc viri docti conjecturæ, qui *ἡμέρους* ex *μέρεσι* detortum ſuſpicatus eſſet, & ad hanc conjecturam reliquam orationem adaptaſſet. Sed poſtquam cognoverit lector, cap. 40, 11. pro *πρώτους σημαίους* in codicibus nonnullis eſſe *πρώτους ἡμέρους*, Verſ. 8.

Digitized by Google

Vers. 8. (quæ lectio ortum duxit ex mendosa scriptura, quæ passim obtinet, σημεία pro σημαία, & ex permutatione satis frequenti literarum ι & ρ, de qua diximus ad III. 47, 3.) intelliget, verba ista τινὲς δ' ἡμέρας, aut τισὶ δ' ἡμέρας, vel potius δ' ἡμέρας, ex margine temere in contextum esse recepta, cum nihil aliud significarent, nisi *quod in aliis codicibus pro* σημαίας *scriptum fuerit* δ' ἡμέρας, scilicet eodem errore quo cap. 40, 11. pro πρώτως σημαίνως codices Vrb. & Aug. πρώτως ἡμέρως habent; quo accedit, quod litera σ, a qua incipit vox σημαίας, quæ litera c. 40, 11. ab extremitate vocis præcedentis abscrpta est, hoc nostro loco in illis, de quibus agitur, codicibus, in δ mutata erat; quas literas δ & σ in codicibus nonnullis, negligentius scriptis, sæpe ita sibi similes vidimus, ut, nisi contextus orationis docuisset, nescires, utram scribere voluerit librarius. Postquam portentum istud lectionis in contextum erat receptum, nil magnopere mirum est, reliqua etiam nonnihil esse corrupta, præsertim in terminationibus verborum, ubi ob scripturæ compendia facillimus lapsus est. Sic igitur τελευταίως perperam scriptum est pro τελευταίας, & στρατοπεδεύουσιν pro στρατοπεδευούσης. Partem nostræ emendationis jam proposuit Gronovius in Notis msstis in ora exempli suæ editionis, ubi, deleto articulo οἱ, quem adjecerat Casaubonus, sic fortasse scribendum monuit πεζῶν ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας ἐν τοῖς τελευταίοις μέρεσι στρατοπεδευούσης κατὰ τὰς ῥύμας. quod per se bene haberet, nisi codicum scriptura nostram emendationem probabiliorem redderet. Consimilem verborum structuram paulo post habemus, vers. 10. ἕως ἂν ἐπὶ τὰς πρώτας καὶ σύνεγγυς τοῖς χιλιάρχοις στρατοπεδευούσας σημαίας ἐξικνῆται. Pro κατὰ τὰς ῥύμας solus Oxon. κατὰ ῥύμας habet, omisso articulo.

Ibid. κατὰ τὰς Φυλακάς. Perperam κατὰ τὰς Φυλὰς Aug. & hinc ora Herv. — *Ibid.* δύνοντος. δύναντος Reg. D. Oxon. quod non satis convenit cum vers. 10. ubi ait,

Digitized by Google

ait, *tabellas omnes relatas ad tribunos oportere ante vesperam.*

Verſ. 10. ἐξικνῆται. ἐξικνεῖται Aug. Reg. D. Oxon. male. — *Verſ.* 11. διότι δέδοται. δέδοται caret ed. 1. & Med. Reiſkius præſtare putavit ἐπιδέδοται aut ἀποδέδοται. — *Verſ.* 12. οὐχ ἥκει. Perperam caret οὐχ Oxon. Verſ. 10ſqq.

CAPVT XXXV. Cap. XXXV.

Verſ. 2. τὰς δὲ neceſſario erat ſcribendum cum Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. Perperam τοὺς δὲ Med. ſicut edd. Verſ. 2.

Verſ. 4. παρ' ἕκαστον τῶν πρεσβευτῶν καὶ συμβούλων δύο. *Apud quemque legatorum & conſiliariorum duæ conſtituuntur cuſtodiæ.* Caſaubonus: *ad legatorum* (tutelam,) *qui conſilium participant, binæ.* Adſentimur Patricio & Lipſio, πρεσβευτὰς & συμβούλους pro ſynonymis accipientibus, pro quo unum latinum nomen *legatos* poſuerunt. Nam quos *legatos imperatorum* Romani vocabant, græce ad verbum quidem πρεσβευταὶ erant dicendi; ſed nomen hoc, quoniam aliam vulgo vim habet, commode per vocabulum σύμβουλος, quod *conſiliarium* proprie denotat, declaratur. Eodem modo Appianus non ſolum decem illos legatos, a ſenatu mitti ſolitos, quorum e ſententia provincias recens partas ordinarent imperatores, συμβούλους adpellat, (conf. Adnot. noſtr. ad Appiani Hiſt. Hiſpan. c. 78.) verum etiam *legatos militares*, qui imperatores comitabantur, ſive ab ipſis lecti, ſive a ſenatu eis adjuncti, ut & conſiliis ſuis eos juvarent, &, ubi opus eſſet, parti copiarum præeſſent. Qua notione nomen σύμβουλος accipiendum apud Appianum eodem loco quem modo citavimus, tum in Hiſt. Syriaca cap. 21. & 30. coll. Liv. XXXVII. 1. Non dubitamus autem, Polybium ſive hoc loco ſive alibi de munere horum legatorum nonnihil dixiſſe, quod a compilatore horum Excerptorum prætermiſſum eſt. Quod autem ſuperius nec in diſputatione de caſtrametatione, nec in diſputatione de ducibus & præfectis militum mentionem *legatorum* factam videmus; poteſt ea quoque Verſ. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. epitomatoris culpa eſſe, ſed fortaſſe cauſa hæc eſt, quod Polybii ætate nondum fuerit more receptum, ut cuique imperatori *legati* ſemper eſſent adjuncti, & ut cuique legioni (quod a recentioribus auctoribus vulgo velut conſtans in exercitu Romano mos ſolet perhiberi) *legatus* præeſſet, qui dignitate & imperio inter imperatorem & tribunos militum fuerit medius. Apud Polybium certe nullum ejus rei veſtigium, quod quidem meminerimus, occurrit. Ordinarii conſiliarii imperatorum Tribuni militum erant: & ex his, quicumque vel prudentia & peritia rei militaris, vel virtute, vel fide aut gratia præ ceteris apud imperatorem valebant, ii vice legatorum fungebantur. Sic, ut hoc utamur, quos Livius XXXVI. 17. *conſulares legatos* vocat, iidem *tribuni militum* fuere, ut ex aliorum ſcriptorum luculento teſtimonio Glareanus & Sigonius docuerunt. Extra ordinem vero, his quidem temporibus, factum interdum videtur, ut alii legati imperatoribus adjungerentur. GRONOVIVS vero Polybii verba h. l. melius ſimpliciter verti putavit *legatorum, & aliorum qui conſilium participant*; quo refert primos ordinum ductores ex cap. 24, 2. & præfectos honoratiores, de quibus conferre jubet Manutium ad lib. II. Famil. Cic. ep. 17. Rurſus tamen idem Gronov. in Notis msstis ad oram ſui exempli locum notavit Diodori in Excerptis Valeſ. p. 384. (T. II. ed. Weſſel. p. 607.) ubi pariter, ut h. l. apud Polybium, σύμβουλος & πρεσβευτὴς pro ſynonymis uſurpantur: *Marius ἐξ ὧν τῶν συμβούλων καὶ τῶν πρεσβευτῶν, cum Marius unus ex legatis eſſet proconſulis.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Τὴν δ' ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι. *Exterius latus* (ſcilicet inter caſtra & vallum) *velites implent,* — „crebris ſcilicet vigiliis & ſtationibus;" — ut interpretatur Schelius p. 1185. Confer ſupra ad cap. 31, 11. Parum commode πληροῦσι voluit Gronov. Oportebat ſaltem πληροῦνται in paſſivo. — *Ibid.* παραχοιτοῦντας. Perperam h. l. παροικεῦντες Reg. D. Oxon. & ora edit. Hervag. — *Ibid.* καθ' ἡμέραν, *quotidie:* id eſt, velites non per

Digitized by Google

per vices has excubias agunt cum alio genere militum; sed *quovis die*, id est *semper*, (nempe die nocteque) velites sunt, quibus hoc ministerium incumbit. conf. cap. 36, 5. Perperam *de die* vertit Casaubonus, quasi non item de nocte. — *Ibid.* ἀνὰ δέκα si nonnisi *denos velites* denotat, intelligendum cum Lipsio, alios milites cum his ad portas excubasse. Si soli velites, *decem excubiæ* (id est, *decem quaterniones*) erunt intelligendæ. Vers. 5.

Vers. 6. τὸν τὴν πρώτην μέλλοντα bene Casaub. cum Vrb. & Aug. Vers. 6.

Vers. 7. βραχέα τελέως. Nisi βραχὺν legamus, aut βραχέας & χαρακτῆρας, utique verba βραχέα τελέως interposito commate separanda sunt a sequentibus, quod in ed. Herv. & rursus in Ernestina factum est, & ad ξυλήφια referenda; quod & Casaubonus in versione expressit, *tessellas oppido exiguas*, recte omnino; nam in græcis Casauboni & Gronovii nonnisi operarum errore omissa distinctio est post τελέως, quam repositam velimus: βραχέα enim in accus. sing. non est in usu. Idem exiguum lignum deinde cap. 36, 3. κάρφος adpellatur. — *Ibid.* ἔχοντα χαρακτῆρα, *quæ nota quadam sunt insignitæ.* conf. c. 36, 7. — „Omnino non aliud fuisse videntur quam ligneola, cum nota duplici impressa; altera manipuli, altera vigiliæ ipsius.“ LIPSIVS V. 9. p. 271. — *Ibid.* ἀποδεδεγμένους. ἀπαδεδεγμ. ed. Herv. & Med. Vers. 7.

Vers. 8. ὅλης. Constanter ἕλης Vrb. ὕλης mendose Reg. D. Oxon. & sic mox iterum, & deinde. — *Ibid.* τῆς μέλλουσιν ἐφοδεύειν. — „Subaudi, ὅτι μέλλουσι τοῦτο ποιεῖν. nisi malumus pro τοῖς legere ὅτι. nam aliâs pendebit ἐμφανίσαι, aut post πρὸ ἀρίστου erit addendum παρεῖναι, *ut ad se adsint.*“ REISKIVS. Vers. 8.

Vers. 9. ἐφοδείας. ἐφοδίας Aug. ut paulo ante. — *Vers.* 10. ταὐτά. ταῦτα Aug. Abest a Regio D. & Oxon. Vers. 9. 10.

Vers. 11. ὑπὸ τῶν οὐραγῶν. ἐκ τῶν οὐρ. Vrb. Reg. D. Oxon. & Aug. sed in hoc ὑπὸ est in ora ab antiq. manu. — *Ibid.* πόστην scil. φυλακὴν ἐφοδεῦσαι δεῖ ἕκαστον, *quanam* Vers. 11.

Vers. 11. *de vigilia noctis* (proprie, *quota vigilia*) *quisque eorum debeat circuitionem facere.* Itaque cap. 36, 1. est ὁ τὴν πρώτην φυλακὴν λαχών, & vers. 4. οἱ τὰς τῶν τὰς ἑξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων. Pro πόστην Lipsius p. m. 275. ait legi etiam posse πόσην, *quantam;* quod quid sit, nos quidem non capimus. Et πόσην quidem, ex Lipsii sententia, edidit Pœschelius, sed interpretatus est *quotam;* at id πόστην est, non πόσην.

Vers. 12. *Vers.* 12. βουναυᾶν. βουναυῶν h. l. Reg. D. & Oxon. itemque ora Aug. ab antiqua manu, & hinc ora Hervag. Literas α & ω & alibi passim inter se permutatas vidimus a librariis.

Cap. XXXVI.

CAPVT XXXVI.

Vers. 4. *Vers.* 4. Vocem παραπλήσιον ignorant Reg. D. & Oxon.

Vers. 5. *Vers.* 5. βουναυᾶν h. l. cum Vrsino correxit Casaub. — *Ibid.* καθ' ἡμέραν, *quotidie*, id est, *semper hi*, non alternatim cum aliis. conf. ad c. 35, 5.

Vers. 6. *Vers.* 6. τὰ δεδομένα. Casaubonus, articulum addens, qui ob præcedens πάντα excidere facile potuerat, intelligit omnes tesseras, quæ *distributæ erant excubitoribus.* Sic cap. 34, 11, κἂν μὲν ἀνεχθῇ πάντα τὰ δοθέντα. REISKIVS vulgatum defendit: „nam constructio est, ait, ἐὰν πάντα (sc. τὰ συνθήματα) ᾖ δεδομένα χωρὶς ἐγκλήματος."

Vers. 7. *Vers.* 7. ἐλάττω caret Reg. D. — *Ibid.* λέλοιπε. Scriptura hæc, in quam consentiunt reliqui codices, habet etiam ora Med. & ora Hervag. λέλυται Lipsius interpretatur, *quamdiu vigilia defecerit.* Eamque scripturam veram putavit Reiskius: „non λέλοιπε σύνθημα, ait; sed λέλυται φυλακεῖον." —

Vers. 8. *Vers.* 8. πρὸς τὸν ἔφοδον. Sic omnino legendum cum cod. Oxon. licet ceteri omnes codd. cum editis h. l. in τὴν ἔφοδον consentiant. ὁ ἔφοδος est *circuitor;* qui pro quaque noctis vigilia unus erat, cui negotium obeundi excubias datum, quamquam is nonnullos ex amicis, tamquam testes, secum habebat, ut docet Polybius cap. 36, 1. Hinc vers. 6, τῶν ἐφόδων ἕκαστος est *quisque ex illis quatuor circuito-*

Digitized by Google

custoribus, qui quatuor noctis vigilias inter se sortiti sunt. Sic rursus cap. 37, 5. in genus masculinum, τοῖς ἐφόδοις, recte consentiunt omnes. Et mox hoc cap. 36, 9. recte εἰς τὸν ἔφοδον edidit Casaub. cum codd. Vrb. Reg. D. & Oxon. ubi (quemadmodum hoc loco) foemininum εἰς τὴν ἔφοδον habet Hervagius cum Med. & Aug. quod ibi perperam revocarunt Gronov. & Ernest. τὸν ἔφοδον utrobique jam scripserat Scaliger. Vers. 8.

Vers. 9. οὖν ἐν τοῖς φύλαξι. Abest particula ἐν a Reg. D. absorpta a litera finali vocis præcedentis. — *Ibid.* τὸ καλόν. Perperam τὸ καλὸν ora Herv. & ora Med. — *Ibid.* δῆλός ἐστιν &c. Scabrosa nonnihil, ac veremur ut satis integra, oratio. Casaubonus vertit, *confestim qui lustravit, testificatum se esse proximos declarat;* referens participium ἐπιμαρτυράμενος ad δῆλός ἐστιν. Sic delendum fuerit comma post ἔχων. Scaliger pro δῆλός ἐστιν scribendum putaverat δῆλον ποιεῖ. — *Ibid.* τοιοῦτο. τοιοῦτον Reg. D. Oxon. — *Ibid.* εἰς τὸν ἔφοδον revocavi ex ed. Casaub. & consentiunt Vrb. Reg. D. Oxon. Alii εἰς τὴν ἔφοδον. Conf. ad vers. 8. Vers. 9.

CAPVT XXXVII. Cap. XXXVII.

Vers. 1. συνεδρίου τῶν χιλιάρχων. Quod si servari debet τῷ χιλιάρχῳ, sane non, ut vulgo faciunt, hæ duæ voces interposita distinctione a prioribus separandæ fuerunt; sed καθίσαντος συνεδρίου τῷ χιλιάρχῳ erit *concilium sedebat tribuno.* Vers. 1.

Vers. 4. τοῖς δ' ἐκπεσοῦσιν ed. Herv. in textu cum Med. Reg. A. & ora Aug. ab ant. manu. — *Ibid.* ἐπανελθεῖν. ἐλθεῖν Reg. D. — *Ibid.* ἐν οἰκίᾳ δέξασθαι recte *tecto recipere* interpretatus est Casaub. Nec video, cur ἐν τῇ οἰκείᾳ, id est, *domi, in patria*, voluerit Reiskius. Vers. 4.

Vers. 6. ἰσχυρᾶς οὔσης. οὔσης post τιμωρίας ponit Aug. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὰς recte edd. cum Med. Deest τὰ Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. — *Vers.* 7. ἐᾶι δὲ προσέχειν &c. Gronovius, excidisse nonnihil suspicans, provocavit ad cap. 34, 5. ἔτι τοῖς ὑπάτοις. ἐπὶ τοῖς ὑπ. Aug. Vers. 6. 7.

Digitized by Google

Reg. D. ἐπὶ τοὺς ὑπάτους Oxon. Locum de *pœnis militaribus* tractavit Lipsius V. 18.

Vers. 5 sqq. *Vers.* 8. κύριος δ' ἐστὶ καὶ Casaub. & seqq. cum Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. De re, quæ hic agitur, confer Valesium & Wesseling. ad Diodor. T. II. p. 564. not. 30. laudatos a Reiskio ad h. l. — *Ibid.* Πραυφέντοι. Analogia Πραΐφεντοι requirit, cum accentu in antepenultima, quemadmodum cap. 26, 5. cum Suida scripsimus, ubi pariter penacute Πραυφέντοι dabant edd. & codices nostri. — *Vers.* 10. ἀπαγγείλωσι. Perperam ἐπαγγείλωσι ed. Herv. — *Vers.* 11. τινὲς ἐς ἐφεδρείαν. Perperam carent ἐς Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. ἐφεδρίαν Reg. D. Oxon. Et iidem mox ἐφεδρίας. De re confer I. 17, 11 seq.

Vers. 12. *Vers.* 12. πολλαπλασίων recte Casaub. cum plerisque msstis. Sic & ora Aug. ab antiq. manu. Perperam πολλαπλασίως ed. Herv. & Aug. in contextu. — *Ibid.* τὴν οἰκείαν τιμωρίαν. — „οἰκείαν, id est καθήκουσαν, ἐωθυίαν, τεταγμένην, sed malim τὴν ὑπὸ τῶν οἰκείων ὕβριν." REISK. — In latina vers. scribe *usitatum apud illos supplicium metuentes.*

Cap. XXXVIII.

CAPVT XXXVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ὁλοσχερῶς si servamus, ad λυπεῖν erit referendum, non ad proximum πιεσθείσας. Mendose πειθείσας, pro πιεσθείσας, ed. Herv. Aug. Reg. D. Oxon. puto & Vrb.

Vers. 2. *Vers.* 2. προαγαγὼν εἰς μέσον. Particulam εἰς (quam solam, absque μέσον, vulgo ponunt omnes) ignorat alter ex codicibus Mediceis. Et monuit Gronov. in Notis msstis, aut delendam præpositionem εἰς, aut scribendum εἰς μέσον. εἰς αὐτὸ correxerat Scaliger. Forte ex diversa lectione orta est præpositio εἰς, quæ indicare debuerat, εἰσαγαγὼν legendum esse pro προαγαγών. Ad verba ὥστε δέκατον &c. deesse aliquid visum erat Reiskio, ex. causa μέρος τοὺς κολαζομένους. Sed hæc verba facile subintelliguntur. — *Ibid.* κληροῦται. κληροῦσθαι Aug. quod

Digitized by Google

quod consulto ita positum videtur a librario, ut referretur ad τὸ τούτους, quod paulo ante præcessit in hoc codice.

Vers. 4. τὸ δυνατὸν εἴληφαι, *capitur, eligitur id quod possibile est;* id est *eligitur ratio, quæ una omnium maxime simul valet ad incutiendum terrorem* &c. — *Ibid.* καὶ πρὸς κατάπληξιν. Particulam καὶ (nescimus, casu-ne, an consilio) omisit h. l. Casaub. & cum eo sequentes editotores. Agnoscunt eam cum ed. Herv. codices omnes. Mox vero, pro καὶ διόρθωσιν, analogia requirit καὶ πρὸς διόρθωσιν, quod & Reiskius monuit. πρὸς διόρθωσιν τῶν συμπτωμάτων Casaub. interpretatus est, *ut acceptum detrimentum sarciretur.* Lipsius *correctionem* intellexit; quam in sententiam Reiskius πρὸς διόρθωσιν τῶν παραπτωμάτων vel τῶν διαπτωμάτων legendum censuit. Nobis visus est hoc dicere scriptor noster: *rationem istam unam omnium maxime valere simul ad terrorem incutiendum omnibus,* (adeoque ad deterrendos milites ab ignavia, formidine supplicii,) *simul ad minuendam calamitatem,* quæ nimia esset futura, si omnes simul supplicio adficerentur. conf. vers. 1. Sed, re denuo considerata, probamus Casauboni interpretationem: nempe ea fuit vis istius moris, ut, quicumque sortis favore effugissent supplicium, omnem dehinc navarent operam, ut prima quaque occasione detrimentum, quod per ipsorum ignaviam accepissent Romani, tanto luculentioribus virtutis documentis repararent. Vers. 4.

CAPVT XXXIX.

Cap. XXXIX.

Vers. 3. In φιάλην consentiunt omnes. Lipsium, cum nullum de *patera* exemplum meminisset, admodum dubitanter quidem ψάλιον vel ψέλιον legendum suspicantem, notavit Gronovius, commemorans Masinissam, a Scipione *aurea patera* donatum, teste Livio XXX. 15. & Aelium Tuberonem ab Aemilio Paulo post rem Macedonicam e rep. gestam *argentea phiala* sive *patera*, teste Plutarcho in Aemilio p. 270. — *Ibid.* Φάλαρα. Scholion cod. Aug. τὰς μετωπίδας τῶν ἵππων λέγει. Vers. 3.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 4 ſqq. *Verſ.* 4. *ἐὰν ἐν ἀκροβολισμοῖς.* Carent *ἐν* Reg. D. & Oxon. abſorptum a præcedente litera *ν*, ut cap. 36, 9. — *Verſ.* 5. *Τοῖς δέ.* Mendoſe *Τῆς δὲ* ed. Herv. Aug. Reg. D. — *Verſ.* 6. *καὶ σώσαντας* caret Reg. D. Oxon.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *οἵ τε χιλίαρχοι* &c. Turbata utique oratio videtur; & vix ſatis eſt, ſi poſt *ἐὰν μὲν ἐκόντες ποιῶσιν* cum Reiſkio, ex more noto Græcorum ſubintelligamus *εὖ τοῦτ' ἐστι, καὶ τὸ δέον γίγνεται.*

Verſ. 9. 10. *Verſ.* 9. *χωρὶς τῆς ἐν τοῖς στρατοπ.* &c. Bene habet hic locus, nec ſolicitari debuit a Reiſkio, qui voluit *χωρὶς τῆς ἐν τῷ στρατοπέδῳ παραχῆμα εὐκλείας καὶ τῆς ἐν οἴκῳ φήμης.* — *Verſ.* 10. *τόπους* recte habent edd. cum Med. Deſideratur hoc vocab. in Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. — *Ibid. ἑαυτῶν ἀρετῆς. αὐτῶν* Reg. D. ſed prius fuerat *αὐτῶν.*

Verſ. 12. *Verſ.* 12. *Ὀψώνιον* &c. De *Stipendio militum* vide Lipſium lib. V. dial. 16. & Schelium in Theſ. Græv. p. 1190 ſeqq. — *Ibid. δυὸ ὀβολούς. Duo oboli* ſunt tertia pars drachmæ, quæ fere æquivalet denario. Cum igitur denarius (ut ex Plinio novimus XXXIII. 3, 13.) Polybii ætate ſedecim aſſes valeret; conſequitur, duos obolos Romano ære, exactius ſi ſpectes, fuiſſe *quinque aſſes cum triente.* Sed, *quinos aſſes* fuiſſe diurnum ſtipendium Romani militis ante Iulii Cæſaris ætatem, intelligitur ex Sueton. Iul. c. 26. collat. cum Taciti Annal. I. 17. Itaque, cum propius *quinque aſſibus* græce nihil rotunde potuerit dicere Polybius, *duos obolos* dixit; quemadmodum II. 15, 6. *ſemiſſem*, *quartam oboli partem* dixerat, quamquam paulo minus valebat. Conſule Io. Frid. Gronovium de Pecun. Vet. III. 2, p. 120 ſeqq. — *Ibid. δραχμὴν*, *drachmam*, id eſt, *denarium argenteum*, qui ſedecim aſſes valebat.

Verſ. 14 15. *Verſ.* 14. *ἴσον. ἴσον* Reg. D. & ſic ille conſtanter. — *Verſ.* 15. *πάντων τούτων ὁ ταμίας. πάντων ὁ ταμίας τούτων* Aug.

CAPVT

CAPVT XL.

Cap. XL.

Verſ. 2. Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνῃ, — „ſcil. tuba vel buccina.“ CASAVB. in ora Baſil. — *Verſ.* 5. ἀποσκευήν. παρασκευὴν ſolus Oxon. — *Verſ.* 6. ἔπειτα caret Vrb. & Aug. ſed in hoc oræ adjectum ab antiq. manu. Verſ. 2 ſqq.

Verſ. 8. Προσδοκίας δ' οὔσης. — „Videtur aliquid deeſſe: ex. c. δεινῆς, vel ἐπιθέσεως ἐκ τῶν πολεμίων.“ REISK. — Facile tamen hoc quidem ſubintelligi poterat. — *Verſ.* 9. τὰ δ' αὐτὰ πάλιν ἕπεται ταῦτα. „Forte τρύτων.“ REISK. — At bene & aliàs dicitur ὁ αὐτὸς αὖτος. — *Ibid.* ἵνα. Perperam ἀνὰ Vrb. Aug. Reg. D. ſed ἵνα ora Aug. & Reg. D. — *Ibid.* κοινωνῶσι recte edd. cum Med. κοινωνοὶ Vrb. Aug. Reg. D. Ox. quod ex κοινωνοῖεν decurtatum ſuſpicari licet cum Gronovio. Verſ. 8. 9.

Verſ. 11. τριφαλαγγίαν παράπληλον τῶν Ἀστάτων &c. τριφαλαγγία eſt *triplex acies*, ſ. *acies in tres partes diſtincta*. Tres illæ partes ſunt haſtati, principes & triarii. Hi iuſta acie ita locantur, ut τριφαλαγγία ſit ἐπάλληλος, id eſt, *ut alteri pone alteros ſtent*, primum haſtati, dein principes, extremi triarii. In itinere, ubi periculum ab hoſte ab alterutro latere imminet, ſi per campum ſatis latum inſtituitur iter, τριφαλαγγίαν faciunt παράπληλον, id eſt, ut *æquata fronte* tres illæ partes ſive tres acies incedant, interjectis inter manipulos ſeſe ſubſequentes impedimentis. Et haſtati quidem locantur ab eo latere, a quo hoſtis exſpectatur; juxta hos principes; ad alterum latus triarii. Vbi adparent hoſtes, convertit ſe verſus illud latus agmen totum, & procedunt extra agminis & impedimentorum ſeriem primo haſtati, ſequuntur principes & triarii: atque eo ipſo totum agmen in juſtæ aciei formam eſt diſpoſita. Quod ſi præter opinionem accidit, ut ab altero latere adpareat hoſtis; progredi neceſſe eſt primum triarios, qui ab eo latere ſtant: ſed mox ſuccedentes *principes & haſtati*, *a tergo triariorum* extra agmen progreſſorum *ſubducuntur*, ut per manipulorum intervalla procedentes ante illos locentur. Hoc eſt, putamus, quod Verſ. 11.

verſ.

Digitized by Google

Verſ. 11. *verſ.* 13. dicit, *ἐὰν μή ποτε προσεξελίξαι δέῃ τοὺς Ἀστάτους.*

Pro *Ἀστάτων*, corrupte Aug. Vrb. & Oxon. *ἀναστάτων* habent. Pro *σημαιῶν* in Aug. Reg. D. & Oxon. neſcimus an & in Vrb. eſt *σημείων*. Eo ex errore natus alter, ut mox pro *πρώτας σημαίας* fit *πρώτας ἡμέρας* in Aug. & Vrb. De quo errore diximus ad cap. 34, 8. neque opus eſt, ut *ἡμέρας* cum Gronovio ſuſpicemur ex *μοίρας* vel *στείρας* corruptum.

Verſ. 13 ſq. *Verſ.* 13 ſeq. *προσεξελίξαι. προελίξαι* Vrb. *προσελίξαι* Oxon. De re conſer quæ paulo ante dicta ſunt. — *Ibid.* Pro *ἐὰν μή ποτε* eſt *ἐὰν δέ ποτε* in ora Aug. ab antiq. manu. In eademque ora Aug. & ora Reg. D. *verſ.* 14. pro *τὸ δὲ* eſt *τότε*, quod editio Herv. cum Med. in contextu habet. Sed rectè *τὸ δὲ* edidit Caſaubonus, quod in contextu habent Aug. & Reg. D. & refertur ad *τὸ μὲν τῶν ὁπλ. σύστημα.*

Cap. XLI. CAPVT XLI.

Verſ. 3 ſqq. *Verſ.* 3. *παρεμβάλλειν* ed. Caſaub. & ſqq. cum Aug. Reg. D. Oxon. putamus & Med. *πρεμβαλεῖν* ed. Hervag. — *Verſ.* 4. *τῆς σκηνῆς. τοῦς τῆς σκηνῆς* edd. Delevimus importunum priorem articulum, quem nec agnoſcit Aug. a prima manu, nec Reg. D. — *Verſ.* 5. *Γενομένων. γινομένων* Reg. D. — *Ibid. καταμέτρησιν. καταμέτρητον* Med.

Verſ. 6. 7. *Verſ.* 6. Bene habet *μετὰ δὲ ταῦτα.* Vide ad I. 29, 6. — *Ibid. παρ' ἣν τίθενται* correxit Caſaub. præeunte Scaligero. *παρεντίθενται* ed. Herv. cum mſstis. — *Verſ.* 7. *Φοινικᾶς* reſtituimus ex ed. Caſaub. & Herv. *Φοινικὰς* Reg. D. & ed. Gron. & Ern. — *Ibid. τὸ δ' ἐπὶ θάτερα, quod ad alterum partem adtinet.* Mendoſe *τὰς δ' ἐπὶ* Aug. Reg. D. Oxon.

Verſ. 9 ſqq. *Verſ.* 9. *γίγνηται. εὐσύνοπτος.* Sic perſpicue Aug. Mendoſe *γίνετ'* edd. — *Verſ.* 11. *διακλίνοντες* rectè Caſaub. & ſqq. cum Aug. & Vrb. Ceteri *διακλίναντας.* — *Ibid. καὶ κατὰ μέρος.* Deeſt *καὶ* Reg. D. — *Verſ.* 12. *τὸ δὲ παραπλήσιον. τὸ δὴ παραπλ.* malebat Reiſk.

CAPVT

CAPVT XLII.

Cap. XLII.

Verſ. 2. Duæ voces τῶν τόπων deſunt Vrb. & Reg. D. — Verſ. 2. 3.
Verſ. 3. τὴν τῆς ὅλης. Deeſt τὴν Reg. D. — *Ibid.* πρὸς ἄλλους καὶ ἀκαταλλήλους. Poſſis & ἄλλους καὶ ἄλλους ſuſpicari: ſed illud & ſignificantius eſt, & propius ſcripturæ librorum. ἀκατάλληλος, *diſſentaneus*, *diſſimilis*.

Verſ. 4. ἄστατον recte Caſaub. Et eſt hoc Polybianum verbum. Sæpe vero & haſtatorum (ἀστάτων) nomen in ἀναστάτους corruperunt noſtri librarii. — *Ibid.* ἑκάστῳ. Aut ἕκαστον aut ἑκάστων legendum perſpecte monuit Reiſkius. Nam ἑκάστῳ ſi teneas, non videmus, quo pacto τὸν κατὰ μέρος τόπον denotare poſſit *locum ſingulorum ordinum*, quæ ſententia h. l. requiritur & recte a Caſaubono expreſſa eſt. Verſ. 4.

Verſ. 5. παρεπόμενα. Corrupte παρεσόμενα Aug. & hinc ora Reg. A. — *Verſ.* 6. περὶ τὰ στρατόπεδα, *de legionibus Romanis* interpretatus eſt Caſaubonus; nos latiori notione, *de militia Romana*: veremur ne non ſatis adcurate uterque, & videntur vertenda illa verba fuiſſe *de Caſtris*; tum vero καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολάς, *& maxime de ratione metandorum caſtrorum*, quam partem præ ceteris copioſe & enucleate expoſuit. Ceterum confer quæ notavimus ad cap. 26, 11. Pro παρεμβολὰς, mendoſe ἐμβολὰς habent Vrb. Aug. Reg. D. Verſ. 5. 6.

CAPVT XLIII.

Cap. XLIII.

Titulum Σύγκρισις τοῦ Λακώνων &c. adoptavi ex Reg. E. qui eum ad verbum ita exhibet. Habet autem hoc Excerptum Reg. E. uſque ad finem hujus Libri, (ad finem dicimus cap. 58.) ut jam monuimus in Præf. T. II. p. 13. Eumdem titulum editio Hervag. in ora habet; & codex Aug. in ora, ſed a recentiſſima manu. Ab antiqua manu in ora Aug. eſt titulus περὶ δυναστειῶν &c. quem editio Herv. in contextu habet cum Med. Vrb. Reg. D. & Oxon. Argumenta quæ h. l. habet editio Caſaub. & ſeqq. Πολιτεύματα παλαιὰ &c. ab ipſo Caſaubono ſunt conficta, ſicut

ceteta

Digitized by Google

cetera omnia, quæ sequentium librorum reliquiis vulgo præfixa leguntur.

Vers. 1. *Vers.* 1. περί τε τοῦ Λακεδ. Sic Vrb. & Reg. D. & Reg. E. sed in Reg. D. super τοῦ superscriptum τῆς. περί τε τοῦ τῶν Λακεδ. Med. περὶ δὲ τῶν Λακεδ. ed. Herv. mendose: quod in περί τε τῶν Λακεδ. mutavit Casaub. & sic exhibet Aug. — *Ibid.* Μαντινέων. *Mantinensium rempublicam* prorsus silentio deinde præterit. Leges horum, breviter quidem & jejune, laudat Aelianus Var. Hist. II. 22. Rempublicam Mantinensium, cum Laconica & Cretensi republica, inter Aristocratias refert Maximus Tyr. Dissert. VI. quod convenit cum eo, quod de eisdem Mantinensibus Aristoteles commemorat Polit. IV. 6.

Vers. 2. *Vers.* 2. Ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ. τὴν δ' Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων οὐ πάνυ τι &c. — „Posset ταύτας accipi pro ἐκείνας, & sæpe οὗτος & ἐκεῖνος ita permutant vices inter se, ut illud remotius, hoc propius significet. Sed de Cretensibus, Lacedæmoniis & Carthaginiensibus sigillatim deinde loquitur: quod non posset facere, si voluisset ταύτας ad eos populos referri. Quare ταύτας necesse est ad proximum, more solito, scil. ad Athenienſium & Thebanorum respublicas referri, & sic proinde legi: ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ, τὴν Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων, ἃς οὐ πάνυ τι &c. Conf. c. 44. extr." REISK. — Quidquid sit, turbatum utique nonnihil hoc loco videtur, quod non dubitamus compilatoris culpa esse factum. — *Ibid.* πάνυ τι scripsi cum Vrb. πάνυ τοι edd. cum allis. — *Ibid.* πολλοῦ caret Oxon.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὥσπερ ἐκ προσπαίου τινος τύχης, *velut ex subito quodam fortunæ casu.* Perperam προστραπαίου Aug. & hinc ora Hervag. προσπταίου Reg. D. Ceteri cum editis consentiunt. Neque vero opus erat, ut hanc lectionem solicitaret Reiskius, qui προσπαιούσης vel προσπταιούσης suspicatus est. Vide Henr. Stephanum in Indice Thes. & viros doctos ad Hesychium in Πρόσπαιον. — *Ibid.* λάμψαντας recte Casaub. cum Reg. D. Oxon. & Med. λάμψαντος ed. Herv. Aug. Reg. E. — *Ibid.* τὸ δὴ λεγόμενον haud satis

Digitized by Google

satis adparet, ad præcedentia ne, an ad sequentia referatur: sed, ni fallimur, ex usu sermonis semper ad id, quod sequitur, refertur illa formula. Itaque veluti proverbialiter dictum significatur illud δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας εὐτυχεῖν. Quæ verba, verum si spectes, sunt versus jambicus, quem a nescimus quo poëta mutuatus est scriptor noster. Vers. 4.

Vers. 5. οὐχ ἡ τῆς. Mendose οὐχὶ τῆς Reg. E. — Vers. 5. *Vers.* 7. ἐξ ὧν. Perperam ἐφ' ὧν Reg. C. & sic ora Aug. ab antiq. manu, & ora Hervag.

CAPVT XLIV. Cap. XLIV.

Vers. 2. συναναθήσασα. συναντήσασα Aug. Reg. D. E. male. — *Vers.* 3. τὸν τῶν Ἀθην. τὸν carent ed. 1. & Med. — *Vers.* 4. γίγνεται τὸ δέον. τὸ δεινὸν Reg. E. — *Vers.* 5. ταὐτά. Sic recte Casaub. cum Reg. E. & Vrsino. ταῦτα ed. 1. cum aliis. Vers. 2. sqq.

Vers. 6. ἔτι πλεῖν. Corrupte ἐπιτυχεῖν Reg. E. — *Ibid.* τῶν μὲν ἐκσειόντων τοὺς κάλους, *aliis quidem excutientibus, explicantibus rudentes.* Sic recte Aug. Reg. D. E. Et parum abit Vrb. qui habet ἐκσιόντων τοὺς λάλους, eodemque modo alter ex Mediceis, & codex Vrsini. Sed ed. Hervag. omisso prorsus isto verbo habet τῶν μὲν τοὺς σκαλμούς. Alter Mediceus τῶν μὲν τοὺς ἄλλους σκαλμούς. κάλους recte Casaubonus restituit; unde vero ἐκσυρόντων arripuerit, aut cur a certa satis codicum scriptura discesserit, non videmus. — *Ibid.* κοινωνήσασι. κοινωνοῦσι Reg. E. Vers. 6.

Vers. 8. ἐν τοῖς ἀπεριστάτοις βαστάσαις. Quid sit ἀπερίστατος, intelligitur ex vi vocabuli περίστασις, quod modo præcessit; nempe, *quem nulla circumstant pericula, cui nullum extrinsecus periculum imminet.* Vers. 8.

Vers. 9. οὐδὲν δεῖ οὐ δεῖ Reg. E. Vers. 9.

CAPVT XLV. Cap. XLV.

Vers. 1. Κρητῶν. Κριτέων Vrb. quod ex Κρητικὸν corruptum, qua forma sæpius deinde utitur codex Vers. 1.

Vers. 1. ille cum aliis. Vide ſtatim cap. 46, 1. — *Ibid.* μεταβάντες ἄξιον ἐπιστῆσαι. Aut μεταβάντας aut ἀξιοῦμεν legendum contendit Reiſkius; & μεταβάντας correxit Scaliger. Sed vide ad I. 14, 8.

Ibid. Ἔφορος. Quæ *Ephorus* de repub. *Cretenſium* diſputavit, eorum ſummam enucleate ſatis exhibet Strabo lib. X. p. 480 ſeq. — *Ibid.* Καλλισθένης, Πλάτων. Imperite ante Καλλισθ. particulam καὶ inſeruit Hervag. cum Aug. Eam, inde ejectam, ante Πλάτων repoſuit Caſaub. ubi nullus codex eam agnoſcit, nec quiſquam admodum deſideraverit. De Cretenſium repub. & ejus ſimilitudine cum rep. Spartanorum confer quæ diſputavit Ariſtoteles Politic. lib. II. c. 8.

Vers. 3. *Verſ.* 3. διέξιμεν. διέξειμεν Aug. διεξίωμεν Reg. C. — *Verſ.* 4. δεύτερον δέ. δὲ omittunt Vrb. Aug. & Reg. D. non male. conf. Adnot. ad II. 39, 4. p. 436. — *Ibid.* τὴν τοῦ διαφόρου τίμησιν bene edd. cum Med. *aſtimationem pecuniæ*. cf. c. 46, 2.

Cap. XLVI. CAPUT XLVI.

Vers. 1. 4. *Verſ.* 1. Κρηταιεῦσι edd. cum Med. Aug. Vrb. Sic rurſus verſ. 3. — *Verſ.* 4. τὰ κατὰ τὰς ἀρχὰς recte Caſaub. cum Reg. E. Ceteri carent τὰ cum ed. 1.

Vers. 7. *Verſ.* 7. δυοῖν γὰρ ὄντων. δυεῖν ex cod. Lugdun. citavit Gronov. in Notis editis ad h. l. Noſtri codices omnes cum edd. in δυοῖν conſentiunt. Vide Adnot. ad VI. 27, 4. — *Ibid.* συναναγκηπέναι. συναγκηπέναι Aug. Vrb. — *Verſ.* 8. τῶν κακῶν τούτων. Mendoſe τοῦ κακοῦ τούτων Hervag. cum Med. Ceteri recte. — *Ibid.* συμφρονεῖν ταὐτά. Sic Caſaub. & ſeqq. cum msstis. Mendoſe συμφρονεῖν ταῦτα. ταῦτα δ' ἀποφῆν. ed. 1. Satis erat συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἀποφ. Et delendum ταὐτὰ viſum eſt Reiſkio.

Vers. 9. *Verſ.* 9. Κρηταιεῖς διὰ edd. cum Med. Aug. & Vrb. Deſunt duæ voces Reg. E. Pro Κρηταιεῖς vero eſt Κρῆτας in Reg. D. Κρῆτες in Oxon. — *Ibid.* ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν per-

Digitized by Google

perſpecte Caſaub. conf. c. 47, 2 & 4ſq. — *Ibid.* σφᾶς. σφᾶς Aug. conſtanter.

Verſ. 10. προσέχοι dederunt Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. — *Verſ.* 11. ἢ μὲν οὖν ex Vrb. adoptavit Caſaub. cui conſentit Aug. & cod. Vrſini. Ceterum parum refert, ἢ an οἷς legamus. Et οἷς habet etiam ora Aug. ab antiq. manu. — *Ibid.* Duæ voces οὔτε ζηλωτὴν deſunt Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* διέξιμεν. διέξειμεν Vrb. Aug. Verſ. 10 ſqq.

CAPVT XLVII. Cap. XLVII.

Verſ. 1. τὰς δυνάμεις τῶν πολιτειῶν non incommode h. l. *formam rerumpublicarum* interpretatus eſt Caſaubonus. Poſſis pariter *rationem* exponere; eodem modo quo latine *vim alicujus rei* dicimus, pro *ejus ratione & natura.* Verſ. 1.

Verſ. 4. οὕτως ὅταν τοὺς τε. ὅταν abeſt ab ed. 1. & codicibus noſtris omnibus, excepto Reg. E. Recte particulam adjecit Caſaubonus, præeunte Scaligero. Verſ. 4.

Verſ. 5. Κρητικῶν. Κρητῶν Reg. D. E. Oxon. & ora Herv. — *Ibid.* εὕροι τις. Perperam εὕρῃ τις Reg. D. Oxon. — *Ibid.* κατὰ λόγον, quod cum ed. 1. habent codices omnes, nihili eſt hoc loco. Requiritur omnino dictio oppoſita ei, quæ præceſſit, κατ' ἰδίαν. Eſt autem ea κατὰ κοινόν, conf. v. 2 & 4. & cap. 46, 9. XXI. 10, 6. VII. 8, 5. Verſ. 5.

Verſ. 8. τῶν τεχνιτῶν. τεχνῖται intelligendi *artifices ſcenici*, ut XVI. 21, 8. Conf. Weſſeling. ad Diodor. IV. 5. *Ibid.* μὴ νενεμημένους correxit Caſaub. Et ſic dant Aug. & Med. Sic & debuit Vrb. in quo eſt μὴν ἐνεμημένους. Mendoſe μὴν νενεμημένους ed. 1. & ſic Reg. D. ſed in hoc ſuperſcr. μή. Perſpecte autem Caſaub. interpretatus eſt, *qui in album non fuerint retepti.* Vide Sueton. Neron. c. 21. & Fabrum in Agoniſt. l. III. c. 16. Ceterum nuſquam alibi hoc verbum, cujus quænam h. l. vis ſit ignorare ſe profeſſus eſt Reiſkius, ita uſurpatum novimus. Vſitatius eſſe προσνέμεσθαι monuit Erneſtus. Proprium aliàs in ea re verbum ἀπογράφεσθαι perhibetur. — *Ibid.* παρὰ Verſ. 8.

Digitized by Google

μεν. Mendose περίεμεν Vrb. Reg. D. Oxon. — *Ibid.* ἀθλητικούς. κτητικοὺς iidem Reg. D. & Oxon. — *Ibid.* ἔργων ἀληθινῶς. ἀληθινῶν in contextum receptum velimus. Sic ἀληθινὰ πράγματα V. 36, 2. & ἀληθινοὶ κίνδυνοι XXII. 6, 11. Conf. I. 21, 3.

Vers. 9. *Vers.* 9. ἀγομένης dederunt Vrb. Aug. Reg. D. E. quod, ex Aug. cognitum, probavit etiam Reiskius. — *Ibid.* συγκρίνει. συγκρίνῃ Reg. E. συγκρίνει Reg. D. Oxon. Viciſſim mox, pro ὑπάρχῃ, ὑπάρχοι habet Reg. D. & ὑπάρχει Reg. E. ſed ὑπάρχοι idem inter lineas.

Vers. 10. *Vers.* 10. τήν γε συγκρ. Caſaub. & ſeqq. cum Reg. D. E. Oxon. τὴν δὲ ed. 1. cum Med. — *Ibid.* ἀπεμφαίνουσαν. ἀποφαίνουσαν Reg. D. Oxon. ἀπεοικυῖαν prius habuerat Reg. E. ſed ſtatim idem librarius in ἀπεμφαίνουσαν mutavit. Suidas ἀπεμφαίνει, ἀπέοικεν.

Cap. XLVIII.

CAPVT XLVIII.

Vers. 2 ſqq. *Vers.* 2. διαφυλάτ]ειν. φυλάτ]ειν Reg. D. Oxon. — *Vers.* 3. ἀφέλεια. Mendoſe ὠφέλεια Aug. ἀσφάλεια Reg. D. *Ibid.* ἀποτελέσειν. ἀποτελέσει Vrb. Aug. — *Vers.* 4. καὶ σωφροσ. Perperam ἢ σωφροσύνης ed. 1. & Med. — *Vers.* 5. τὴν πολιτείαν. Reſtituimus articulum, operarum errore omiſſum in ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* αὐτοῖς ἀπέλιπε. — „Forte ἐσαῦτις, *in poſterum*, pro αὐτοῖς.“ REISK.

Vers. 6. *Vers.* 6. καθάπαξ. καθάπερ Reg. C. Vide ad V. 67, 2.

Vers. 7. *Vers.* 7. Λοιπὸν ἦν. Λοιπὸν ἢ tenens Reiskius, δεῖ in ἦδει mutatum voluit. Quod ſi ἢ voluiſſet Polybius, poſt τοῖς πολίταις nobis viſus eſt repoſiturus fuiſſe illam particulam. Poſtquam ἦν in ἢ fuit corruptum, inſeruit aliquis verbum δεῖ ad complendam ſententiam. conf. ad II. 28, 5.

Vers. 8. *Vers.* 8. πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλλ. Deeſt τοὺς Vrb. Reg. D. E. Oxon. Et in Aug. intra lineas adſcriptum, a prima tamen manu, ut videtur.

CAPVT

CAPVT XLIX.

Cap. XLIX.

Vers. 1. *διότι. ὅτι* Reg. D. E. Oxon. — *Ibid. ἐπ' ἐξανδραπ. ὑπ' ἐξανδραπ.* ed. 1. temere & invitis msstis. *ἐπ' ἀνδραπ.* Reg. D. Oxon. — *Ibid.* Μεσσηνίους. Μεσηνίοις Reg. E. Vers. 1.

Vers. 3. *τὴν ἐν τοῖς* Ἕλλ. Carent *ἐν* Reg. D. Oxon. — *Ibid. τούτοις αὖθις.* Speciosum est *τούτοις αὐτοῖς*, & id habet Med. Ab auctoris mente prorsus aberravit Reiskius, cum ait, sententiam postulare *τούτους ἠνάγκασαν αὐτοῖς ὑπομεῖναι ποιεῖν τὸ προστατ]όμενον*, id est, *hos* (a se devictos populos) *coëgerunt, sibi* (Lacedæmoniis) *morem gerere & dicto audientes esse.* Perfis dicto audientes fuisse Spartanos dicit Polybius, eo quod infamis pacis Antalcidicæ arbitrum regem Persarum fecerunt. Vide *vers.* 5. & de *Pace illa ἐπ' Ἀνταλκίδου* conf. ad I. 6, 2. *Eod. vers.* 5. *εὐπορῆσαι. ἀπορῆσαι* ora Aug. ab antiq. man. Vers. 3.

Vers. 6. *ἐλλιπές.* Suidas *ἐλλιπές· τὸ ἐνδεές.* Et rursus idem: *Ἔλλειπον· τὸ ἐνδεές. Ἐλλιπὲς δὲ, διὰ τοῦ ι.* Vers. 6.

Vers. 7. *τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδάς.* Veremur ne non satis recte hæc interpretati simus, *vel domum ipsi repetere, vel res necessarias advehendas curare.* Non agitur sane de *rebus domo advehendis*, nam *εἰς τὴν οἰκείαν* pariter ad *ἐπανόδους* & ad *παρακομιδὴν* refertur. Rectius fortasse Casaubonus: *quum brevi tempore & domum ipsi repeterent, & sua etiam convecherent.* Sed aliàs *παρακομιδὴ* est *trajectio fluminis vel maris*, III. 43, 5. V. 5, 3. Itaque videndum, an *ποιούμενοι τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδὰς* sit *domum revertentes sive pedibus sive navibus:* neque enim obstat, quod deinde demum versus seq. *classes* commemorat; ibi enim eas dicit quæ extra Peloponnesum sunt missæ, nunc vero de expeditionibus loquitur in alias partes ipsius Peloponnesi susceptis, quæ & terra & mari fieri potuerunt. Vers. 7.

Vers. 10. *ἀργυρολογεῖν. ἀργυρολόγον* Reg. D. Oxon. Vers. 10.

Digitized by Google

CAPVT L.

Cap. L.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. παρεξέβην. παρέβην Reg. D. Oxon. — *Verſ.* 2. ἀποδεχ. τῆς πολιτείας. τῆς πολιτ. ἀποδεχ. Reg. D. E. Oxon.

Verſ 3. *Verſ.* 3. In κἀκείνου cum edd. conſentit Med. Præferendum autem κἀκεῖνο videtur, ſcil. τὸ πολλῶν μὲν &c. Nam ſi referretur ad id quod præceſſit, dicturus fuiſſe videtur καὶ τούτου κάλλιον. κἀκεῖνο κάλλιον. τὸ πολλῶν μὲν ἡγεῖσθαι eodem modo dictum eſt, ac οὐ τοῦτο ἔναγχ ὑπολητέον τέλος. τὸ νικῆσαι, III. 4, 9. & alia ejuſmodi, quæ collecta a nobis vide ad IX. 3, 9. — *Ibid.* πρὸς αὐτὸν adoptavimus ex Aug. Reg. D. E. Oxon. & Leid. quod neceſſario requiri monuerat jam Gronovius.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. αὐτοῖς τῆς. αὐτῆς τῆς εὐπορίας Reg. D.

CAPVT LI.

Cap. LI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. De *Carthaginienſium Republica* conf. Ariſtot. Polit. lib. II. cap. 9. — *Ibid.* συνεστᾶσθαι edd. Aug. Vrb.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὸ γερόντιον. τὸ carent Reg. D. Oxon. Pro γερόντιον, in quod excepto Reg. E. conſentiunt ſcripti libri cum editis, γεροντεῖον vel γερουτεῖον legendum ſuſpicatus eſt Reiſkius. Nec vero temere quidquam mutandum. Heſychius: Γερῶα· γερόντια. ἦν γὰρ σύστημα γερόντων. Rurſus vero idem: Γερωνία· γεροντία, παρὰ Λάκωσι Καρχηδονίοις, (ſic enim pro vulgato Λακεδαιμονίοις utique legendum,) καὶ Κρησί. Ad quæ loca prætermiſſum eſſe ab Interpretibus hunc Polybii locum monuit Erneſtus in Lexic. Polyb. Non diſpliçet τὸ γεροντικόν, quod cum Reg. E. habet ora Hervagii. Γερουσίαν Carthaginenſium dicit Ariſtot. II. 9. & eodem modo Polyb. X. 18, 1. ubi γερουσίαν diſtinguit a συγκλήτῳ. — *Ibid.* καθηκόντων αὐτῷ. Perperam αὐτῶν Aug.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἀννιβιακὸν Med. Aug. Vrb. cum edd. Mendoſe Ἀννιβικὸν Reg. D. Oxon. Vide ad I. 3, 2.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. καὶ πράξεως. Haud ſatis adparet, quo pacto πράξις conferri poſſit cum σώματι & πολιτείᾳ, & quod

quod ſi de quaque πράξει, de *quaque re geſta*, dici utcumque poteſt, habere eam primo *incrementum*, & deinde *florem vigoremque*, tamen ægre intelligitur, quo pacto cuique rurſus φθίσιν etiam tribuat. Itaque vide an τάξεως ſcripſerit Polybius, ut τάξιν intelligat quamcumque *conſtitutionem* vel *ordinationem*, *quodcumque inſtitutum*. Apud Ariſtotelem quidem l. c. ἡ τάξις τῶν Καρχηδονίων eſt *inſtitutum Carthaginienſium*, aut *conſtitutio reip. Poenorum*. Verſ. 4.

Verſ. 5. παρήκμαζεν, *deflorebat, in eo erat ut deflorerat & ſeneſceret*. Imperfectum illud tempus dederunt Vrb. Aug. Reg. D. E. παρήκμασεν Med. cum edd. quod Caſaubonus *defloruerat & effœta jam erat* interpretatus eſt, aoriſto primo in notione pluſquamperfecti accepto. Verſ. 5.

Verſ. 7. τὰ Ῥωμαίων Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. τὰ τῶν Ῥωμ. edd. cum Med. — *Verſ.* 8. ἦ καὶ bene habet, *quare etiam*. Mendoſe ἢ καὶ ed. 1. — *Ibid.* τῷ βουλεύσασθαι. Perperam τὸ βουλ. ed. 1. & Aug. Verſ. 7. 8.

CAPVT LII. Cap. LII.

Verſ. 1. πρὸς τὰς κατὰ θάλατταν adoptavimus ex Aug. & intelligimus χρείας, quemadmodum mox verſ. 2. dicit τὸ δὲ περὶ τὰς πεζικὰς χρείας. πρὸς τοὺς κατὰ θαλ. Reg. D. Oxon. πρὸς τὰ κατὰ θαλ. edd. cum Med. Vrb. Reg. E. quod & ipſum ferri poterat. Verſ. 1.

Verſ. 3. περὶ τοῦτο recte Vrb. Aug. Reg. C. D. Oxon. & Leid. Verſ. 3.

Verſ. 7. Verba οἱ γὰρ abſorberi potuerunt a ſequente ὑπέρ. Sive autem οἱ γὰρ, ſive ἐκεῖνοι γὰρ, aut aliud quid ſcripſit h. l. Polybius, manifeſtum eſt relatum id fuiſſe ad *Romanos*, non ad Pœnos. Verſ. 7.

Verſ. 9. τῆς ναυτικῆς χρείας. Præferendum hoc putavimus, quod dederunt Aug. Reg. D. E. Oxon. τῆς ναυμαχικῆς χρείας edd. cum Med. & Vrb. — *Verſ.* 10. ψυχικαῖς. εὐψυχικαῖς ed. 1. cum Med. Verſ. 9. 10.

Digitized by Google

Vers. 11. *Vers.* 11. τυχεῖν ἐν τῇ πατρίδι. Quod desideratur vulgo ἐν in edd. & plerisque mastis, sæpe id factum vidimus præcedente litera ν, quæ eam particulam absorpsit: sic c. 36, 9. 39, 4.

Cap. LIII. CAPVT LIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου, *cum reliquo omni cultu, ornatu, honorum insignibus*, quibus vivus usus erat. Adjectum vocab. λοιποῦ refertur ad cetera, quæ nunc ad pompæ splendorem accedunt, & quæ singularia erant apud Romanos in ista cærimonia; ac præcipue, quod eum, qui sic efferebatur, comitabantur imagines majorum, de quibus dicit vers. 6 sqq.

Ibid. ἑστὼς ἐναργῶς, *stans conspicuus*, vel *erectus ut conspici possit.* Non de ipso corpore mortui hoc videtur intelligendum, quod arca inclusum latebat; (conf. Dionem LVI. 34.) sed de cerea imagine, quæ ad defuncti similitudinem erat efficta, ut in Cæsaris funere apud Appian. Civil. II. 147. & in Augusti apud Dionem Cassium l. c. vel potius de vivo homine, qui, corporis habitu quam simillimus defuncto, vultum impositum gerebat ad ejusdem defuncti similitudinem cera expressum. Nam quod de imaginibus majorum mox dicit vers. 6. funus comitantibus, si conferas quæ apud Dionem Eclog. V. ex lib. XXXI. legimus, (T. II. ed. Wessel. p. 518 sq.) intelliges, eamdem rationem fuisse personæ defuncti, quæ in exsequiis conspiciebatur. Atque id ipsum significare Polybius videtur vers. 4 sqq. & planius etiam fortasse h. l. rem exposuerat, sed turbatum aut prætermissum nonnihil videri potest ab Excerptorum horum compilatore aut a librariis. ἑστὼς vero, cum opponitur τῷ κατακεκλιμένῳ, *reclinato*, non solum de eo dicitur qui *pedibus stat*, sed & de eo *qui erectus sedet in lectulo vel in curru.* Sic quidem apud Herodian. IV. 2, 19. (cujus verba mox proferemus ad vers. 6.) ἐφεστῶτες dicuntur qui *in curribus sedent.* Atque eodem modo

hic

hic videtur vertendum ἑστὼς, *erectus*, ut intelligatur *erectus sedens*.

Verſ. 2. ἓν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ· καταλείπεται. καταλέλειπται Reg. D. E. Oxon. De re confer Reimar. ad Dion. l. c. not. 179. — *Ibid.* λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετάς. Abundare utique videri poteſt præpoſitio περὶ, ſed a Polybiano ſtylo non alieni ſunt hujuſmodi pleonaſmi. conf. ad c. 56, 4. Verſ. 2.

Verſ. 3. τῶν πεδευόντων. Perſpecte Caſaubonus, *eorum, ad quos funus pertinet*: & in ora Baſil. notaverat: „ſcribe πεδευόντων.“ Verſ. 3.

Verſ. 5. ἡ δὲ εἰκὼν, ἔστι πρόσωπον &c. πρόσωπόν ἐστι Oxon. Plinius Hiſt. Nat. XXXV. 2. *expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis, ut eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera.* — *Ibid.* κατὰ τὴν ὑπογραφήν. Perperam μετὰ Aug. Reg. D. Oxon. & ἀπογραφὴν Reg. D. E. Oxon. & ora Aug. Proprium vocabulum ἡ ὑπογραφὴ, de *fuco & pigmentis*, quibus color quem volumus conciliatur faciei. Verſ. 5.

Verſ. 6. ταύτας δή. Bene habet vulgatum ταύτας δὲ, in quod cum editis conſentiunt Med. Reg. D. E. Oxon. Atque id revocatum velim. Nulla ſignata vis eſt h. l. particulæ δή. — *Ibid.* θυσίας ἀνοίγοντες. θυσίας ἀνάγοντες Reg. E. Verſ. 6.

Ibid. περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατά τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην περικοπήν. δοκοῦσι reſtitui ex Vrb. & Aug. cum mendoſe vulgo δοκῶσι legeretur cum Med. Reg. D. E. & Oxon. Plana oratio: περιτιθέντες (ſcil. τὰς εἰκόνας, τὰ πρόσωπα illa, de quibus dixit verſ. 5.) τοῖς δοκοῦσιν εἶναι ὡς ὁμοιοτάτοις &c. Et perſpicua ſententia: *vultus illos cera expreſſos circumponunt* (vel *imponunt*) *hominibus, qui videntur defunctis ſimillimi eſſe & ſtatura & reliquo corporis habitu*, vel *reliqua corporis forma*. Vocabulum περικοπὴ ſæpius apud Polybium de *exteriori corporis habitu cultuque* uſurpatur, (vide V. 81, 3. X. 25, 5. XXXII. 20, 2 & 5. & XXXII, 16, 5.) & ſigillatim quidem

Vers. 6. de *vestitu* & alio *adparatu;* sed nihil impedit, quo minus de *ipsius corporis habitu & forma* intelligamus, quae notio & convenientissima huic loco est, & origini vocabuli maxime consentanea. Nam quod *a comae circumcisione* ductam similitudinem putavit Reiskius, id quidem nescimus quo fundamento nitatur: immo vero idem est περικοπὴ ac ἕλη τοῦ σώματος περιγραφή, qua ipsa dictione in eadem re, quae hic agitur, usus est Diodorus loco jam laudato: (T. II. p. 519.) quod ipsum perspecte GVIL. BVDAEVS, de Diodoro quidem nihil cogitans, veluti divinatione quadam vidit, cum in Comment. Ling. Graec. adlatis Polybii verbis, in quibus haeremus: „Hic περικοπὴ, ait, significat, nisi fallor, τὰ πέρατα τοῦ σώματος, hoc est, *lineamenta*, καὶ τὴν τοῦ σώματος περιγραφήν." — Nempe *forma, figura, exterior rei conformatio* περικοπὴ dicitur, a *circumcisis* undique *atque definitis limitibus.* Eademque prorsus ratione Plutarchus in Amatorio, pag. 765. ed. Wechel. cognato vocabulo περίκομμα usus est, ubi, translato ad animi habitum sermone, περίκομμα τοῦ καλοῦ καὶ ἐδώλου, *honesti formam atque imaginem* sive *speciem* dicit, quae in animo cernitur hominis virtutem colentis, & ex dictis ejus factisque elucet: & ibidem quidem, si conferis quae praecesserunt, intelliges, vocabulum ἐδώλου quidem respondere τοῖς χρώμασι καὶ ἕδεσι, *coloribus atque speciebus*, περίκομμα vero τοῖς σχήμασι, quatenus σχῆμα *figuram* sive *formam geometricam* significat *suis lineis determinatam ac veluti circumcisam.* Mire vero a Polybii sententia aberravit Casaubonus, qui locum hunc latine sic est interpretatus, *ad funeris elationem eas (imagines) proferunt, &, ut quam simillimae sint defuncto, reliquum etiam corporis truncum adjiciunt:* quam interpretationem alii docti viri, qui de Antiquitatibus Romanorum scripserunt, bona fide secuti sunt. Imo vero, vivos fuisse homines, qui, impositio cereo vultu ad mortuorum similitudinem expresso, & vestibus eorum induti, personas eorumdem referebant, ex tota Polybii descriptione satis adparet. Proinde

Digitized by Google

inde & ſtatim ſubjicit, οὗτοι δὲ προσαναλαμβάνουσιν ἐσθῆτας &c. *hi vero induunt veſtes*, & verſ. 8 ſq. αὐτοὶ μὲν οὖν οὗτοι ἐφ' ἁρμάτων παρεύνται &c. *hi ipſi curribus vehuntur . . & poſtquam ad Roſtra venerunt, ordine omnes ſellis inſident eburneis.* Eademque res ex ſæpius laudata Diodori ecloga, quamquam nimis mutila atque contracta, ſatis etiam nunc intelligitur. Quin etiam ad Herodiani uſque ætatem aliquid duraſſe illius moris, perſpicue docet hic ſcriptor in illuſtri illa deſcriptione cærimoniæ Conſecrationis defunctorum Cæſarum lib. IV. c. 2. ubi verſ. 19. ait: ἅρματά τε περιέρχεται, φέροντα τοὺς ἐφεστώτας ἡμφιεσμένους μὲν τὰς περιπορφύρους ἐσθῆτας, προσωπεῖα δὲ περικειμένους, εἰκόνας ἔχοντα ὅσοι Ῥωμαίων ἐνδόξως ἐστρατήγησαν ἢ ἐβασίλευσαν. Id eſt: *circumaguntur currus, quibus inſident homines, togis veſtiti purpureis, & larvas induti, quæ imagines referunt celeberrimorum imperatorum principumque Romanorum.* Ad efficiendam ſententiam quam Caſaubonus in Polybii verſione h. l. expreſſit (ut alia jam taceam incommoda, quibus illa premitur) pro ὁμοιοτάτοις ſcriptum oportebat ὁμοιοτάταις, quo pacto ex conjectura ſcripſit Budæus loco paulo ante laudato; ſed in vulgatam lectionem recte conſentiunt libri omnes. Reiſkius ὁμοιότατοι ſuſpicatus erat, ſubintelligens ἑαυτοῖς, & alia inſuper partim temere mutans, partim in tranſverſum rapiens; neque tamen commodam ſententiam extricavit. Verſ. 6.

Verſ. 7. οὗτοι δέ. Caret δὲ ed. 1. invitis msstis noſtris. — *Ibid.* προαναλαμβ. προσλαμβάνουσιν Reg. D. — *Ibid.* ἐσθῆτας adſcivimus ex Aug. & id requirebatur ob id quod ſequitur περιπορφύρους &c. Perperam ἐσθῆτα edd. cum aliis msstis. περιπορφύρους vero corriget æquus Lector: imprudentibus nobis, error operarum ex Erneſtina editione in noſtram eſt propagatus. — *Ibid.* Quatuor verba ἐὰν δὲ τιμ. παρφ. deſunt Reg. E. Verſ. 9.

Verſ. 10. παραστῆσαί τινα idem eſt ac παραστῆσαί τινι ὁρμὴν I. 45. 3. IV. 5. 9. & ſæpius alibi. Verſ. 10.

CAPVT

CAPVT LIV.

Cap. LIV.

Verf. 3. *Verf.* 3. συναπολουθούσης. ἀπολουθούσης Aug.

Verf. 4. 5. *Verf.* 4. προεῖλευς ἕλοντο θανάτους. Nota omnibus exempla; quorum nonnulla collegit Valerius Max. V. 6. — *Verf.* 5. τοὺς ἰδίους υἱοὺς &c. Sic L. Iunius Brutus, Liv. II. 5. A. Poſtumius, Liv. IV. 29. T. Manlius Torquatus, Liv. VIII. 7.

CAPVT LV.

Cap. LV.

Verf. 1. *Verf.* 1. Κόκλην &c. Vtique cum Reiſkio malimus Ὡράτιον γὰρ τὸν Κόκλην ἐπικληθέντα. Sane ſic, ſi non ſcripſit, ſcribere debuit Polybius. Ceterum in *Horatiorum* nomine ſicut in latino ſermone brevem faciunt primam ſyllabam, ſic & græce apud Dionyſium Halic. & apud Caſſium Dionem o breve conſtanter uſurpatum ſcimus, quemadmodum h. l. apud Polybium cum pleriſque mss. tis Ὁράτιον editum erat. Conf. quæ notavimus ad Appiani lib. I. Ecl. 9. Cum vero apud Polybium III. 22. 1. in ω longum, quod h. l. antiquiſſimus codex Vrb. exhibet, libri conſentiant omnes, putavimus ea ſcriptura uſum eſſe Polybium, quaſi a græco ὥρα derivatum eſſet nomen. Apud Plutarchum Ὁράτιος quidem per o editum eſt T. II. p. 307. ed. Wechel. ſed Ὡράτιος ibid. p. 309. & T. I. p. 105. Apud Suidam tam in ſerie vocum ab Ω incipientium occurrit hoc nomen quam in eorum quæ primam literam o breve habent. — *Ibid.* καταγτικρὺ Aug. Vrb. Reg. D. Oxon. κατ' ἀντικρὺ Reg. E. κατ' ἀντικρὺς edd. cum Med. — *Ibid.* πέρατι. Corrupte, περάτῳ edd. cum Med. — *Ibid.* τοῖς κατόπιν. τοῖς κατὰ πόλιν Reg. D.

Verf. 2. *Verf.* 2. τραυμάτων πλῆθος. καὶ τραυμ. πλ. edd. cum Med. & Aug. Delevimus conjunctionem cum Vrb. Reg. D. E. Oxon. — *Ibid.* καὶ διεκατέσχε. καὶ deeſt hoc loco ſoli Aug. qui præterea κατέσχε habet pro διεκατέσχε.

Verf. 3. *Verf.* 3. κατὰ προαίρεσιν μετήλλαξε τὸν βίον. Caſaubonus: *ſpontaneam mortem oppetiit.* Ad quem locum hæc notavit PALMERIVS: „Hoc loco diſſentit a Polybio Livius

vius [II. 10.] & cum eo Dionysius Halicarnasseus, [V. 24.] a quo credo Livius plura mutuatus est. Potior tamen mihi Polybii antiquioris & vetustioris fides: posteriores, ut historiam bellam facerent, sic mutarunt." — At, quemadmodum duble de ea re locutus Livius est, cum, *rem ausum*, ait, *plus famæ habituram ad posteros, quam fidei*, pariterque Florus I. 10. sic consulto ambiguis quodammodo verbis usus Polybius videtur: nam κατὰ προαίρεσιν μετήλλαξε τὸν βίον pariter de eo dici potest, *qui periculo sponte suscepto succumbit*, ac de eo, *qui, cum morti se destinasset, incolumis tamen evadit.* Vers. 2.

CAPVT LVI. Cap. LVI.

Vers. 2. οὐδὲν αἰσχρόν. αἰσχρὸν οὐδὲν Reg. D. Oxon. — *Ibid.* καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν. Carent h. l. τοῦ Reg. D. E. Oxon. — *Vers.* 3. κατὰ τοσοῦτον. κατὰ τοσοῦτο. Vers. 2. 3

Vers. 4. σημεῖον δὲ τοῦτο. Sic Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. & Vrsin. Corrupte σημεῖον δὲ τῶν παρὰ μὲν ed. 1. cum Med. Conf. III. 30, 2. Sed ut h. l. Casaub. τούτων posuit, sic IV. 44, 3. omnes dant σημεῖον δὲ τούτου. — *Ibid.* θάνατός ἐστι περὶ τοῦτο πρόστιμον. Sic Vrb. Aug. Reg. E. Mendose παρὰ τοῦτο Reg. D. Oxon. περὶ τούτου edd. cum Med. Satis fuerat τούτου absque περί. Sed & illud ferri posse videtur. Forsan autem ad πρόστιμον articulum τὸ adjecit Polyb. ut VI. 16, 2. Vers. 4.

Vers. 5. ἀνόμοιον. Mendose ἄνομον Vrb. & Aug. in contextu. — *Vers.* 6. πρὸς τὸ βέλτιον. Perperam carent τὸ Vrb. & Aug. — *Vers.* 7. τοῖς ἄλλοις. Mendose τοῖς ὅλοις iidem. — *Vers.* 8. ἐκτεταραγμένην ed. Casaub. & seqq. cum Vrb. Aug. Reg. E. — *Vers.* 10. εἰ μὲν γάρ. Perperam caret γὰρ ed. 1. — *Ibid.* ἴσως οὐδὲν ἦν ἀναγκ. ἴσως οὐδὲν ἂν ἦν ἀναγκ. Reg. E. Vtrumque recte. Confer ad I. 1, 1. Vers. 5 sqq.

Vers. 12. οἱ νῦν εἰκῇ &c. εἰκῇ καὶ ἀλόγως οἱ νῦν Reg. C. quod magis placet. Vers. 12.

Vers.

Vers. 13. *Vers.* 13. ἐὰν ταλάντου μόνον πιστευθῶσιν. Sic Vrb. & Aug. τάλαντον edd. cum Med. & Reg. E. & ora Aug. ab antiq. manu. ταλάντων Reg. D. Oxon. Non aſperhamur τάλαντον, ſed ταλάντου Polybianum eſſe putavimus. Sic XVIII. 38, 6. πιστευθεὶς γὰρ τῆς Κύπρου. Et intelligitur præpoſitio περί. Conf. Weſſeling. ad Diodor. T. II. p. 364.

Cap. LVII. CAPVT LVII.

Titulum in Codicibus nullum habet hæc Ecloga. Sed novum hoc eſſe Excerptum, nec proxime cohærere cum eis quæ præcedunt, ſatis adparet, & in Cod. Vrb. ſignificatur peculiari ſigno, quo initium novæ cujuſque Eclogæ ſignari ſolet.

Vers. 1. 2. *Vers.* 1. προσδεῖ λόγων Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. — *Vers.* 2. In δυοῖν conſentiunt omnes libri noſtri cum editis: in Lugdunenſi eſſe δυεῖν notavit Gronov. ad cap. 46, 7.

Vers. 2. *Vers.* 2. τεταγμένην ſcribendum perſpecte monuit Vrſinus, neque vero diſceſſum ab exemplo Caſauboniano ad hunc locum ex codice Mediceo notavit Gronov. in collatione illius codicis. Sicut τὸ τεταγμένον hic opponitur τῷ ἀστάτῳ, ſic cap. 25, 10. pro ſynonymis uſurpantur ἑστηκὼς & τεταγμένος. ἄστατον ἔχει θεωρίαν, *non habet certam rationem*; τεταγμένην, *certam*.

Vers. 3. 4. *Vers.* 3. εἰς ἄλλα recte Caſaub. cum Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon. εἰς ἄλλα ed. Herv. cum Med. Vide cap. 5, 1. & de tota re conf. cap. 5 ſeqq. — *Vers.* 4. προσκτᾶν. Mendoſe προσεκτᾶν Vrb. Aug.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἄρξει Caſaub. cum Vrb. Aug. Reg. D. Oxon. Mendoſe ἄρξῃ Reg. E. ἀρχῇ ed. 1. cum Med. ubi ſicut litera χ mendoſe pro ξ poſita eſt, ſic viciſſim vulgo ab omnibus ξ pro χ ſcriptam vidimus I. 59, 8.

Ibid. τὸ τῆς ἀδοξίας ὄνειδος. REISKIVS, ſic ſcribere jubens, interpretatus eſt *ignominia conditionis privatæ*. — „Nam ἀδοξία eſt, inquit, cum quis eſt ἄδοξος, *inglorius, ignobilis, honoris & publici muneris exſors*: quo ſenſu legitur hæc vox apud Diodor. Sicul. T. I. p. 71. lin.

Digitized by Google

lin. 76. Male apud Dionem Caſſium p. 118, 87. ἀδοξία vertitur *ignominia:* eſt enimvero *conditio privata;* nam opponitur regno ſeu regiæ majeſtati. Sic quoque eſt apud Plutarch. p. 1064, 12." — Cum haud dubie corrupta eſſet vulgata ſcriptura, Reiſkii adoptavimus emendationem, non quod certiſſimam putarem, ſed quod certius nihil haberemus. Et intelleximus quidem, ſpecie non carere id quod eſt in cod. Reg. E. εὐδοξίας εἶδος, quaſi dicat *ſpecies*, ſive *ſplendor* & *illecebræ gloriæ ac celebritatis:* ſed neſcimus quid alieni ab uſu græci ſermonis, certe a Polybiano ſtylo, viſum eſt habere vocab. εἶδος iſta connexione iſtaque notione uſurpatum. Verſ. 6.

Verſ. 7. λήψεται δὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς μεταβολῆς ὁ δῆμος &c. *titulum* vel *nomen factæ mutationis feret populus; auctor mutationis populus habebitur celebrabiturque:* (conf. I. 31, 4. X, 23, 2.) ſcilicet *populi* nomine ſe tegent ii, qui multitudini blandiuntur, & ad moliendas res novas eam excitant: itaque novum rerum ſtatum *ſtatus popularis* & *libertatis* nomine decorabunt; ſed revera erit *dominatio multitudinis* atque *turbæ*, abſque legum verecundia, ſtudio, ira, invidia, cupiditate omnia agentis, & in eam partem ſemper ſeſe moventis, in quam ab adſentatoribus fuerit abrepta; donec inveniatur, qui, obſervata occaſione, ſublatis æmulis, de improviſo regnum atque tyrannidem rurſus eſt occupaturus. (conf. cap. 9, 5-9.) Eum dicit ſtatum, qualem noſtris his diebus eſſe novam Franciæ conſtitutionem calumnioſe clamant hi, qui, fractas ſuas immodicas opes & repreſſam inſolentiam dolentes, ignoſcere philoſophiæ non poſſunt, quod adflictum miſerata ſtatum quo nimis diu populus Francorum depreſſus jacuerat, deſcendere tandem de cœlo, ſedemque inter nos figere, & ordinare moderarique res noſtras dignata eſt. Romam quidem cogitatione ſi redeas, & turbas cogites Gracchanas, tum Syllæ, Cæſaris, Triumvirorumque tempora, intelliges, non nimis longe a vero aberaſſe Polybii præſagium. Verſ. 7.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ἀδικεῖσθαι. Mendose & invitis msstis διακεῖσθαι ed. 1. — *Ibid.* δὲ χαυνώθῃ. Perperam δ' ἐχαυνώθη Aug. Reg. D. E.

Vers. 10. *Vers.* 10. ὧδέ πῃ vel ὧδέ πῃ Vrb. Aug. Reg. D. E. Oxon.

Cap. LVIII.

CAPVT LVIII.

Vers. 1 sqq. *Vers.* 1. παρεξέβημεν recte dederunt Aug. Reg. C. ut II. 36, 1. V. 13, 1. & alibi. — *Vers.* 2. περὶ Κάνναν. In sing. numero utitur illo nomine III. 107, 2. IV. 1, 2. & alibi. — *Ibid.* συνεχώρησε. Mendose συνεχώριζε ed. 1. & Med. — *Vers.* 3. ἐξέπεμψε. ἔπεμψε Reg. D. E.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐκπορευόμενος ed. 1. consentientibus msstis: id est, *cum jam egrederetur castris.* ἐκπεπορευομένος ed. Casaub. operarum errore, cum ἐκπεπορευμένος voluisset editor, quod expressit Gronov. & Ernest. & commodius utique erat, nec tamen necessarium. Sic vero Cicero, de Offic. III. 32. ipsum Polybium auctorem citans, ait: *unum ex decem, qui paullo postquam egressus erat e castris redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse.* Pariter Livius XXII. 58. *quum egressi castris essent, unus ex iis* &c.

Vers. 5. *Vers.* 5. μὴ φθονῆσαι τοῖς ἑαλωκόσι τῆς σωτηρίας. Sic recte Aug. & Reg. C. Et sic poscebat græci sermonis usus. — *Ibid.* τρεῖς μνᾶς, *tres minas*, id est, *trecenos denarios argenteos* s. *numos quadrigatos*, ut in hac historia ait Livius XXII. 52. & 57.

Vers. 7. *Vers.* 7. κατὰ τὰς μάχας περιπεπτ. ἐλαττώμασι. μεγάλοις περιπεπτωκότες ἐλαττ. κατὰ τὰς μάχας Reg. D. Oxon. — *Ibid.* ἐστερημένοι τότε τῶν συμμάχων recepi ex Vrb. Reg. D. E. & Oxon. Mendose ἐστερημένοι τῶν τότε τῶν συμμάχων ed. 1. & Med. ἐστερημένοι τῶν τότε συμμάχων Casaub. & seqq. cum Vrsino & sic. Aug. — *Ibid.* πατρίδος αὐτοῖς. πατρίδος αὐτῆς solus Oxon.

Vers.

Vers. 9. *εὐπορῆσαι.* Corrupte *ὑποχορῆσαι* ed. 1. cum Med. — *Vers.* 10. *τοσοῦτον ἀπέσχον* scripsimus cum Aug. Vulgo ceteri *τοσοῦτ' ἀπέσχον.* — *Ibid.* *ὅς τε οὔτε. ὅς οὔτε* Reg. D. Oxon. Vers. 9 sq.

Vers. 11. *τοῖς τε παρ' αὐτῶν, suis.* Sic recte libri nostri omnes. conf. ad III. 9, 2. — *Ibid.* *ἠτ/ωμένους* restituimus ex ed. 1. & msstis, qui in hoc consentiunt. conf. ad IX. 3, 8. — *Vers.* 13. *χαρῆναι νικήσαντα. νικήσαντα χαρῆναι* Reg. E. — *Ibid.* *καταπλαγέντα.* Perperam *κατακλαγέντα* Aug. Vers. 11 sq.

CAPVT LIX. Cap. LIX.

Ἀποσπασμάτια ista, id est *minora Fragmenta* ex partibus eis libri sexti, quæ periere, decerpta, & partim in Eclogis Valesianis, partim in ora Codicis Vrbinatis, partim ab Athenæo, partim denique a Stephano Byzantino conservata, congessimus in hoc caput, & ad finem reliquorum Excerptorum ex hoc libro rejecimus, quoniam, ex quanam parte libri decerpta sint, haud satis adparebat. Quod si tamen conjecturæ locus est, videntur pleraque, si non omnia, ex priore libri parte, quæ Archæologiam Romanam, id est vetustiorem Romanorum Historiam continebat, delibata.

Vers. 3. *κατὰ τὸν Ἡσίοδον.* Vide Ἔργ. καὶ Ἡμερ. vers. 40. (30. ed. Brunck.) Adde Polyb. V. 32, 1. & ibi notata. Vers. 3.

Vers. 4. *ὑπόθυψις, fomes, incentivum.* Conf. ad V. 42, 3. Vers. 4.

Vers. 6. Ῥύγχος rescripsimus ex Athenæo, cum Ῥύγκος esset in editionibus Polybii in fragmentis Polybianis, errore operarum Casauboni in ceteras editiones propagato. Ῥύγχος recte dederat Vrsinus in Polybii Fragmentis p. 229. errore putamus operarum Casauboni. Fragmentum autem hoc ad alium potius quemcumque librum Polybii, Vers. 6.

Digitized by Google

quam ad sextum hunc videtur pertinere, in quo non adparet, quo pacto *Aetoliæ* facta fuerit mentio. Et facile credi potest, errauisse in numero librarios Athenæi.

Vers. 7. *Verſ.* 7. Ὀλκιον. — „Videtur hoc fragm. ad bella Romanorum cum Hetruscis pertinere.“ REISK. De *Volcis* vel *Volcio* (sic enim latino ore efferebatur, & *Volcium* in latina nostra versione rescriptum malimus;) vide Cluveri Ital. Antiq. lib. II. cap. 3. p. 514 sq.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI VII.

Lib. VII.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Cap. I.

Verſ. 1. De defectione Campanorum ad Hannibalem vide Liv. XXIII. 2 ſeqq. Adde Fragmentum, quod eſt apud Suidam in Καπύη, quod retulimus in Spicilegio Fragmentorum ex lib. VII. Tom. V. p. 32. — *Verſ.* 2. διόπερ ὑπὸ Ῥωμ. ἀνήκεστα δεινὰ ἔπαθον. De pœna, quas deinde Campani dederunt Romanis, vide Liv. XXVI. 15 ſeq. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. Πετηλινοί. De nomine confer Adnot. ad Appiani Hiſt. Annibal. c. 29. & c. 57. De *Petelinorum* fide erga Romanos, & de urbe eorum capta vide Appian. l. c. cap. 29. & Liv. XXIII. 20. & 30. — *Ibid.* συνευδοκούντων τῶν Ῥωμαίων, *non improbantibus, conſentientibus*, immo *fidem eorum collaudantibus Romanis*. Convenit hæc ſententia eum reſponſo, quod Petelinis legatis datum a ſenatu Romano Livius refert XXIII. 20. Verſ. 3.

CAPVT II.

Cap. II.

De totius Eclogæ hujus argumento, confer Livium XXIV. 4 ſeqq. Ad emendandam vero primam hanc Eclogam de legationibus, quæ ſatis quidem emendate ab Vrſino edita eſt, nihil ſubſidii ex codice Bavarico illo, qui Legationes continet, petere potuimus; quoniam ibi Legationes ex Polybio excerptæ nonniſi ab ea Ecloga incipiunt quæ in Vrſini codice numero ſexta erat.

Digitized by Google

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐκχωρήσαντος τοῦ Θράσωνος, intellige ἐκ τοῦ βίου, vel ἐκ τοῦ ζῆν, quæ verba adjicit Polybius II. 21, 2. Livius XXIV. 6. *Thraſone ſublato e medio.* — *Ibid.* τὸν Ζώϊππον. Mendoſe *Zoilum* nominant codices Liviani XXIV. 4. ſed iidem ad Polybii ſcripturam accedunt cap. 26. ubi vide quæ notarunt Io. Frid. Gronov. & Drakenb.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. παρὰ Καρχηδονίοις ex Vrſini editione reſtituimus. — *Ibid.* Ἀγαθάρχῳ. — „Vide Valeſ. ad Diodor. Sic. T. II. p. 559." REISK.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Poſt verba τῶν Ῥωμαίων, & rurſus poſt συνθήκας, aſteriſcum poſuit Vrſinus, & queritur in Notis, locum hunc in codice mutilum eſſe & mendoſum; quid vero ſit, quod exhibet codex, non declarat. In eiſdem Notis, ubi repetit verba eadem, quæ in contextu ſunt poſita, adjectam videmus vocem εὐθέως ante ἔπεμψε πρεσβευτὰς, neſcimus utrum ex codice, ut per errorem omiſſa ſit in contextu, an ex Livio, qui XXVI. 6. ſic habet: *Ap. Claudius prætor, cujus Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum miſit.*

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἅτε ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν. Sic bene Caſaubonus. Contra Vrſinus, cum in contextu, tum in Notis: ὁ δὲ Ἱερώνυμος, εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν πρεσβευτῶν, εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν Καρχηδονίων. Vbi quidem, cum corrupte εἴ τε pro ἅτε, ut putamus, fuiſſet in codice, imperite omnino ſive a librario, ſive ab Vrſino, alterum membrum orationis εἴτ' ἐν μίσει ὄντων τῶν Καρχηδ. adſutum videtur. — *Ibid.* συλλυπεῖσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. Satis intelligitur, per ludibrium hoc dici. Neque ſane nos quidem particulam negantem cum Reiſkio deſideremus.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἤρετο correximus. Perperam vulgo εἴρετο, & ſic cap. 5, 7. & paſſim aliâs in Excerptis de Legationibus ſcriptum editumque. In aliis hiſtoriæ Pvlybianæ partibus codices noſtri in veram formam ἤρετο conſentiunt. — *Ibid.* πῶς,

πῶς, pro διὰ τί, nil erat cur sollicitaret Reiskius, qui ποτέρως maluerat, *utrum verum esset.*

Vers. 6. οἱ ἐν ταῖς Συρακούσαις καταφρονήσαντες. Sic recte Casaubonus, ex ingenio (putamus) corrigens mendosam codicis Vrsiniani scripturam. Vers. 6.

Vers. 7. διὸ καὶ παρομολογούντων. Commodius videri potest παρωμολόγουν, quod maluerat Reiskius. Sed bene habet vulgata; & ad illa verba referuntur ea quæ sequuntur *vers.* 8. πάλιν ὑπολαβὼν τὸ μειράκιον, ubi, quoniam interjecto sermone legatorum suspensa fuit quodammodo oratio scriptoris, facilioris connexionis causa interseruntur ista, μηθέντων δὲ τούτων. — *Ibid.* ἐάσατε τοίνυν &c. Haud satis adparet acumen responsi: sed nec opus est, ut in ludibrio, ab inflato protervoque juvene, qualis hic rex fuit, projecto, exquisitum salem quæramus. Vers. 7.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 2. συνεκβαλόντας. Sic scribendum monuit REISKIVS. — „Redit enim, inquit, ad Carthaginienses: *postquam, opera cum Hieronymo conjuncta, Carthaginienses ejecissent copias Romanas e Sicilia.*" — συνεκβάλλοντα Vrsin. συνεκβαλόντα Casaub. & seqq. Ceterum VRSINVS in Notis, totum hunc versum & nonnulla quæ præcedunt & quæ sequuntur repetens, ait: Polybii verba in manuscripto exemplari corrupte leguntur: sed nos ita protulimus hæc & alia, ut emendari debere existimavimus." — Atque ita hic Editor, quam plurimis in locis silentio premens codicis sui scripturam, noluit ut de pretio emendationum, quæ ex ipsius ingenio profluxerunt, judicare lectores possent. In eis vero Eclogis, quæ codice Bavarico continentur, paratum remedium hujus quidem incommodi nobis obtulit ipse ille codex, quem cum Vrsini codice plerumque consentientem comperimus. Vers. 2.

Vers. 4. τὰς ἐν Ἰταλίᾳ πορείας Ἀννίβου. Non satis adcurate Casaubonus: *quomodo in Italiam Hannibal venisset.* πορείας Polybius dicit (ut monuit ad h. l. REISKIVS) Vers. 4.

Digitized by Google

omnia illa itinera militaria cum exercitu in agmine incedente, *quibus Italiam perfultavit Hannibal.*

Vers. 5. *Vers.* 5. *μηδενὶ καθήκειν μᾶλλον. -- ὡς ἐκείνῳ.* — „Non respondent inter se *μᾶλλον* & *ὡς*, sed aut *μᾶλλον* sequente *ἢ* est optandum, aut *οὕτως* & *ὡς ἐκείνῳ.*" REISKIVS. — At sic amat Polybius, *μᾶλλον* seq. *ὡς*. Vide XI. 2, 9. & Adnot. ad III. 12, 5.

Vers. 6 seq. *Vers.* 6 *seq.* *Ἀκμὴν τῶν περὶ Ἀγαθ.* Sic, præcedente majori distinctione, edidit Casaubonus; qua ratione fit, ut & in *μετεωριῶδες* suspensa hiet oratio, & ad *ἀκμὴν* conjunctio requiratur *οὖν* aut *δέτερ*. Rectius, & convenienter stylo Polybiano, tali modo orationem distinxit Vrsinus: *διὰ τὸ καὶ φύσιν μὲν ἀπατάστατον ὑπάρχειν· ἔτι δὲ μᾶλλον ὑπ' ἐκείνων τότε μετεωριῶδες, ἀκμὴν τῶν περὶ Ἀγάθαρχον* &c. Atque ita repositum velimus. Multo hoc quidem commodius certiusque est, quam quod Reiskius suasit, aut *ὑπάρχον* legendum esse pro *ὑπάρχειν*, aut pro *μετεωριῶδες* scribendum *μετεωριῶδηναι*, quod ille malle se ait.

Vers. 8. *Vers.* 8. *συνθεωρούμενοι.* — „Aut *συνθεωροῦντες* legendum, aut *συνθεώμενοι*. Vidimus jam in superioribus eumdem errorem, atque notavimus." REISKIVS. — Quod quamvis & erudite & acute monitum concedamus, tamen obsecundare veriti sumus doctissimo viro. Vide Adnot. ad I. 57, 1.

Cap. V. CAPVT V.

Vers. 2. *Vers.* 2. *τί δεῖ ποιεῖν.* Sic *διηπόρει τί δεῖ χρῆσθαι τοῖς ποιοῦσι* I. 60, 6. conf. IV. 69, 3. 70, 6. &c. Possis & *δέοι* suspicari; sed præstat indicativus. *δέῃ* voluit Reiskius in conjunctivo, quem nullo modo hujus loci esse putaverimus nos quidem.

Vers. 5. *Vers.* 5. *τοὺς περὶ τὸν Ἱπποκράτην* tenuimus editum inde a Casaubono. *τὸν Ἱπποκράτην* ed. Vrsin. sed monuerat Vrsinus in Notis, videri sine dubio legendum *τοὺς περὶ τὸν Ἱππογρ.* quoniam sequitur *τοίας μετέχουσι γνώμης* in plurali numero.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. ἐνῆγον τὰ τοῦ πολέμου. Vtique ἐνήργουν legendum videtur: *ſedulo agebant ea quæ ad bellum pertinebant, ſedulo bellum parabant.* Vide I. 13, 5. III. 6, 5. IX. 13, 9. Nam aliud eſt ἐνάγειν τὸν πόλεμον, *concitare bellum*, apud Thucyd. II. 21. & Plutarch. in Compar. Coriolani & Themiſtocl. p. 235. Eſt enim ibi ἐνάγειν idem quod κινεῖν, παρακινεῖν, παραπείθειν, *incitare homines ad bellum.* Conf. Suid. in Ἐνάγει & Ἐνῆγεν. Nec dici poſſe videtur ἐνάγειν τὰ τοῦ πολέμου. Verſ. 8.

CAPVT VI. Cap. VI.

Pertinebat hoc Fragmentum ad hiſtoriam *cædis Hieronymi*, quam in *Leontinorum* urbe factum eſſe diſcimus ex Livii lib. XXIV. c. 7.

Verſ. 3. ἀποῤῥῶγα συνεχῆ. ἡ ἀποῤῥωξ, ſubſtantive, idem valet ac ὁ ῥηγμός. conf. verſ. 5 ſeq. adde III. 54, 7. & ibi notata. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἀπὸ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν πέρατος. Licet in hanc ſcripturam libri conjuraverint omnes, vix tamen videmus, quomodo defendi poſſit: & omnino adoptari debebat Reiſkii emendatio ἐπὶ τοῦ, eoque magis quod mox ἐπὶ τοῦ πρὸς ἄρκτους habemus; ubi quidem alio errore ἐπὶ τοὺς πρ. ἀρκτ. legebatur in editis & codicibus omnibus, præter unum Med. e quo ἐπὶ τοῦ reſtituimus, quod ipſum ita corrigendum idem Reiſkius pariter monuerat. Scaliger, ſicut ἀπὸ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν hic habent omnes, ſic & mox ἀπὸ τοῦ πρὸς ἄρκτους pro ἐπὶ ſcribendum cenſuit. — *Ibid.* τὰ Λεοντῖνα καλούμενα πεδία. Sic ſcripſimus, cum vulgo omnes Λεοντινὰ darent. conf. VIII. 11, 13. Verſ. 4.

Verſ. 5. ποταμὸς ὃν καλοῦσι Λίσσον. Nulli alii ſcriptori, quoad novimus, memoratus *Liſſus* amnis; quem in Teriam influere Cluverus ait, (Sicil. Antiq. p. 128.) quib altera parte Leontinos ex modico intervallo præterfluit. Verſ. 5.

Verſ. 6. τὴν προειρημένην ὁδόν. *Viam* illam *angustam* dicit, *in qua confossum a conjuratis Hieronymum* Livius narrat loc. cit. Verſ. 6.

Digitized by Google

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τινὲς τῶν λογογράφων, *nonnulli hiſtoriæ ſcriptores.* Vocabula λογογράφος & λογοποιὸς notum eſt opponi τῷ ποιητῇ, & *ſolutæ orationis ſcriptorem* denotare, ſive *fabularum ſcriptorem*, ſive *oratorem*, ſive ſigillatim *hiſtoricum*; quo pacto Thucydides I. 21. Herodotum λογογράφου nomine deſignat. Confer Harpocrat. in Λογοποιὸς, & quæ ibi notaverunt Mauſſacus & Henr. Valeſius. Ceterum totum fere hoc caput ex Conſtantini Porphyrogeniti Excerptis de Virtutibus & Vitiis in ſuum Lexicon tranſtulit Suidas.

Ibid. αὐτοῖς ſi teneas, referetur ad *Syracuſios*, quod haud incommode fieri poſſe videtur.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὥστε μήτε Φάλαριν - - μήτ' ἄλλον μηδένα γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον, *quaſi nemo acerbior fuiſſet tyrannus*; proprie, *ut nemo fuerit*, (ſcil. ex illorum ſcriptorum ratione, ſi verum eſt quod illi ſcribunt) *ſævior tyrannus.*

Verſ 3. *Verſ.* 3. καὶ πᾶις. In mendoſam mutilamve ſcripturam conſentit Suidas. καὶ περὶ πᾶις ſcripſiſſe Polybium arbitramur. — *Ibid.* οὐ πλείους τριῶν καὶ δέκα. Suidas: οὐ πλείους τριῶν ἢ δώδεκα. Voluit putamus debuitque τριῶν ἢ δύο καὶ δέκα.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἕνα μέν τινα καὶ δεύτερον ἐστρεβλῶσθαι. Vide Liv. XXIV. 5.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Magis placet *Φατέον*, quod ex Peireſciano codice editum eſt, quam *Φασὶν*, quod Suidas habet. — *Verſ.* 6. οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις. Confer ad III. 32, 11. — *Ibid.* ἐυπεριλήπτους (ſic corrigendum adparet errorem operarum noſtrarum) *quæ anguſto circulo circumſcribuntur*, *quæ non late patent*: ſecus nempe ac hoc argumentum, quod Polybius tractavit, cujus molem excuſat lib. III. c. 32.

CAPVT

CAPVT VIII.

Cap. VIII.

Verſ. 4. *ἔτη γὰρ ν'. καὶ τέτταρα βασιλεύσας, annos quatuor & quinquaginta regnaverit.* — Ad h. l. VALESIVS: „Quot annos, inquit, regnarit *Hiero*, Hieroclis filius, inter auctores non convenit. Lucianus in Longævis [c. 10. T. III. edit. Wetſten. p. 214.] LXX. annos ei tribuit ex Demetrio Calatiano. Pauſanias lib. II. Eliac. [VI. 12. p. 479.] ſcribit, Hieronem regnum iniſſe anno 2. Olymp. CXXVI. [nempe ex Caſauboni emendatione ad Polyb. I. 8, 3.] Itaque cum Olymp. CXLI. anno primo ſit mortuus, relinquitur ex Pauſaniæ ſententia, ut ſexaginta annos regnaverit. Sed Polybius 54. annos Hieroni duntaxat attribuit, qui ex anno 4. Olymp. CXXVII. conſurgunt; quo anno, victis ingenti prælio Mamertinis, Hiero, qui tunc Prætor Syracuſanorum erat, Rex publice eſt ſalutatus, ut refert Polybius lib. I. [c. 9.] quamquam Diodorus Siculus lib. XXII. [ecl. XV. T. II. p. 500.] in ejus prælii deſcriptione Hieronem Regem vocat, quaſi jam tum Rex eſſet. Quocirca facile adducor ut credam, quoſdam regnum Hieronis ab initio Prætoræ ejuſdem deduxiſſe, quam ſuſcepit Hiero anno 2. Olymp. CXXVI. Certe verba Pauſaniæ tam de prætura quam de regno accipi poſſunt. Ait enim: *τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς ἑκτῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τοῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν.* Itaque in Luciano mendum eſſe puto, ac pro *ἑβδομήκοντα* legendum eſſe *ἑξήκοντα.*“ — Hæc Valeſius. Conſer Adnot. ad I. 8, 3.

Verſ. 4.

Ibid. *διεφύλαξε δ' αὐτῷ. δ' αὐτῷ* ed. Mediolan. Suidæ non male.

Verſ. 5. *ἐπιβαλόμενος. ἐπιβαλλόμενος* Suid. quod minime ſpernendum. — *Verſ.* 6. *εὐεργετ. καὶ φιλοδοξ. γενόμενος εἰς τοὺς Ἕλληνας.* Conf. I. 16, 10. & V. 88, 5 ſeqq.

Verſ. 5. 6.

Verſ. 9. *Γέλων.* — „Intelligo Gelonem, Hieronis filium, Hieroclis nepotem.“ VALESIVS. Ceterum quam laudem Geloni huic tribuit Polybius, eam ſuſpectam facit Livius XXIII. 30.

Verſ. 9.

Digitized by Google

Cap. IX.

CAPVT IX.

De *Fœdere inter Philippum & Hannibalem*, per *Xenophanem* Philippi legatum concluſo, vide Livium lib. XXIII. cap. 33 ſeq. ubi docet, cum redeuntes ab Hannibale legati Philippi, una cum Hannibalis legatis, capti eſſent a Romanis, inventa apud eos eſſe pacta pacis inter regem Macedonum Pœnumque ducem. Igitur hiſtoriæ ſuæ inſeruit Polybius ipſam formulam fœderis, cujus argumentum breviter oſtendit Livius XXIII. 33. integram autem formulam ex Polybiana hiſtoria conſervavit nobis compilator Excerptorum illorum, quæ Antiqua a nobis vocantur. In qua formula mirum videri non debet quod difficilia nonnulla loca & haud ſatis emendata occurrant, quibus corrigendis parum etiam profuit magna copia librorum manuſcriptorum, quos vel ipſi nos conſuluimus vel a quibus excerptæ Lectiones nobiſcum communicatæ ſunt: de quibus codicibus diximus in Præfatione Tomo II. præmiſſa, cap. I. art. I. & II. p. IV-VII. & art. IV. p. X-XIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Μάγωνος, Μύρκανος. Μάγωνος non poteſt eſſe genitivus caſus, quoniam ſatis conſtat, Hannibalem Hamilcaris fuiſſe filium, non Magonis. Satis vero intelligitur, viros eos, qui hoc loco nominantur, fuiſſe nobiliſſimos ex Pœnis, qui cum Hannibale erant, concilii participes. Et *Magonem* quidem hunc dubitari non debet fuiſſe Hamilcaris filium, Hannibalis fratrem, de quo vide, quæ adnotavimus ad Appiani Hiſt. Hannibal. cap. 20. Cujus nomen licet aliâs ὁ Μάγων in primo caſu efferatur, nil tamen impedit, quo minus credamus, terminationem græcam ος fuiſſe nunc exotico nomini adjectam, quod idem ipſum in ſequentibus etiam nominibus Μύρκανος, Βαρμόκαρος factum videmus, in quibus terminatio ος utique nonniſi ex Græcorum more adjecta videri debet; quæ nomina Punico ore *Murcan*, vel *Murcal* aut *Myrcal*, & *Barmocal* vel *Barmucal*, aut aliquid ſimile, ſonabant. Itaque nullo modo opus videtur, ut cum Reiſkio ſuſpicemur, ſcriptum fortaſſe a Polybio fuiſſe Μάγων ὁ Σμυρκανός, &

deinde

deinde anxie quæramus, quidnam tandem sit *Smyrcanus*, gentile-ne, an dignitatis alicujus nomen? Vers. 1.

Ibid. Βαρμόκαρος. Βαρκόμαρος unus Med. — *Ibid.* πάντες γερουσ. πάντες οἱ γερουσιασταὶ scriptum voluit Reiskius; pariterque mox inter Καρχηδόνιοι & στρατευόμενοι insertum eumdem articulum voluit. — *Ibid.* Ἀθηναῖον recte ex Vrsini conjectura adoptavit Casaubonus, & sic alter ex codicibus Vindebon. & (ni fallimur) codex Med. & Tübing. idque inter lineas scriptum in cod. Vesontino a prima manu, sed idem codex Vesont. in contextu cum ed. 1. & reliquis codicibus Ἀθηναίων habet.

Vers. 2. Ἐναντίον Διὸς καὶ Ἥρας &c. Alternis vicibus nominantur Græcorum numina, rursusque Pœnorum. Itaque REISKIVS: „Sacramentum hoc, ait, ita est ἐναλλὰξ conscriptum, ut modo Xenophanes per deos græcos juret, modo Hannibal per Carthaginienses, ad hunc quasi modulum: Vers. 2.

Philippus.	*Hannibal.*
1. *per Iovem, Iunonem, & Apollinem.*	1. *per Genium* (seu *Fortunam*) *Carthaginis, Herculem & Iolaum.*
2. *per Martem, Tritonem, Neptunum.*	2. *per deos commilitones, & Solem, Lunam, & Terram.*
3. *per rivos, lacus, fontes.*	3. *per deos agri Carthaginiensis.*
4. *per Deos Macedoniæ & Græciæ.*	4. *vacat: occupatum enim jam erat.*

Communiter ambo: per deos commilitones, qui huic juri jurando præsunt."

Ibid. ἐναντίον δαίμονος Καρχηδονίων recte edd. & sic alter ex duobus codicibus Mediceis, is cujus præcipuam rationem habuit Gronovius. Verba autem ista Casaubonus interpretatus est, *coram Dea Carthaginiensium*, Astarten intelligens, sive cœlestem quæ dicebatur Venerem. Reiskii interpretationem, *per genium s. fortunam Carthag.* paulo ante vidimus.

Ibid.

Digitized by Google

Verſ. 2. *Ibid.* καὶ Ἡρακλέους καὶ Ἰολάου. *Herculem* a Pœnis, utpote Tyriorum poſteris, religioſe fuiſſe cultum, ſatis notum eſt. *Iolaum*, Herculis comitem, ab eiſdem Pœnis cultum nemo alius prodidit auctor. In Sicilia, in Sardinia cultum fuiſſe ſcimus; (Diodor. IV. 25. & 29 ſq. Pauſan. X. 17. p. 837.) ſed non eis in partibus, quæ Pœnorum parebant imperio. Pro Ἰολάου Scaliger Ἰοάου legendum putavit, idque cum *Iehova* Hebræorum contendit.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐφεστήκασιν recte Caſaub. & ſeqq. Et ſic Veſont. intra lineas, nec diſſenſus adfertur ex Tubing. ἀφεστήκασιν ed. 1. cum ceteris codd.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. καὶ πάντες οἱ Καρχηδονίων. Et hoc emendationi debetur Caſauboni. καὶ πάντων Καρχηδονίων ed. 1. conſentientibus mastis. — *Ibid.* γερουσιασταὶ h. l. ex ingenio corrigendum ait Vrſinus. Sic vero Vrb. Aug. & omnes noſtri codices excepto Med. & ita edidit Caſaub. — *Ibid.* ὃ ἂν δοκῇ. REISKIVS, cum hanc eſſe ſcripturam codicum cognoviſſet, ſuſpicatus eſt, in ſequentibus excidiſſe nonnihil, atque ſic fortaſſe ſcripſiſſe Polybium: ὃ ἂν δοκῇ ὑμῖν, καὶ ἡμῖν δοκεῖν· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον θέσθαι περὶ φιλίας καὶ εὐνοίας καλῆς, ὡς πρὸς φίλους καὶ οἰκείους &c. Si, nil mutatis ceteris, teneas ὃ ἂν δοκῇ, ſententia erit, *quidquid tandem vobis nobiſque* (de aliis rebus) *videatur, amicitiam jungemus his legibus.* — *Ibid.* ὑμῖν καὶ ἡμῖν. Sic edd. cum Med. Aug. & Vrb. Verba καὶ ἡμῖν deſunt Regiis noſtris F. G. Vindobonenſibus, Veſont. & Tubing.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ad σωζομένους adjeciſſe Polybium ſuſpicatur Reiſkius καὶ φυλαττομένους, ut verſ. 7. eaque verba ſic exponit: *ut deducantur in itineribus ſuis, & alibi ubicunque protegantur a Philippo.* — *Ibid.* τοὺς Καρχηδονίων ὑπάρχους, *qui ſub imperio ſunt Carthaginienſium.* Suidas: Ὕπαρχος· ὁ ὑποτεταγμένος ἑτέρῳ. Diſtinguuntur tamen ὕπαρχοι ab ὑπηκόοις, qui mox ſeorſim memorantur; intelligunturque haud dubie ὕπαρχοι, qui melioris ſunt conditionis, quam ὑπήκοοι, ac fortaſſe pro eo, quod ſequitur,

ὅσοι

ὅσοι τοῖς αὐτοῖς νόμοις χρῶνται, scripserat Polybius τοῖς αὐτῶν νόμοις, *qui imperio quidem Carthaginiensibus sunt subjecti, sed suis tamen legibus utuntur:* quo ex genere nominatim commemorantur *Vticenses*, ut nobilissimi omnium, qui æquissima conditione imperio Pœnorum erant subjecti, & pro fœderatis magis, quam pro subditis, habebantur. Verf. 5.

Verf. 6. πρὸς ἃς ἐστιν. Proxime præcedens nomen ἔθνη utique πρὸς ἃ ἐστιν requirere videtur. — *Ibid.* ἤ τε ex ἤ ἔστ αι corruptum suspicatus est Reiskius, *quibuscum nobis amicitia aut nunc est, aut in posterum erit:* sed id ipsum quidem paulo post seorsim ac diserte adjicitur. — *Ibid.* Κελτίᾳ. Mendose Βελτίᾳ h.l. Reg. F. Tubing. & duo Vindob. κ cum β permutato, ut aliâs vidimus — *Ibid* Λιγυστίνῃ in nonnullis codd. in Λυγιστίνῃ, in aliis in Λυγιστήνῃ est corruptum. Et sic mox rursus vers. seq. Verf. 6.

Verf. 7. ὑπὸ Καρχηδονίων τῶν συστρατευομένων. Sic Vrb. Aug. Regii, Vindobonenses & Vesont. Cum editis & Med. facit Tubing. e quo certe nullum dissensum ab editis notavit Reuss. — *Ibid.* ἐκ τοῖς κατ' Ἰταλίαν τόποις τούτοις, *in his Italiæ locis.* Deletam vocem τούτοις voluit Reiskius, ut perperam repetitam e τόποις, aut vero post τόποις legendum censuit ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπιβουλ. *his de causis*, aut *hac lege, hac conditione non machinabimur mutuas insidias.* In codicibus nonnullis, velut in Aug. in Regiis & Vesontino, posito puncto post τόποις, sequitur τούτοις οὐκ ἐπιβουλ. At rectius utique editores cum aliis codicibus τόποις τούτοις conjunxerunt: & facile quidem abesse patiamur τούτοις, sed cum in cunctis comparent libris, dele re non ausimus. In phrasi, quæ huic parallela est, vers. 6. dixerat ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. — *Ibid.* οὐδὲ λόχῳ χρησόμεθα. Nil videmus, quid opus sit λόχῳ in δόλῳ mutare cum Reiskio; nam id quidem non satis cautum est, quod mox dicit ἄνευ δόλου. Verf. 7.

Verf. 8. μετὰ δὲ πάσης προθυμίας δὲ abest ab aliis; in Ang. & Vrb. post πάσης locatur, sic, μετὰ πάσης δὲ προ- Verf. 8.

Digitized by Google

Vers. 8. προθυμίας, quod teneri potuerat debueratque. — *Ibid.* ἐσόμεθα πολέμιοι. — „Post πολέμιοι excidit ὑμεῖς μὲν, scil. ἔσεσθε πολέμιοι. *tu quidem Philippe, & vos Macedones atque Græci, eritis hostes hostibus Carthaginiensium.*“ REISK. — *Ibid.* πρὸς οὓς ὑμῖν εἰσιν ὅρκοι. Cum vulgo ἡμῖν consentientibus mastis legeretur, recte REISKIVS: „Imo vero ὑμῖν, ait, *vobis.* Nam Carthaginienses ubique per hoc fœdus loquuntur, &, cum obligant fidem suam, dicunt, *nos faciemus;* cum autem aliquid exigunt a fœderatis, & eorum fidem sibi oppignorant, tum dicunt, *vos facietis.*“ —

Vers. 10. *Vers.* 10. ἔσεσθε δὲ καὶ ἡμῖν πρὸς τὸν πόλεμον. In tota hac formula fœderis nusquam usurpatur infinita oratio; quare haud dubie accidit hoc loco librariis, quod sexcentis aliis in locis, ut ε cum αι permutarint. Sed aut nomen σύμμαχοι vel φίλοι adjiciendum, aut verbum adhibendum compositum, συνέσεσθε vel παρέσεσθε. — *Ibid.* ἕως ἂν ἡμῖν καὶ ὑμῖν. Caret duobus verbis καὶ ὑμῖν unus Vindob. Alter cum Vesont. mendose habet ἡμῖν καὶ ἡμῖν. — *Ibid.* εὐημερίαν, *successum, victoriam.* A verbo εὐημερέω legitima hæc forma nominis est εὐημερία, quam eamdem & Suidas & Hesychius adnotarunt. εὐημέρειαν Aug. & codex Dorvill. εὐημερείαν Reg. F. G. & alter Vindob. In Vesontino utraque jungitur scriptura.

Vers. 11. *Vers.* 11. βοηθήσετε δέ. βοηθήσειν δὲ Scaliger, ut Casaub. — *Ibid.* ὡς ἂν χρεία ᾖ. Pari modo vers. 15. βοηθήσομεν ἀλλήλοις εἰς τὸν πόλεμον, καθ' ὡς ἂν ἑκατέροις ᾖ χρεία. Quod Casaubonus habet ὥν ἂν, nescimus an e codice aliquo duxerit: ex Med. certe nullum dissensum ab exemplo Casauboniano notavit Gronov. & ὧν ἂν adfertur ex altero Vindob.

Vers. 12. *Vers.* 12. Ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν &c. Cum τυήσει τῶνδε τῶν θεῶν daret edit. 1. cum codd. omnibus, acute vidit REISKIVS, in prioribus duabus vocibus latere genitivum pluralem participii sequente conjunctione δέ: sed nimis a vestigiis scripturæ, & hoc ipso loco, & in eis quæ

quæ sequuntur, recedit, cum totam orationem ita refin- vers. 12.
git: πεισάντων δὲ τῶν θεῶν ἡμᾶς μετὰ τὸν πόλεμον τῇ παρὰ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἀξιώσει, Ῥωμαίους συντίθεσθαι. Quæ sic interpretatur: *Cum autem dii, bella debellato, per Romanorum & sociorum deprecationem, hortabuntur cum Romanis paciſci, paciſcemur.* Imo vero nihil planius, nihil certius videtur, niſi hoc, ut ſtatuamus, mendoſam illam codicum ſcripturam ex ποιησάντων eſſe ortam. Ac fortaſſe ne opus eſt quidem, ut nomen aliquod, veluti εὐημερίαν aut aliquod ſimile, excidiſſe ſuſpicemur. Poterit fortaſſe nomen illud ex ſuperioribus ſubintelligi: aut poſſis phraſin illam ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν &c. ita interpretari: *quod ſi vero effecerint* vel *præſtiterint nobis dii*, ſcil. ut pacem petant Romani; *ſi petent, ita eis pacem dabimus, ut nos eodem fœdere comprehendaminis*: aut denique, ad ſimilitudinem uſus linguæ Hebrææ, (quam propinqua cognatione attigit Punica,) ποιησάντων δὲ τῶν θεῶν idem prorſus fortaſſe valebit ac δόντων δὲ τῶν θεῶν εὐημερίαν vel τὴν νίκην, qua ratione interpres græcus I. Samuel. 14, 6. veritus non eſt, ne nimis fieret obſcurus, ſi verba illa hebræa וְיַעַשׂ יְהוָה לָנוּ תְּשׁוּעָה (id eſt, *fortaſſe Deus faciet pro nobis*, vel *faciet nobiſcum; fortaſſe Deus victoriam nobis præſtabit*) his græcis redderet, ἔστι ποιήσαι κύριος ἡμῖν. Ceterum fatemur, non ſatis commodum nobis hoc loco videri illud ὑμῖν μὲν καὶ ἡμῖν. Nam quandoquidem Pœni Græcis promittunt, ſe illos, ſi pax convenerit, eodem pacis fœdere comprehenſuros; haud ſatis conſentaneum videtur, ut dicant, *ſi vobis dii proſperum ſucceſſum dederint.* Itaque abeſſe hoc loco malimus illa verba ὑμῖν μὲν καὶ, aut certe ἡμῖν præpoſitum, ὑμῖν poſtpoſitum velimus. Quidquid ſit, ferenda non videtur Caſauboni ratio; qui in progreſſu quidem hujus periodi rectiſſime cum Vrſino & cod. Vrb. τὲν πρὸς Ῥωμαίους poſuit pro eo, quod in ed. 1. erat, τῇ πρὸς Ῥωμαίους, & ἂν ἀξιῶσι pro ἀξιώσωσι, priorem vero partem, inſertis ex ingenio verbis εἰ δόντων, in alienam ſententiam detorſit. Græca Caſau-

Digitized by Google

Vers. 12. sauboni contextui nostro subjeci: latina ejusdem interpretatio hæc est: *Sin deorum auxilium vobis nobisque in hoc bello adversus Romanos & ejus socios defuerit, & postulatum a nobis fuerit, ut amicitiam cum Romanis jungamus; sic jungemus*, &c. Neutiquam probabile est, istam mali ominis hypothesin, *si deorum auxilium defuerit*, in fœderis formula fuisse expressam. Quod τῇ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους pro τὸν plerique omnes habent libri, id satis adparet deliberato factum esse, postquam ἀξιῶσι, quod sequitur, in ἀξιώσει corruptum erat, & particula ἄν intercederat. ἀξιῶσι, præter Vrbinatem, Mediceus etiam codex præfert sed is alium errorem sibi proprium habet, τοὺς συμμάχους αὐτοὺς ἀξιῶσι, cum ceteri omnes in τοὺς συμμάχους αὐτῶν consentiant. Paulo ante vero, ubi in πρὸς Ῥωμαίους consentiunt ceteri omnes, editio Hervag. cum uno Med. παρὰ Ῥωμαίους habet; quam præpositionem arripiens Reiskius, suam illam conjecturam τῇ παρὰ Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἀξιώσει effinxit. Denique quod Ῥωμαίοις συντίθεσθαι scripserunt omnes, duplicata litera figna, & altera ad priorem vocem adhærente, adeo pervulgatum id genus erroris est, ut neminem morari debeat: neque vero intelligi facile error, restituique nominativus Ῥωμαῖοι potuit, postquam verbum ἀξιῶσι corruptum erat, ad quod nominativus ille referebatur.

Ibid. ὥστ' ἔναγχος πρὸς ὑμᾶς τὴν αὐτὴν Φιλίαν. Sic recte edd. cum Med. Ceteri πρὸς ὑμᾶς. Cum editis tamen, ni fallimur, consentit etiam h. l. Vrb.

Vers. 13. *Vers.* 13. ἐφ' ᾧ τε. Particula ista τε refertur ad μηδὲ quod sequitur. — *Ibid.* ἄρασθαι πρὸς ὑμᾶς rursus recte edd. cum Med. Mendose ceteri ἄρασθαι πρὸς ὑμᾶς. — *Ibid.* De *Corcyræis*, *Apolloniatis* & *Dyrrhachinis* confer lib. II. c. 11. — *Ibid.* μηδὲ Δυμάλλης. Sic bene Casaub. cum Vrb. & Vrsino putamus & Med. & Tubing. Mendose μὴ δὲ δὴ μάλης ed. 1. cum Aug. Reg. F. Vesont. & utroque Vindob. μηδὲ δημάλης Reg. G. Vide III. 18, 1. & ibi notata. — *Ibid.* Ἠφθίων ex edit. Gron. & Ernestina in nostram irrepsit.

Digitized by Google

irrepsit. In ed. Casaub. cum literis quadratis tota hæc fœderis formula expressa sit, accentus nusquam sunt adjecti. Scribe Παρθηνῶν cum ed. 1. & msstis, vel Παρθηνῶν. Confer Adnot. ad II. 11, 11.

Vers. 15. ἡ χρεία bene Casaub. & seqq. monente Vrsino. ἡ χρεία ed. 1. cum msstis. Conf. vers. 11. Vers. 15.

Vers. 17. δοκῆ ἡμῖν. Temere factum est, ut in brevibus Notis ad h. l. diceretur: „*Alii* δοκεῖ ἡμῖν." Scriptum debuit: „*Alii* δοκῆ ὑμῖν." Nempe sic ed. 1. cum Aug. Vesont. & duobus Vindob. minus recte. Vers. 17.

CAPVT X. Cap. X.

Exposuisse hoc libro Polybium *res a Philippo Messenæ gestas*, adparet cum ex nostro cap. 11. quod caput tertium erat in Excerptis antiquis ex eodem libro VII. tum ex cap. 12, 10. & cap. 13 sq. quæ in Excerptis Valesianis conservata sunt & ibi proxime sequuntur Eclogam de *Gorgo*, quam hoc cap. exhibemus. Seriem illarum rerum, quæ in his Fragmentis abrupta est, & occasionem qua Philippus hoc tempore Messenam venit, discimus ex Plutarchi Arato p. 1050. Scilicet occasione intestinarum turbarum, quæ Messenios diviserant, advenerat Philippus, specie compositurus turbas & conciliaturus litigantes; revera majores concitans motus, & dirarum calamitatum Messeniis auctor.

Vers. 1. Οὕσης δημοκρατίας παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις &c. Conjectura ducti, suspicati sumus, Fragmentum hoc, quod nominatim Polybio Suidas tribuit, pertinere ad illas *Messeniorum dissensiones*, quarum Plutarchus loc. cit. meminit, adeoque ex historia *rerum a Philippo Messenæ gestarum* esse decerptum. In titulo quem huic Fragmento in latina versione præfiximus, Ἰσηγορία rescribe pro Ἰσηγορίαν, quod operæ nostræ errarunt. In Suidæ vero editionibus facile adparet, pro eis quæ vulgo sic exhibentur: Ἰσηγορεῖ. ἀντὶ τοῦ λέγει. tum Ἰσολογεῖ. Πολύβιος. Οὕσης δημοκρατίας &c. Vers. 1.

Digitized by Google

hoc modo scriptum oportuisse: Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει, ἰσολογεῖ. tum vero, Ἰσηγορία. Πολύβιος· Οὔσης δημοκρ. &c.

Vers. 1. *Vers.* 2. Γόργος, ὁ Μεσσήνιος. Fuit hic haud dubie in eorum numero magistratuum vel principum civitatis, quos contra plebem concitavit Philippus, eodem tempore, quo vicissim plebem contra illos exasperavit. Erat autem idem *Gorgus* jam olim ad Philippum legatus, & opem ejus pro Messeniis adversus Lycurgum, Lacedæmoniorum regem, imploraverat. vide V. 5. Γοργὸς, cum accentu in ultima, vulgo edebatur hoc loco: retraximus accentum, quod in proprio nomine requirebat grammatica ratio; & penacute exhibent hoc nomen libri Polybiani V. 5, 4 seq. & Suidas in eodem hoc nostro Fragmento, quod ille totum Lexico suo inseruit. Eodemque modo apud Pausaniam editur, qui statuæ meminit *Gorgi Messenii, Eucleti filii, victoris quinquertii.* lib. VI. c. 14. p. 487.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἀναγωγίας. Vide Toupii Curas Noviss. in Suidam, ad vocab. Γόργος. Ἀναγωγίαν Suidas ἀπαιδευσίαν interpretatur. Adjectivum ἀνάγωγος, quod idem exponit per ὃ μὴ τυχὼν τῆς δεούσης ἀγωγῆς, habemus apud Polyb. XII. 25, 6. & XXXIV. 14, 3. Præterierat elegans Toupii emendatio acumen Reiskii, qui mendosam quidem viderat vulgatam scripturam, sed ἀγνοίας, ἀμαθίας & alia nonsina in mente habuit.

Cap. XI. ## CAPVT XI.

De totius hujus capitis argumento conferendus Plutarchus, loco supra citato, in vita Arati cap. 50. p. 1050. edit. Wechel.

Vers. 1. *Vers.* 1. τυθέντων. Mendose τιθέντων edit. 1. & cod. Vesont. — *Ibid.* διακλίνας, *inclinans in alteram partem.* Plutarchus: παρὰ μέρος ἀποκλίνων εἰς ἑκάτερον. — *Ibid.* τί δοκεῖ τὰ ἱερὰ σημαίνειν; Nil opus est emendatione Casauboni. Eodem vocabulo τὰ ἱερὰ in eadem re Plutarchus utitur: τί καθορῶσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς. Et recte quidem, ut monuit

monuit REISKIVS: „Nam τὰ ἱερεῖα, ait, sunt *totæ victimæ*, sed τὰ ἱερὰ tantum *exta*, de quibus hic agitur."

Vers. 2. Δημήτριος. *Demetrius Pharius.* cf. c. 13, 4. — *Ibid.* ἐκ τοῦ προβεβηκότος. Commode Casaubonus, *e re nata.* Consentit ERNESTIVS, qui addit: „*ex tempore*, id est *ex eo quod in medio erat*, (extis eorumque signis,) quod appellari posse τὸ προβεβηκὸς vix dubitem." — In qua interpretatione adquiescendum putamus, donec certius quid & liquidius proferatur. Frigidum sane videri debet quod ad istam phrasin REISKIVS commentatus est: „Cum jam præcessisset, inquit, Demetrius, Philippus restitisset; tum Demetrius retro conversus, ex aliquo intervallo, quo ab eo in anterius progressus aberat, ad eum sic locutus est: τὸ προβεβηκὸς est idem atque τὸ προβεβηκέναι, vel ἡ πρόβασις, ἡ ἀπόστασις τοῦ προβεβηκότος ἀπὸ τοῦ ἑπομένου." — Quæ interpretatio manifeste pugnare videtur cum αὐτόθεν, quod præcedit, id est, *e vestigio.* Vers. 2.

Ibid. ζητῆς recte Casaub. & seqq. cum Aug. putamus & cum Med. Perperam ζητεῖς ed. 1. Regii, Vesont. nescimus: an & Vrb.

Vers. 3. μόνως ἄν. Vitiose μόνος ἂν Aug. Regii, Vesont. — *Ibid.* τὸν βοῦν. τὴν βοῦν habet Strabo loco mox citando. — *Ibid.* τὸν Ἰθωμάτην. Mendose τὸν Ἰθωμάτην ed. 1. Reg. G. Vesont. In articulo vero masc. τὸν consentiunt libri omnes. Sic & vers. 6. omnes εἰ δὲ τοῦτον καταλαβών, in masculino genere. Itaque temere hic τὴν Ἰθωμάτην ediderunt Gron. & Ern. Satis adparet, de *arce Messeniaca* agi, cui aliàs ἡ Ἰθώμη nomen est, cum apud Pausaniam, tum apud Strabonem, qui lib. VIII. p. 361. eamdem rem narrat, quam hic Polybius exponit. Nec vero Stephanus Byzantinus (quoad quidem hodie opus docti hujus grammatici habemus, ab epitomatore mutilatum) aliud nomen quam ἡ Ἰθώμη habet. Sed apud Plutarchum l. c. τὸν Ἰθωμάταν legitur, pariter ut apud Polybium, excepta Dorica terminatione ἄν. Et apud eumdem quidem Plutarchum ibidem unum codicem Ἰθώμαν habere Vers. 3.

Digitized by Google

Vers. 3. reperimus, sed rursus duo alii Ἰθωμάνταν, quod ex Ἰθωμάταν corruptum est. REISKIVS, rationem redditurus differentiae nominum: „ὁ Ἰθωμάτης, inquit, est nomen *arcis*, ἡ Ἰθώμη vel Ἴθωμα nomen *oppidi*.“ — Quae ratio veremur, ne nullo prorsus nitatur fundamento. Quod si enim in unum conferas varia loca, ubi Pausanias de *Ithome* Messeniaca loquitur; (lib. IV. cap. 1. p. 280. c. 9. p. 301. c. 31. p. 356. &c.) satis adparet, eamdem Ἰθώμην, quam & *montem* & *oppidulum* dicit, *arcem* fuisse *Messeniorum*; quandoquidem ipsa urbs Messena in radice Ithomes montis, in quo fuit illud oppidulum, condita erat, & Messena atque Ithome communi muro deinde fuere comprehensae. Et quod si de ratione quis dubitat, qua corruptam apud eumdem Pausaniam scripturam p. 356. emendandam Kühnius censuit, fautorem & adsertorem suae sententiae Strabonem advocare Kühnius potuerat, qui loco paulo ante citato, ubi hanc ipsam, in qua versamur, historiam exponit, disertissimis verbis scribit: Ἡ δὲ Μεσσηνίων πόλις ἔοικε Κορίνθῳ· ὑπέρκειται γὰρ τῆς πόλεως ἑκατέρας ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον, τείχει κοινῷ περιειλημμένον, ὥστ' ἀκροπόλει χρῆσθαι· τὸ μὲν καλούμενον Ἰθώμη, τὸ δὲ Ἀκροκόρινθος. Itaque dubitari non debet, eamdem Messeniorum arcem, quae apud Polybium & Plutarchum ὁ Ἰθωμάτης vel Ἰθωμάτας vocatur, Ἰθώμην a Pausania & Strabone adpellari. Et suspicari licet, de duplice nomine monere voluisse Stephanum Byzantinum, sed, quae is in hanc partem scripserat, corrupta esse ab Epitomatore. Nam quod nunc ibi legitur: τὸ ἐθνικὸν, Ἰθωμαῖος καὶ Ἰθωμαία, καὶ Ἰθωμήτης διὰ τοῦ η, καὶ Δωρικῷ τρόπῳ Ἰθωμάτας. ἀφ' οὗ ὁ πολίτης Ἰθωμάτας, καὶ Ζεὺς Ἰθωμάτας. in his quidem corruptelam prodit discrimen quod hic fit inter τὸ ἐθνικὸν, & ὁ πολίτης. quod discrimen nusquam alibi Stephanus facit, sed pro idem valentibus promiscue utitur duobus illis vocabulis, ita, ut modo τὸ ἐθνικὸν dicat, modo ὁ πολίτης, nonnumquam etiam ὁ οἰκῶν, & numquam aliud esse nomen ἐθνικὸν perhibeat, aliud nomen τοῦ πολίτου. Quid sit autem, quod pro illis

Digitized by Google

illis verbis ἀφ' οὗ ὁ πολίτης, an ἀφ' οὗ ἡ ἀπρόπολις, scripserit ipse Stephanus, definire nos quidem non ausimus. Sed quod *Ithome* arx apud Polybium Plutarchumque ὁ Ἰθωμάτης vel ὁ Ἰθωμάτας dicatur, gentili nomine & masculino genere, id quidem inde factum suspicamur, quod apud Messenios a *Iove Ithomata*, cujus celebre in arce illa templum fuit, (Pausaniæ IV. 3. p. 287. III. 26. p. 277. IV. 33. p. 361. & Stephano Byzantino memoratum) fortasse ipsa etiam tota arx ὁ Ἰθωμάτας vulgo adpellaretur. Vers. 3.

Vers. 4. ταὐτὰ correxit Casaub. quod commodius erat. Vers. 4.

Ibid. αὐτὸ λέγειν ἠξίου τὸ φαινόμενον, *postulavit, ut ad id ipsum diceret quod sibi videretur, neque quidquam dissimularet.* αὐτὸν, quod vulgo hic præferunt libri, probare non possumus: ferremus, si transpositis verbis esset λέγειν αὐτὸν ἠξίου. Nunc vero, ante λέγειν positum pronomen vim quamdam singularem habere debet, quæ tamen in αὐτὸν nulla est: in αὐτὸ ea vis inest, quam modo declaravi.

Vers. 5. Ὁ δὲ διαπορήσας. — „Ante διαπορήσας videtur aut οὐδὲν aut μικρὸν aut ἐπὶ βραχὺ deesse." REISK. Nil opus nobis visum est. διαπορήσας h. l. est *cogitabundus, hæsitans*, fere ut IV. 71, 5. Vers. 5.

Vers. 6. ἣν παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου, Φρουρούμενος τοὺς συμμάχους. ἣν, pro ἣν, & dein Φρουρουμένους scribendum censuit REISKIVS, hac sententia: *eam custodiam, qua custoditos socios ab Antigono traditos accepisti.* Qua emendatione facile caremus. Vers. 6.

Vers. 8. Ὁ οὖν Φίλιππος. Intelligi utique debet, aut conjunctione οὖν, aut alia quacumque ratione usum h. l. esse Polybium, qua sequentem orationem cum præcedentibus connecteret. Ὁ δὴ Φίλιππος suspicatus erat Reiskius. Possis pariter conjicere: τοὺς λοιποὺς συμμάχους· οὓς ὁ Φίλιππος &c. Vers. 8.

Vers. 9. ἐκπεπτωκότος &c. *quum paulo ante acriter fuisset a juniore Arato increpatus propter cædem virorum.* Cædem dicit ducentorum fere nobilium Messeniorum, quos occiderat plebs, concitata a Philippo. Conf. Plutarch. l. c. Vers. 9.

Digitized by Google

Ibid. μὴ παρακρῦσαι τῶν λεγομένων. Sic Casaub. conscientibus mastis, quibus invitis nescimus quo casu *παρακούσαντας λεγομένων* est in ed. 1.

Vers. 10. *Vers.* 10. *Ἀγωμεν, redeamus* scil. *cum militibus qui nobiscum sunt.* conf. vers. 7.

Cap. XII.

CAPVT XII.

Vers. 1. 4. *Vers.* 1. *ἐπιστήσας τὴν διήγησιν, narrationis cursum sistam.* Observationes, quas hic inserit Polybius *de Philippi moribus in pejus mutatis,* pollicitus erat lib. IV. c. 77. *Vers.* 2, *τοῦτο παράδειγμα.* Scripsisse Polybium putemus *τοῦτο τὸ παράδειγμα.* — *Vers.* 4. *καί τοι νέῳ ὄντι παραλαβόντι.* Cogitaverat *νέῳ ἔτι παλαβ.*

Vers. 6. *Vers.* 6. *Ἀλεξάνδρου. Alexander* iste satellitio erat praepositus, cf. IV. 87, 8 sq. ac fortasse idem, quem *Aemetis filium* dixit, bello Cleomenico Chalcaspidis praepositum ab Antigono, II. 66, 5, ut quidem Reiskius putavit. *Ibid. Χρυσογόνου.* De hoc conf. V. 9, 4. 17, 6. 97, 3 sq. IX. 23, 9.

Vers. 7. *Vers.* 7. *Ἀχαιάνων. καὶ Ἀχαρνάνων* voluit Reiskius: a quo miramur nil aliud ad totum hunc locum esse adnotatum, nisi quod probet Valesii conjecturam *τῶν δὲ Πελοπον.* pro *τὴν δὲ Πελ.* Nobis quidem, nisi graviori vulnere affecta haec periodus est, saltem legendum videbatur *οὐδὲ περὶ τῆς Πελοποννησίων* &c. scil. *φιλίας καὶ προθυμίας.*

Vers. 9. *Vers.* 9. *τὸ πάντας Κρητικεῖς συμφρονήσαντας, καὶ τῆς αὐτῆς μετασχόντας συμμαχίας, ἵνα προστάτην ἑλέσθαι τῆς νήσου Φίλιππον, καὶ ταῦτα συντελεσθῆναι χωρὶς ὅπλων καὶ κινδύνων.* Haec verba sic interpretatus est VALESIVS: *quod omnes simul Cretenses, concordia inter se ac societate inita, unum Philippum dictatorem ad res insulae constituendas publice elegerunt, quodque citra vim & periculum cuncta effecta sunt.* Poterat satis videri, si *προστάτης dux* vel *praeses* exponeretur; sed *dictatorem ad res insulae constituendas* praetulit Valesius, cum ob id quod mox subjicitur, *omnia sine violentia & periculo confecta esse,* tum ob ea quae

rur-

rursus cap. 15, 4. de rebus a Philippo in Graecia gestis breviter meminit Polybius. Mirum vero utique videri debet, quod earumdem rerum in superioris historiae cursu nulla prorsus mentio occurrat: nisi forte in libri sexti parte aliqua, quae intercidit, res istas Polybius exposuerat. Nam quae lib. IV. c. 55. de societate a Polyrrheniis Lampaeisque & horum sociis cum Philippo adversus Cnossios inita narrantur, non sunt ejusmodi, ut ad ea referri id, quod nunc dicit, commode possit. Nec apud alium scriptorem ulla hujus rei mentio occurrit, si brevia verba Plutarchi excipias, in Arato p. 1049. ἡ πρὸς Κρῆτας (τοῦ Φιλίππου) ὁμιλία, δι' ἧς ὅλην προσηγάγετο τὴν νῆσον ἡμέρας ὀλίγας. quae verba Xylander interpretatus est, *colloquium cum Cretensibus, quo paucis diebus totam sibi adjunxit insulam.* Vers. 9.

Vers. 11. συντελείας ἐγκυρήσειν ἀναντίας. Eodem modo verbum ἐγκυρεῖν usurpatur VIII. 1, 5. XV. 36, 6. XXXIII. 12, 8. Vers. 11.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 2. κατὰ τὴν ε. βίβλον. Vide lib. V. c. 12, 7 sq. *Ibid.* καὶ φάσεις μόνον. καὶ ἀποφάσεις malluerat Reisk. quo vocabulo mox utitur, rursusque vers. 5. Vers. 2.

Vers. 3. ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς διηγήσεως ἐπέστημεν. Tenuimus Valesii versionem: *cum eo loci constitissemus.* Rectius fuerat, *cum ad eum locum* (vel *ad eam partem narrationis*) *pervenissemus.* conf. ad III. 118, 11. Aliud est ἐπιστήσας τὴν διήγησιν, cap. 12, 1. Vers. 3.

Vers. 4. ἀπολογεῖσθαι τοῦ μηδὲν ἂν ποιῆσαι μοχθηρόν. Possis intelligere (περὶ) τοῦ, sed quandoquidem praecessit περὶ τοῦ Ἀράτου, incommodum hoc videtur, & legendum putemus ἀπολογεῖσθαι τὸ μηδὲν ἂν &c. Vers. 4.

Vers. 5. τὴν πίστιν τῆς στερηθείσης ἀποφάσεως. Quid velit vox στερηθείσης, neminem dicere posse sibi persuaserat Gronovius. Videndum tamen, ne στερηθεῖσα (scil. πίστεως) ἀπόφασις, idem sit ac ἀνυπόδεικτος vers. 2. *enunciatum demonstratione nudatum.* Vers. 5.

Digitized by Google

Vers. 7. *Vers.* 7. καθάπερ ἂν ἐγευσάμενος αἵματος. — „Forte καθάπερανεὶ (aut καθάπερ ἂν εἰ) γευσάμενος. Nam ἐγεύειν aut ἐγεύεσθαι non est in usu." REISK. — Nos quidem nobis visi sumus vestigia verbi ἐγεύεσθαι alibi etiam apud scriptorem nostrum reperire: vide XVII. 11, 7.

Ibid. ὡς φησιν ὁ Πλάτων. Vide Platon. de Repub. lib. VIII. haud procul a fine. Confer quæ mox monemus ad vers. 8.

Vers. 8. *Vers.* 8. Cum post illa verba, τὸ περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα, vulgo inserta legerentur ista; τὸ ῥηθὲν ἐν τοῖς Πολιτικοῖς, ad hæc sic commentatus est VALESIVS: „Hæc non sunt Polybii verba, sed ejus qui hæc Excerpta [de Virtutibus & Vitiis] compilavit. Intellige autem illud consilium, quod Demetrius Pharius dedit Philippo, ut bovem utroque cornu teneret, quod habet in lib. VII. c. 3. [scil. cap. 3. Excerptorum Antiquorum; nobis cap. 11.] Qui locus a Constantino Porphyrogeneta relatus fuerat in librum περὶ Πολιτικῶν διοικήσεως, qui liber una cum reliquis fere omnibus periit. Hujus mentio fit in Excerptis Diodori, ubi ad marginem notatum reperimus, Ζήτει ἐν τῷ περὶ Πολιτικῶν διοικήσεως." — Fieri tamen potest, ut verba ista ἐν τοῖς Πολιτικοῖς ex superioribus perperam huc translata fuerint, cum referenda fuissent ad illa verba ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ut intelligerentur *Platonis libri de Republica*, quæ Reiskii fuit sententia. Id si statuas, intelligendum erit, verba hæc, de quibus agitur, in margine fuisse scripta ad vers. 7. & imperite huc tracta. Tum vero simul teneri poterit verbum ῥηθὲν vers. 8. hoc modo, τὸ περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα ῥηθὲν, vel τὸ ῥηθὲν περὶ τῆς ἄκρας συμβούλευμα.

Cap. XIV. CAPVT XIV.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἡ τῶν παρεπομένων φίλων ἐκλογή. Ad hunc locum Gronovius in ora sui libri laudavit versum quem Sophocli tribuit Aulus Gellius XIII. 13.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

id est:

Sapientes fiunt reges, amicis si utuntur sapientibus.

CAPVT

CAPVT XV.

Cap. XV.

Dixerat Polybius V. 87, 8. & 107, 4. *Antiohum*, qui *Magnus* eſt cognominatus, pace compoſita cum Ptolemæo Philopatore, omnia ſua conſilia in *bellum adverſus Achæum* convertiſſe, & ineunte æſtate anni ab V. C. 738. ſuperato Tauro bellum illud ſuſcepiſſe. Res initio illius belli geſtas, expoſuit putamus ſcriptor noſter in poſteriore parte libri ſexti, quæ intercidit: tum hoc libro VII. ea, quæ altero illius belli anno geſta ſunt, enarravit; (vide verſ. 2. hujus cap.) cujus narrationis partem hanc, ſane memorabilem, quæ de *capta per Antiochum urbe Sardibus*, quæ ſedes erat imperii Achæi, agebat, conſervavit nobis compilator Fragmentorum horum, quæ *Antiqua Excerpta* nominavimus.

Verſ. 1. ἐπιθέσεως, *ſubitæ invaſionis.* Conf. I. 57, 3. 74, 13. — *Ibid.* Ante τῶν στρατιωτῶν perperam inſerit τὴν ed. 1. cum Aug. Regiis Veſont. Tubing. putamus & Vrb. Sed in Aug. ut ſpurius notatur ille articulus. — *Ibid.* οὐ μόνον ἀνωφελὲς, ἀλλὰ καὶ μακρόν. Inverſam verborum ſeriem voluit Reiſkius: οὐ μόνον μακρὸν, ἀλλὰ καὶ ἀνωφελὲς, *non ſolum longum, ſed etiam inutile.* Verſ. 1.

Verſ. 2. τὸ δὲ τέρας adverbialiter hic ſumendum eſſe, monuit Reiſkius, *tandem, poſtremo.* Recte: nec vero aliter accepiſſe Caſaubonus videtur, licet in lat. verſ. ſcripſerit *finem impoſuit.* Ad verbum dicere oportebat: *Ad extremum Lagoras Cretenſis* &c. Sed longiorem periodum (nam verbum, quod reſpondet nominativo ὁ Λαγόρας, ſequitur demum verſ. 5. τοσούτῳ μᾶλλον προσεῖχε) commode in latina verſione diviſit Caſaubonus. — *Ibid.* ὁ Κρής. Sic Caſaub. cum ora ed. 1. & ora Aug. putamus & ora Med. Et ſane aut hoc oportebat, aut ὁ Κρητεὺς, aut ὁ Κρηταιεύς. Conf. VIII. 17, 1. Verſ. 2.

Ibid. τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ &c. *evenire utplurimum, ut munitiſſimæ quæque urbes negligentia oppidanorum capiantur* &c. Argumentum hoc (ut monuit Caſaub. in ora Baſil.) tractavit Onoſander in Strategico; ſcil.

Digitized by Google

Verſ. 2. ſcil. cap. 42. p. 112. edit. Rigaltii, ubi titulum adſcripſit Rigaltius in hunc modum: *Loca, quæ obſeſſi inacceſſa exiſtimant, obſidentibus ſæpenumero prodeſſe.* Et ſimillima quadam ratione olim a Cyro captam eamdem urbem Sardes eſſe, docet Herodot. I, 84. & Xenoph. in Cyropæd. VII. 2.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καὶ τοῦτο δ' αὖ ἐπεγνωκώς. Sic ex ingenio correxit Caſaubonus: quod nunc demum videmus citra neceſſitatem eſſe factum, & revocatam velimus conſentientem codicum omnium & editionis primæ ſcripturam, quæ commodiſſime ſic habet, καὶ τούτων αὐτῶν ἐπεγνωκὼς διότι συμβαίνει ἁλώσεις γίγνεσθαι κατὰ τοὺς ὀχυρωτάτους τόπους. Quorum verborum naturalis ſeries hæc eſſe intelligitur: καὶ ἐπεγνωκὼς, διότι συμβαίνει τὰς ἁλώσεις τούτων αὐτῶν (ſcil. τῶν ὀχυρωτάτων πόλεων) γίγνεσθαι κατὰ τοὺς ὀχυρ. τόπους. In uno vocab. ἁλώσεις (quod recte dedit Caſaub. cum Vrb. Aug. & Vrſin.) aberrarunt nonnulli codices: αὐλώσεις ed. 1. Med. Tubing. αὐλώσεις Regii & Veſont. — *Ibid.* ἀπηλπίσθαι recte Caſaub. cum Vrſino. Conf. XVIII. 6, 4. VIII. 15, 3. Vitioſe ἀπαντῆσθαι ed. 1. Med. ἀπηντῆσθαι Aug. Regii, Veſont. ἀπηντῆσθαι Tubing. Proxime a vero abeſt Vrb. ἀπηντίσθαι ſcribens, NT pro ΛΠ.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. οἷς διὰ τοιαύτης πράξεως πωρισύσειν αὐτῆς. πωρισύειν ed. 1. cum Med. τοιαύτης πράξεως. — „facinore aliquo, ex eo genere quod initio hujus Excerpti commemoratur.“ REISK.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πάντα τόπον. cf. verſ. 6. & 11. Nil frequentius iſta permutatione vocabulorum τόπος & τρόπος. Vide ad IV. 70, 9. V. 60, 8. &c.

Verſ. 6. 7. *Verſ.* 6. Πρίονα recte Caſaub. cum Vrb. & ora ed. 1. ex Aug. τρίονα ed. 1. cum Med. Regg. Veſont. Tubing. — *Verſ.* 7. Recte idem Caſaub. ex conject. correxit συνεθεώρησε, cum συνεθεωρῆσαι dediſſent codd. omnes cum edit. 1.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. κοιλίας *interanea* vertit Caſaub. Prætuli *cadavera*, quod habet Muſculus, ex cujus verſione interpretatio

Digitized by Google

tatio ista in lexica translata est. Videtur tamen magis convenire Casauboni interpretatio.

Vers. 10. ἐξήτασε. Sic oportuit; & sic dant omnes VIII. 19, 2. — *Ibid.* τὰς προσβάσεις Casaubonus vertit *qua adiri locus posset.* Sic IV. 56, 8. πρόσβασις est *accessus, aditus.* Sed sicut verbum προσβαίνειν, sic & nomen πρόσβασις, apud Polybium plerumque de *adscensu* usurpatur; quae notio & in hunc locum perapte convenire videtur, *qua conscendi murus posset.* Vide Adnot. ad II. 67, 6. & ad I. 55, 10. ubi quidem in ipsa Adnotatione nostra, nescimus, quo errore, bis pro vocabulo ἀναβολὴ perperam προσβολὴ scriptum est; quod sphalma facile corriget æquus Lector. Vers. 10.

CAPVT XVI. Cap. XVI.

Vers. 2. παραπελεύσαντα συστῆσαι συνεπιδοῦναι, *sibi adjungere, & hortari daret se in commune periculum.* Trajectio verborum, non aliena a stylo Polybiano. Nec opus videtur, ut, transpositis verbis, cum Reiskio legamus συστῆσαι, παραπελεύσαντα &c. συστῆσαι vero recte edd. cum plerisque msstis. συστῆναι ora ed. 1. & ora Aug. ab antiqua manu, & sic statim fuerat in Reg. F. sed mox ab eadem manu correctum. — *Ibid.* τῆς ἐπιβολῆς (*captus, conatus, molitionis*) adscivimus ex Vrb. Aug. Vesont. Vidit etiam & perspecte monuit Reiskius. Perperam τῆς ἐπιβουλῆς edd. cum aliis codd. — *Ibid.* ἱκανὴν δύναμιν ἔχειν καὶ τόλμαν. δύναμιν *robur* interpretatus est Casaub. Videtur potius *ingenium dexteritatemque* h. l. denotare hoc vocabulum, de qua notione diximus ad I. 83, 6. Vers. 2.

Vers. 3. ἐτήρουν νύκτα τὸ περὶ &c. Sic recte edd. cum Med. νύκτα τοῦ περὶ Vrb. Aug. Regii, Vesont. Vers. 3.

Vers. 4. λαβόντες δὲ τοιαύτην, - - - τῇ πρότερον. Sic recte ed. 1. consentientibus msstis. Quod cum Vrsinus citra necessitatem in λαβόντες δὲ ταύτης - - - τὴν πρότερον mutatum voluisset, Casaubonus, Vrsino parens, simul (nescimus quo consilio sive casu) τοιαύτην ante ταύτης servavit, Vers. 4.

Digitized by Google

vit, atque ita totam orationem turbavit, cujus plana erat sententia: *nacti talem noctem, pridie ejus diei quo exsequi consilium cogitabant* &c.

Vers. 5. *Vers.* 5. τοὺς στροφεῖς καὶ τὸ ζύγωμα τῶν πυλῶν. οἱ στροφεῖς haud dubie sunt *cardines*. τὸ ζύγωμα Casaub. interpretatus est *jugamentum* sive *tignum transversarium*. Et in ora Basil. ait: „ζύγωμα est *assis transversarius*, *quo clauditur janua*, ut in nostra domo; & hoc est quod græce dicunt ἐπιζυγοῦν τὴν θύραν." — Vide Interpretes Hesych. ad v. Ἐπεζύγωσε. & Interpr. Pollucis X. 26. Sed ea quidem ratione τὸ ζύγωμα non differet a τῷ μοχλῷ, qui intus est, cum nunc agatur de parte exteriori. Et habemus quidem vocabulum a verbo ζυγοῦν derivatum, quod idem valet ac ὁ μοχλὸς, sed id τὸ ζύγωθρον est, non τὸ ζύγωμα. At ea notio, ut diximus, neutiquam convenit huic loco. Itaque videndum, fit-ne fortasse τὸ ζύγωμα idem quod τὸ θύρωμα, id est, *postes portæ*, qui trabe transversim superne impositâ ζυγοῦ (id est *jugi*) speciem referunt; an sint *vincula* sive ferrea sive lignea, quibus firmatur porta & inter se continentur variæ tabulæ e quibus compacta porta est. Nobis fatemur non liquere.

Ibid. τὰς βαλανάγρας. Scholiasta Thucydid. II. 4. βάλανός ἐστι, ait, τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. (id est, *pessulus*, *repagulum*.) ὅθεν καὶ ἡ πλεὶς καλεῖται βαλανάγρα, παρὰ τὸ ἀγρεύειν τὴν βάλανον. (*eo quod capiat pessulum.*) Eodem modo Schol. Aristoph. ad Vesp. 155. & ex his Suidas.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἀκολουθήσοντας ed. Casaub. & seqq. Et sic Aug. putamus & Med. & Tubing. ἀκολουθήσαντας ed. 1. Regii, Vesont. & (ni fallimur) Vrb. — *Ibid.* τὴν τοῦ θεάτρου στεφάνην, *aream theatrum ambientem*. — „Quænam sit theatri στεφάνη, intelligitur ex illa Emanuelis Martini epistola, qua theatrum Segusianum describit." REISK.

Vers. 7. *Vers.* 7. διέδωκε λόγον, *sermonem sparsit*. Vide I. 72, 3. III. 78, 8. XV. 22, 3. XXIII. 2, 2.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Cap. XVII.

Verſ. 1. *ὑπέστειλαν.* Temere & invitis msstis *ἐπέστειλαν* ed. 1. — *Ibid. προπίπτοντα.* conf. VIII. 6, 8. Sic *mons in mare prominens* eſt *ὄρος προπεπτωκὸς εἰς τὸν ὠκεανὸν* apud Diodor. III. 53. ad quem locum plura hujus verbi, in eamdem ſententiam accepti, exempla ex Strabone a Weſſelingio collecta ſunt. — *Ibid. ὀφρὺν* ſcribendum putavimus, cum *ὀφρῦν* h. l. darent edd. & mssti. — *Verſ.* 2. *ἀνύπτοντον* recte Caſaub. cum Vrb. & Vrſin, & ſic ora Aug. ab antiq. manu. *ἀνυπόστατον* ed. 1. Med. Aug. Regii, Veſont. Tubing. quod ex *ἀνεπίστατον*, id eſt, *haud obſervatum, haud animadverſum*, corruptum ſuſpicatus eſt Reiſkius. *ἀνύπτωτον* ora ed. 1. & ora Med. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. *δυοῖν κλιμάκων. δυσὶν κλιμ.* Veſont. quod proxime ex *δυεῖν* corruptum eſt. — *Ibid.* Pro *δι' ἧς* utrobique eſt *διεῖς* in ed. 1. & msstis. Solus Aug. utrobique in ora verum habet ab antiqua manu. Verſ. 3.

Verſ. 4. *τοὺς προσβαίνοντας, adſcendentes.* Sic recte edd. cum Med. Vrb. Aug. Tubing. Conf. Adnot. ad II. 67, 6. Vitioſe *προβαίνοντας* Regii & Veſont. — *Ibid. παραβαλλομένων, periclitantium.* Mendoſe *παραλαμβανομένων* Reg. G. & Veſont. Verſ. 4.

Verſ. 5. *οἱ μὲν ἐκπεπληγμένοι τὸ παράδοξον, οἱ δὲ προθρύμενοι καὶ δεδιότες τὸ συμβησόμενον, ἀχανεῖς, ἅμα δὲ περιχαρεῖς ὄντες, ἔστασαν. Alii admirantes novitatem conatus, alii de eventu dubitantes timenteſque, ſtabant ſilentio defixi, ſimul vero lætitia geſtientes.* Verbum *προορᾶσθαι* ſicut h. l. cum *δείδειν* conjungitur, ſic & aliàs plerumque in ſiniſtram & ominoſam partem accipitur a Polybio, pro *ſuſpectum habere, non bene ominari, dubitare de eventu.* Vide I. 65, 7. 66, 9. II. 47, 4. XVIII. 6, 5. & 26, 2. &c. Verſ. 5.

Verſ. 6. *προῆγε τὴν δύναμιν.* Hoc primum oportuit: *exercitum e caſtris eduxit:* tum ſequitur *καὶ προσέβαλλε.* Verſ. 6.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 7. *Verſ.* 7. παρηλαγμένον. Polybianum verbum reſtituit Caſaub. cum Vrb. & Vrſin. Vitioſe παρηλεγμένον ed. 1. Med. παρηλαγμένον Aug. Regii, Veſont.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τοὺς ἀπαντήσαντας εἰς τὴν πύλην. Scil. ad portam eam quæ proxima erat loco, ubi Lagoras cum ſociis adſcendit; (conf. c. 18, 2.) quos quidem non conſpexerat Achæus, ſed moliri hoſtes aliquid ab ea parte intellexerat, quoniam in eam oculos omnium e caſtris converſos viderat.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ἀρίβαζος. Sic rurſus c. 18, 4. Sed eumdem Ἀριόβαζον vocant codices omnes VIII. 23, 9.

Cap. XVIII. CAPVT XVIII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. κατελάβοντο. Licet eodem hoc cap. verſ. 8. κατειλήφει τὴν πόλιν in activa verbi forma dicat; tamen conſtanter aliàs (ubi quidem præterito imperfecto aut aoriſto ſecundo utitur) in medio genere frequentat hoc verbum. vide I. 58, 2. III. 19, 3 & 11. V. 17, 1. &c. Et manifeſte latuerat h. l. terminatio το in particula τε, quæ nullo modo hujus erat loci, nec habebat quidquam quo referretur.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. σπεύδοντες παρεγσυᾶν ἐπὶ τοὺς εἰσπεπτωκότας. Caſauboni eſt hæc interpretatio, quam in loco difficili tenuimus: *ſignum ad conveniendum adverſus eos, qui erant ingreſſi, cunctis dare feſtinantes.* Eodem vero modo σπεύδοντες παρεγσυᾶν nunc dicit Polybius, ut σπουδῇ παρηγσύων I. 76, 2. Sicut autem ibi verbum παρεγσυᾶν a Gronovio *adpropinquare*, & ab Erneſtio *impetum facere*, *irruere* expoſitum vidimus: ſic rurſus h. l. ab eodem Erneſtio in eamdem fere ſententiam, *occurrere ad obſiſtendum* exponitur; quæ interpretatio, ab omni reliquo uſu græci ſermonis abhorrens, jam ex Muſculi verſione harum Eclogarum Polybii in vetera Lexica græco-latina recepta erat, & ab Henr. Stephano probata. Sed quemadmodum ad I. 76, 2. monuimus, nil opus ibi videri, ut ignotum reliquis omnibus ſcriptoribus uſum hujus verbi adfingamus Polybio: ſic nec hoc loco recedendum putamus ab eadem notione, qua

eum

Digitized by Google

cum apud alios auctores, tum præsertim apud Xenophontem (II. 3, 21. III. 2, 6 & 8. III. 3, 42 & 58 & 61 & 69. &c.) in re bellica idem verbum frequentatur; ubi, de imperatore usurpatum, denotat *imperare, imperium dare, quod veluti per manus traditum ab uno ordine ad alium propagetur, donec ad omnes pervenerit;* de militibus, *repetere imperium datum & commilitonibus tradere, adeoque sese mutuo cohortari.* Itaque sententia istius phraseos σπεύδοντες παρεγγυᾶν ἐπὶ τοὺς εἰσπεπτωκότας ad verbum hæc fuerit: *propere imperium* (sive a duce datum, sive sibi ipsi dantes) *aliis aliis tradiderunt, commilitonibus adclamarunt,* (intellige, *eundum, pergendum esse*) *adversus eos qui in urbem* (ab alia parte) *jam irrupissent.* Et videri quidem potest, in eam sententiam, pro σπεύδοντες παρεγγυᾶν, commodius fuisse σπεύδειν παρεγγυῶντες: neque tamen nos quidem in re non nimis liquida quidquam temere mutaverimus. Ceterum velimus, unum nobis exemplum sive ex Polybio, sive ex alio scriptore proferatur, ubi παρεγγυᾶν nil aliud nisi παρεγγίζειν aut ἀπαντᾶν denotare possit; & lubentes interpretationem illam, de qua supra diximus, amplectamur. Vers. 4.

Vers. 6. ἤδη τούτοις κατὰ τὸ συνεχές. Sic Aug. Vrb. Regii, Vefont. Ex Tubing. nulla discessio a vulgata scriptura adfertur. — *Ibid.* τὰς παραπεμένας διέκοπτον πύλας. *proximam effregere portam.* conf. VIII. 31, 4. Itaque vers. 8. ait, *omni ex parte jam irrupisse exercitum.* — *Vers.* 7. ἐπὶ βραχὺ utique fuit referibendum, licet in ἐπὶ βραχεῖ cum editis consentiant libri nostri omnes. Vers. 6. 7.

Vers. 10. Σάρδεων - - ἐγένετο κύριος Ἀντίοχος. Ad urbem hoc pertinet Sardes: arx anno sequenti demum Antiocho tradita. Vide VIII. 23. Vers. 10.

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Vers. 1. Μασσύλοι. Vide Adnot. ad III. 33. 15. Qua vero occasione *Massylorum* hoc libro VII. meminerit Polybius, haud liquet. Galæ, ejusque filii Masinissæ, qui Vers. 1.

regnli

reguli fuerunt Numidicæ hujus gentis, prima apud Livium mentio occurrit lib. XXIV. c. 48 ſq. in rebus A. V. 541, quas res libro VIII. perſcripſerat Polybius: ſed ea quidem pars hiſtoriæ Polybianæ prorſus intercidit.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Οἱ δὲ τὸν Ὠρικὸν &c. *Orici* a Philippo capti, & a Romanis recepti, meminit Livius XXIV. 40. in rebus A. V. 540. cujus anni res geſtas libro VIII. expoſitas fuiſſe a Polybio docent Excerpta Antiqua ex lib. VIII. cap. 5 ſeqq. (nobis cap. 6 ſqq.) collato Liv. XXIV. 33 ſq. Conf. Adnot. ad Polyb. VIII. 10, 1. At nihil magnopere obſtat, quo minus, quum Stephanus Byzantinus verba ſupra ſcripta *apud Polybium lib. VII.* legi (ni in numero errarunt librarii) diſerte dicat, credamus, ejuſdem oppidi Orici mentionem a Polybio jam in rebus ſuperioris anni fuiſſe factam. Λέγεται ἀρσενικῶς, ait Stephanus, (id eſt, *in maſculino genere uſurpatur hujus urbis nomen;*) ὡς Πολύβιος ἑβδόμῳ; Οἱ δὲ τὸν Ὠρικὸν κατοικοῦντες &c. Fieri etiam poteſt, ut, quæ res in annalibus, quos ſecutus Livius eſt, ad conſules anni 540. referebatur, eamdem alii annales, quos Polybius probavit, ad annum 539. retulerint.

Ibid. παρὰ τὴν εἰσβολήν. περὶ ſcriptum oportuit, idque corrigi velimus. Sic enim & ratio grammatica poſtulat, & dant codices Stephani a Salmaſio laudati, & Euſtathius ad Dionyſii Periegeſ. verſ. 331. ubi eadem repetuntur Polybii verba.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI VIII. Lib. VIII.

RELIQVIAS.

CAPVT I. ET II. Cap. I. II.

Fragmentum hoc, quod *cap.* 1. & 2. continetur, divelli non debuiſſe, ait REISKIVS, ab illo, quod deinde cap. 12-18. Excerptorum Antiquorum (nobis cap. 17 ſeqq.) legitur, ubi narratur, quibus artibus Achæus ex arce ſua extractus & Antiocho proditus ſit. Eamdem fuiſſe CASAVBONI ſententiam, ex ora Baſil. intelligimus, ubi hæc notantur: „Hæc diſputatio maxime locum habet ob Achæi ἅλωσιν, quæ nondum eſt narrata. Et fortaſſe loco motum hoc fragmentum.“ — Denique in eadem opinione Erneſtius fuit, qui perturbatum eſſe hoc loco Excerptorum ordinem contendit in Præfat. ad Polyb. p. 15. Iam nos quidem, loco moveri potuiſſe fragmenta nonnulla a compilatoribus Excerptorum, minime negaverimus. Etenim in Conſtantini quidem Eclogis, cum eis de Virtutibus & Vitiis, tum de Legationibus, manifeſte aliquoties id factum obſervare nobis viſi ſumus; ita quidem, ut ipſi in hac noſtra Polybii editione nonnumquam conati ſimus in priſtinum ordinem ea reſtituere. Et in Antiquis, quæ vocamus Excerptis, licet nuſquam nos quidem turbatum obſervare Eclogarum ordinem meminerimus, tamen potuiſſe id pariter fieri, facile largiemur. At hanc, quam præ manibus habemus, Polybii diſputationem quo minus referendam putemus ad illam Achæi calamitatem, quam deinde exponit, obſtat id quod legimus cap. 2. verſ. 6. unde perſpi-

Digitized by Google

cue intelligi videtur, disputationem hanc alia occasione fuisse institutam. Et ex oppositione quidem calamitatis Achæi, quam mox expositurum se significat, cujus calamitatis causam nullam ipsi Achæo tribui posse ait, quoniam is omnem, quæ fieri poterat, cautionem adhibuerat: ex ista igitur oppositione, collata cum ipso initio hujus fragmenti, intelligi videtur, hoc loco expositum fuisse a Polybio casum hominis, (& quidem ducis copiarum, ἡγεμόνος, vide cap. 1, 2.) qui sua quadam culpa suaque imprudentia in cladem inciderat, & copias sibi commissas perdiderat. Quisnam vero ille sit, reperire adhuc non potuimus. Pro eo ordine, quem aliâs Polybius, ex quo cœpit historiam per singulos annos digerere, (inde ab Olymp. CXLI. ab A. V. 539.) tenere consuevit, ut cujusque anni historiam a rebus in Italia gestis inciperet, tum ad res Siculas progrederetur, ac deinde demum ad res in aliis regionibus gestas converteret narrationem: pro illo igitur rerum ordine consentaneum est, ut casum eum, qui occasionem dedit Polybio hæc disputandi, vel in Italia accidisse putemus, vel in Sicilia. Nam quæ deinde sequuntur fragmenta, (cap. 5 seqq.) ex rebus in Sicilia sub finem anni 540. gestis excerpta sunt: quæ vero cap. 3 sq. exhibetur disputatio, ea utrum ex occasione rerum in Italia gestarum instituta sit, an occasione novi gravisque belli in Sicilia adversus Syracusanos a Romanis suscepti, dubitari potest, quamquam hoc quidem nobis verosimilius videtur. Iam vero in Italia apud Livium quidem, qui tamen res in Italia gestas inprimis copiose exponere consuevit, in hujus anni 540. historia nihil reperimus, quod disputationi huic de qua quærimus, *de cautione in fide habenda hostibus*, occasionem dare facile potuerit. In rebus Siculis vero, ante susceptum a Romanis pertinax illud cum Syracusanis bellum, occurrit apud Livium mentio *præsidii Romani*, quod ab Appio Claudio ad tuendos sociorum agros fuerat missum, *inter conditiones pacis interfecti*. lib. XXIV. c. 29 sq. Eam calamitatem, quam nonnisi brevibus verbis tetigit Livius,

Digitized by Google

Livius, fusius fortasse exposuerat Polybius, & eadem occasione disputationem hanc, de qua quærimus, instituerat. Fortasse vero de Andranodoro agebatur, qui sua imprudentia exitium sibi contraxit: cujus casum breviter Livius XXIV. 24. exponit; quo etiam pertinere videtur sententiola illa, quam in hac regione in ora habet codex Vrb. quæ a nobis ad finem hujus libri cap. 38, 1. rejecta est.

CAP. I. *Vers.* 2. *ἀργῶν.* — „hoc est, *δι' ἀργίαν, ὅπνῳ τῆς ἐπιτόνου σκέψεως.*" REISK. — *Vers.* 3. *Ἀρχίδαμος.* De hujus casu conf. lib. V. c. 37. — *Ibid. ὑπιδόμενος.* Perperam *ἐπιδόμενος* ed. 1. cum Med. — *Ibid. ἐνεχείρισεν ἑαυτόν.* Teneri poterat *αὐτὸν* vel *αὐτὸν*, quod dabant libri. — *Vers.* 5. *ἐγχειρίσας αὐτὸν* ed. Casaub. & seqq. & Aug. ex emend. ab ead. manu. *αὐτὸν* ed. 1. cum ceteris codd. Cap. I. Vers. 2 sqq.

Vers. 6. *Πελοπίδας ὁ Θηβαῖος.* Vide Plutarch. & Cornel. Nep. in ejus vita. — *Ibid. πολεμιωτάτους αὐτῷ νομίζει.* Sic poscebat grammatica ratio: & modo vers. 4. *αὐτῷ* in *αὐτῶν* vulgo corruptum vidimus. & mox rursus vers. 8. videbimus; nunc vero, cum proximum verbum a litera *ν* incipiat, pronior etiam fuit librariorum lapsus. *αὐτόν*, quod vulgo edebatur, nonnisi ex ingenio primi editoris esse videtur: & licet ex codd. Med. & Tubing. nullum dissensum ad edd. videamus notatum, suspicamur tamen, hos a reliquis nostris codicibus, in mendosum *αὐτῶν* consentientibus, non discedere. Vers. 6.

Vers. 9. *Γναῖος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός.* In græco correximus, quod in latina versione Casaubonus jam correxerat. Rem exposuit Polyb. I. 21. ubi de nomine vide quæ adnotavimus ad vers. 4. Sed in eadem Adnotatione, quod diximus, *Gronovium in lat. versione invito Casaubono Cajum* (pro Cnæo) *invexisse*, nescimus quo pacto id imprudentibus nobis exciderit: sane Gronovius, quamquam in Notis ad h. l. dubium nectit de Cn. Cornelio, quem nulla sua culpa incidisse in potestatem hostium contendit, tamen in Casauboni versione nihil mutavit: quare dictum illud velimus, & Vers. 9.

Digitized by Google

in fine prædictæ Adnotationis nil aliud repositum, nisi hæc verba: *errorem Gronovius in græco servavit.*

Cap. II. Vers. 4. CAP. II. *Vers.* 4. ἢ καὶ. *quapropter etiam.* Sæpe in illa particula ἢ eodem modo atque hoc loco peccarunt librarii. — *Ibid.* Cum ἀναλογηθῆναι sit in ed. 1. consentientibus mss̄tis, dividendum id putavit Reiskius in duo vocabula ἂν ἀλογηθῆναι. Nos quidem cum nullam vim h. l. videremus, quæ particulæ ἂν inesset, præferendam putavimus Casauboni rationem. Et sæpe in nomine ἀλογία simillimo modo errarunt librarii, ἀναλογίαν perperam scribentes.

Vers. 5. *Vers.* 5. μὲν τὰς τοιαύτας. Sic legendum suspicatus erat Reiskius: & sic habet Aug. articulo τὰς inter lineas adjecto a prima manu. μὲν τοιαύτας ed. Casaub. & seqq. cum Vrb. Vesont. & Reg. G. quod & ipsum ferri poterat. μέντοι αὐτὰς Reg. F. μέντοι τὰς αὐτὰς ed. 1. & Med. — *Ibid.* ζητεῖν πίστεις δεῖ, δι' ὧν. Cum abesset δεῖ ab ed. 1. & codd. omnibus, Casaubonus ex conjectura edidit ζητεῖν δεῖ πίστεις. Nobis placuit post πίστεις reponere δεῖ, quo ex loco a sequenti particula δι' videtur fuisse depulsum illud verbum.

Vers. 6. *Vers.* 6. τῶν κατὰ λόγον recte ex ora ed. 1. recepit Casaub. Sic autem habet Aug. ab antiq. manu, unde in ed. 1. transiit. — *Ibid.* ἄν που corrèxit Casaub. ἄν του ed. 1. cum mss̄tis: ex codice Med. tamen nullam deflexionem ab exemplo Casauboniano notavit Gronov. — *Ibid.* τῆς παρὰ τοῖς. Corrupte τοῖς παρὰ τῆς Aug. Regii, Vesont.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἐναργέστερον recte edd. Nec vero videmus, cur ἐναργέστατον malimus cum Reiskio. — *Ibid.* τὸ κατ' Ἀχαιὸν συμβάν. Vide infra cap. 17 sqq.

Vers. 9. *Vers.* 9. παρὰ τοῖς ἐκτός. Sic recte & unice Vrb. qui ignorat πᾶσι, sed præpositionem hanc παρὰ eo compendio effert, in quo fere nil aliud conspicitur nisi litera π & superscripta litera α, (conf. Montfauc. Palæogr. Græc. p. 345. col. 2. sub med.) unde alii perperam πᾶσι pro παρὰ lege-

Digitized by Google

legerunt ſcripſeruntque, quem errorem rurſus errarunt librarii noſtri cap. 3, 5. & IX. 19, 2.

CAPVT III. Cap. III.

De Argumento Excerpti, quod cap. 3 ſq. continetur, diximus nonnihil in argumento cap. 1 & 2. Occaſione *rerum in Sicilia a Romanis anno 540. geſtarum* digreſſionem hanc feciſſe Polybius videtur, quam dignam cenſuit compilator quæ in Eclogarum harum numero referretur. Cohærere hoc fragmentum cum præcedente, contendit Reiſkius; ſed, quidnam ſpectans ita judicaverit, non explanavit.

Verſ. 1. Οὐκ ἀλλότριον. In edit. 1. ad oram h. l. adſcripta hæc verba ſunt ἐπὶ τὸ καὶ, quæ quid monſtri alant, lubet exponere, ne quis fruſtra torqueat ingenium, vim eorumdem requirens. In libris mſstis, ſicut in eadem ipſa editione Baſileenſi, novum quodque Excerptum continua linea plerumque jungitur Eclogæ præcedenti; nonniſi duobus punctis, quæ colon adpellare conſuevimus, aut alio ejuſmodi ſigno, ab illa diſtinctum. In nonnullis Codicibus præterea etiam vocabulum Ἐπιτομὴ, in ora adſcriptum, eam vim habet, ut ſignificet, in illa linea, cui id vocabulum adſcriptum eſt, novum incipere Excerptum. Id cum alibi, tum ad hujus Eclogæ initium factum videmus in codice Auguſtano, qui in uſum editionis Baſileenſis cum manuſcripto codice Hervagii, qui hæc Excerpta continebat, collatus eſt. Sed quum poſtrema ſyllaba vocis ἐπιτομὴ nexu quodam ſcripturæ eſſet expreſſa, qui ſimilis fere eſt illi nexui, quo particula καὶ ſolet deſignari; imperite, pro Ἐπιτομὴ, ἐπὶ τὸ καὶ legit is qui codicem Auguſtanum cum Hervagiano contulit. Verſ. 1.

Ibid. ἡμῶν. Vitioſe ὑμῶν ed. 1. Mox eadem προαιρέσεων, pro προαιρέσεως; utrumque contra codicum omnium noſtrorum fidem.

Verſ. 2. τηλικοῦτον μὲν πόλεμον. Nil perſpectius, neque certius hac Caſauboni emendatione. Conf. Adnot. Verſ. 2.

Digitized by Google

Verſ. 3. ad I. 75, 2. — *Verſ.* 3. In veram formam ἠμφισβήτουν cum edd. conſentit Med. niſi errorem cum ceteris noſtris codicibus communem adnotare neglexit Gronovius. Sic omnes III. 2, 4. V. 93, 5. Et ſic aiii ſcriptores. ἀμφεσβήτουν ex recentiore & barbara græcitate eſſe videtur.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. δύο δὲ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. τὴν, quod abeſt ab aliis, recepi ex Vrb. παρὰ δύο δὲ κατὰ Ἰβηρ. Med. Videtur præpoſitio παρὰ ex ora iniquo loco in contexturæ illata. Pertinebat illa ad verſ. ſeq. ubi prò πᾶσι, quod plerique codices habent, παρὰ legendum eſt.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. οἰκείως per ὁμοίως interpretatur Suidas, hæc ipſa Polybii verba citans. ὁμοίως tamen apud Polybium malle ſe ait Reiſkius. Nos vero non videmus cur dubitemus, οἰκείως ſcripſiſſe Polybium: ſubintelligendum vero putamus dativum τούτοις, *convenienter his, pro horum ratione.* Mox autem pro ταῦτα ſcribendum ταὐτὰ videtur, *eadem, patria* fiebant apud Pœnos. cf. verſ. 8. — *Ibid.* παρὰ Καρχηδονίοις. Siç recte Suidas & alter ex Mediceis. Mendoſe πᾶσι ceteri omnes codd. cum edd. Conf. Adnot. ad c. 2, 9. & ad c. 3, 4.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐπιβολαῖς recte Aug. Ceteri vitioſe ἐπιβουλαῖς, quod tenuere editores omnes.

Cap. IV. ## CAPVT IV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. δι' ὧν. Videri poterat διὸ vel δι' ἃ ſcribendum, quod ſonat *propterea, igitur.* Sed poterit δι' ὧν veluti per adpoſitionem referri ad id quod ſequitur δι' αὐτῶν τῶν ἔργων.

Verſ. 4 ſqq. *Verſ.* 4. τὸ πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη &c. Conf. ad I. 4, 1. — *Verſ.* 6. ἡγεμονίας ex edit. Erneſt. tenuimus. ἡγεμονείας ſuperiores editiones, conſentientibus mſstis. — *Verſ.* 8. Perperam ante λεγόμενον inſerit articulum τὸ editio 1. cum Med. Regiis, & Veſont. Delevit eum Caſaub. nec agnoſcit Aug.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. πολλαπλασίων ex Caſaub. emendatione eſt, quam neſcimus an confirmet Med. e quo ſane nullam ab iſta

Digitized by Google

ista scriptura discrepantiam adnotatam videmus. Sed teneri pariter poterat πολυπλασίων, in quam formam consentiunt ceteri libri. Vide Henr. Stephani Indic. Thes. hac voce.

CAPVT V.

Cap. V.

Quæ hoc capite continentur, primus edidit Casaubonus in Fragmentis Polybianis p. 1031. ex codice manuscripto Anonymi Tactici, ut ipse ait, scil. ex HERONIS libello *de repellenda Obsidione*, de quo diximus in Præf. Tom. I. p. 13. Mireris vero, quod idem Casaubonus hoc Fragmentum non produxerit ultra illa verba, quæ habes initio vers. 5. τοιαύτην ἡτοίμασε παρασκευὴν ὁ προειρημένος ἀνήρ. cum tamen continuo filo in eodem libello pergat narratio non solum usque ad illa verba cap. 6, 1. ὁ δὲ Μάρκος ἐξήκοντα σκάφεσι, (quæ cum reliqua narratione in Excerptis Antiquis cap. 5 seqq. exhibentur,) sed porro etiam usque ad verba illa οὐκ ἐθάρρουν οὐδ' ἐπιβαλέσθαι, quæ nobis cap. 9, 6. sunt, continuetur. Verba quæ omiserat Casaubonus, ἐντὸς τῆς πόλεως - - - τῶν ἀγορανόμων, (cap. 5. vs. 6 sq.) Iacobus Gronovius, a nescimus quo Viro omni laude clarissimo (Henr. Valesium, putamus, dicit) sibi ex eodem regio Codice Parisiensi communicata adjecit, & totum hoc Fragmentum suo loco libro hoc VIII. inseruit. Nusquam quidem Hero Polybium nominatim auctorem laudavit: sed, esse ista Polybii, & totus color orationis, & connexio manifesta cum reliqua narratione Polybiana, & Suidas evincit, qui in vocab. Ἀνυστικωτέρα verba illa, quæ vers. 3. hujus cap. 5. leguntur, nominatim Polybio tribuit. Adde quæ ex eodem Suida mox notabimus ad vers. 1.

Vers. 1. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, πολιορκοῦντες τοὺς Συρακουσίους, ἔργου εἶχοντο· Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμών. Hero, (loc. cit. p. 326.) narrationem Polybianam *de oppugnatione Syracusarum*, cum præcedente sua disputatione his verbis connectit: Τῶν γὰρ Ῥωμαίων πολιορκούντων τὴν Συράκουσαν, Vers. 1.

σαν, Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμὼν, καὶ τῇ μὲν πεζῇ &c. quæ verba eodem modo Casaubonus in Fragm. Polyb. repetiit. Gronovius, intelligens putamus, nominis formam illam τὴν Συρέκουσαν non esse Polybianam, videnſque præterea hiatum esse in oratione, quia conjunctio δὲ post Ἄππιος nil habet quo referatur, priora verba, quæ sunt apud Heronem, amputavit, & Fragmentum ex abrupto ab his verbis inchoavit: Ἄππιος δ' ἦν ἡγεμών. Nos vero, videntes apud Suidam ad voc. Ἔργον, Polybio nominatim tribui verba hujusmodi: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πολιορκοῦντες τοὺς Συρακουσίους, ἔργου εἴχοντο, εὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν. cum & ex re ipsa, & ex eis quæ leguntur vers. 3. hujus cap. intelligeremus, verba ista ex eadem hac parte narrationis Polybianæ esse decerpta, in fronte hujus Eclogæ reponenda illa verba, quæ offerebat Suidas, putavimus. Conferendus autem de tota re Livius XXIV. 33. & Plutarchus in vita Marcelli.

Vers. 2. *Vers.* 2. κατὰ τὴν Συρακοσίαν στοὰν προσαγορευομένην. Cum partium fere quarumque insigniorum urbis Syracusarum mentio apud veteres scriptores occurrat: (quorum testimonia magno studio collegit Cluverus in Sicil. Antiq. lib. I. c. 12.) in omni illa copia vestigium nullum deprehenditur nominis alicujus, quod cum *Scythis* quidquam habeat commune; nec alioquin ullo modo adparet, quid Syracusiis cum Scythis negotii esse potuerit, quo factum sit, ut parti alicui suæ urbis nomen ab illo populo imponerent. Τύχην, *Tycham*, fuisse unam ex quatuor illis vel quinque partibus Syracusarum, quarum quæque per se ipsa urbis insignis speciem præ se ferebat, satis constat ex testimoniis Ciceronis, in Verr. IV. 53. Livii XXIV. 2. & XXV. 5. Plutarchi in Marcell. p. 308. Vetustiori urbis parti, cui *Achradina* nomen, quæ mari adluebatur, ad septentrionem fita erat, & valido muro ab eo sejuncta: quare a Plutarcho ἡ ἔξω πόλις vocatur, & alii de ea tamquam distincta a Syracusis urbe loquuntur; quo pertinet quod Stephanus Byzantinus scribit: Τύχη, πόλις Σικελίας,

λίας, πλησίον Συρακουσῶν. Ad illam igitur Τύχην referendam esse hanc corrupto nomine in fragmento nostro Polybiano Σκυθικὴν vel Σκυτικὴν στοὰν adpellatam, confirmatur inde, quod ad eamdem urbis partem mox vers. 6. τὰ Ἑξάπυλα ponuntur. *Hexapyla* autem (vel, ut alii scribunt, *Hexapylum*) fuisse portam majorem, quæ ex *Tycha* Megara versus & in Leontinos emittebat, ex Plutarcho Livioque docuit Cluverus p. 149. Rationem nominis *Tychæ* Cicero aperit, loco citato ita scribens: *tertia est urbs, quæ, quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominata est.* Quo minus dubitandum esse de vera nominis scriptura videri poterat. Et haud cunctanter nos quidem Τυχικὴν στοὰν scripsissemus, nisi aliunde rursus aborta fuisset dubitatio. Primo enim de χ litera dubitare subibat: non tam quod apud Livium veteres nonnulli codices *c* pro *ch* habent; (id enim per se turbare nominem debebat;) quam quod apud Diodorum, pro Τύχην, lib. XI. c. 28. Ἰτύκην dant libri, quod ex Τύκην potius, quam ex Τύχην corruptum videri debet; tum quod apud Thucyd. VI. 98. alii quidem Σικῆν, sed meliores libri Συκῆν scribunt idem nomen, ubi rursus litera κ pro χ comparet. Nec facit satis, quod Ionica dialecto χ in κ mutatum in hoc nomine contendit Cluverus; qui, dum id scripsit, oblitus videtur, non Ionicæ originis, sed Doricæ fuisse Syracusanos, Corintho in eas oras transvectos. Sed rursus eadem ipsa scriptura, quæ apud Thucydidem occurrit, si cum illa confertur quam ex Polybio codex Heronis h. l. profert, novam movere debuit dubitationem. Nam, & de eadem urbe vel de eadem parte urbis Syracusarum, de qua nunc quærimus, locutum esse Thucydidem loco citato, & antiquissimam saltem esse eam scripturam Συκῆν, quam hodieque codices habent, dubitare nos non finit Stephanus Byz. qui, sicut sub litera T. habet id quod supra retulimus, Τύχη, πόλις Σικελίας, πλησίον Συρακουσῶν, sic sub litera Σ. ad voc. Συκαὶ scribit: Καὶ ἄλλη Συκὴ (nisi Συκῆ malis) πλησίον Συρακουσῶν καὶ Κιλικίας. (ubi

Vers. 2.

Vers. 2. (ubi omnino Σικελίας legendum pro Κιλικίας.) Neque enim videmus cur dubitemus, quin Stephani illa verba ad Thucydidis locum laudatum sint referenda. Et quamvis notatio nominis, quam Cicero tradit, utique scripturam Τύχη poscat, credi tamen potest, duo fuisse ejusdem loci nomina, quorum alterum antiquius, Συκὴ vel Συκῆ, a *ficuum* copia traxerit originem, alterum a Τύχης id est *Fortunæ* fano, quod in illo erat celebre. Et eo quidem magis in proclivi fuit, ut alterum cum altero permutaretur; quia illa literæ σ & τ, κ & χ, quibus inter se differunt duo nomina, frequenter in ore græce loquentium inter se commutabantur. Quod si igitur statuamus, sicut Thucydides Συκῆν nominavit illam Syracusarum partem, sic Polybium τὴν Συκικὴν στοὰν scripsisse; facile intelligitur, quo pacto librarii ignotum sibi nomen Συκικὴν in Σκυθικὴν (ut edidit Casaubonus) vel Σκυτικὴν (ut in Heronis libello editum est) corruperint. Quare cum ancipites hæserimus, Τυχικὴν an Συκικὴν scriptum fuisse a Polybio statueremus; mendosam scripturam, inviti quidem, tenendam in contextu putavimus, donec certior in utramvis partem ratio adparuisset. Quænam vero aut qualis fuerit illa *Tychica porticus*, nos non definiemus. In Achradina pulcherrimas fuisse porticus, Cicero docet loco citato: ab illis hæc στοὰ, de qua hic agitur, cognomento Τυχικὴ vel Συκικὴ distinguitur, quam prope murum fuisse intelligitur inter Hexapylum & mare, ipsi mari imminentem.

Ibid. ἑτοιμασάμενοί τε correxit Gron. ἑτοιμασαμένων τε Casaub. & Hero editus. — *Ibid.* κατήλπισαν. ἤλπισαν Casaub. καὶ ἤλπισαν ms. quod in κατήλπισαν mutavit Gronov. Et sic etiam Hero ed. — *Ibid.* καταταχήσειν ex emendatione Casauboni est. Vitiose ms. & Hero editus κατασχήσειν. — *Ibid.* ἐν τῇ παρασκευῇ. Delendam putamus præpositionem ἐν, quam post vocem in ν desinentem sæpe temere invectam a librariis videmus.

Vers. 3. *Vers.* 3. οὐ λογισάμενοι &c. Verba hæc citata a Suida ad voc. Ἔργον supra vidimus ad vers. 1. — *Ibid.* μία ψυχὴ

ψυχὴ τῆς ἀπάσης &c. Laudat Suidas in Ἀνυστικωτέρα. De sententia confer I. 35, 4.

Vers. 5. Novem verba ὥστε μηδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ - - ἀμυνομένους, quæ ex msto sibi communicata edidit Gronovius, prætermissa sunt in Herone edito. Vers. 5.

Vers. 6. τοῖς Ἑξαπύλοις correxit Gronov. Mendose Ἑξατύλοις ms. Vide Adnot. ad vers. 2. Vers. 6.

CAPVT VI. Cap. VI.

Vers. 1. Ἀχραδινὴν recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Herone. Mendose Ἀχραυδινὴν ed. 1. Med. Regg. Vesont. sed in hoc litera υ subscripto puncto notatur ut spuria. Vers. 1.

Vers. 2. ἅμα δὲ τούτοις, ἅμα δὲ τούτῳ Hero. — *Ibid.* παραλελυμέναις τοὺς ταρσούς, *quibus soluti*, id est, *ademti erant remi*. Sic Hero editus, quemadmodum suspicatus erat Reiskius, itemque Gronov. in Nota msta. Corrupte παραλεμμένους ed. 1. & sic codices nostri omnes, literis λυ imperite in μ mutatis. In Aug. vero super prima μ superscripta est ab eadem (ut videtur) manu syllaba λει, ut indicetur παραλελειμμέναις; in Vesontino autem syllaba λε, ut sit παραλελεμμέναις, quod ipsum etiam in ora libri Scaligerani notatum est, & sic edidit Casaub. tamquam a verbo inusitato παραλέπω; παραλελειμμέναις vero, monente Vrsino, ediderunt Gronov. & Ernest. a παραλείπω. Ex codd. Med. & Tubing. nil ad h. l. notatum est. In prælio navali τοὺς ταρσοὺς παρέλυον XVI. 4, 5. est *remos detergebant*: & ibid. vers. 14. οἷς δὲ παρέλυον ἀεί τι τῶν πρὸς τὴν χρείαν ἀναγκαίων, *aliis semper aliquid ex eis, quæ ad pugnæ usum necessaria sunt, auferebant; abstrahebant*. Et, ne longius abeamus, hoc eodem cap. vers. 9. παραλύειν τὰ γέρρα est *removere crates*. — *Ibid.* συνεζευγμέναις. Perperam συνεζευγμένας ed. 1. Med. & Hero. — *Ibid.* πρὸς τὸ τεῖχος. τὸ abest a Regiis, Vesont. Tubing. Vers. 2.

Ibid. Σαμβύκας penacute nostro nomine scripsimus, tamquam a nominativo ἡ σαμβύκη, unde est τῆς σαμβύκης,

vers.

Digitized by Google

Verſ. 2. verſ. 8 & 10. & τῇ σαμβύκῃ verſ. 11. & αἱ σαμβύκαι cap. 7, 4. quo etiam pertinet, quod σαμβύκλας h. l. det Hero, (editus certe,) mendoſe id quidem, ſed penacute tamen; plane vero σαμβύκας idem Hero cap. 7, 8. Sed in Σάμβυκας tamquam a ſing. ἡ σάμβυξ, hoc loco cum ſuperioribus Polybii editionibus conſentiunt codices Polybiani omnes, rurſuſque cap. 7, 8. ubi invitis codicibus Caſaubonus σαμβύκας poſuit. Quæ forma quum nullo modo repugnet analogiæ, quumque ex eadem forma etiam nominativum σάμβυκες ex Polybio Suidas laudet, ubi ait: Σάμβυκες· εἶδος μηχανήματος πολιορκητικοῦ, ὡς φησι Πολύβιος, revocatam & h. l. & cap. 7, 8. ſcripturam manuſcriptorum Σάμβυκας velimus. Conf. quæ & de nomine & de re monuimus in Adnot. ad V. 37, 10. & in Emendationibus & Obſervatt. in Suidam p. 71 ſqq. Tum de *Sambuca* & tota hac Polybii deſcriptione conſule Lipſii Poliorcet. dial. 6. Mireris vero, apud Livium in hac hiſtoria XXIV. 34. *ſambucarum* nullam prorſus mentionem factam. Is nempe pro his *turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris* impoſita navibus nobis narrat, quæ ignorat Polybius.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Τὸ δὲ γένος τῆς κατασκευῆς. Particulam δὲ, quæ aberat vulgo, adoptavimus ex Herone. Adjiciendam etiam monuerat Reiſkius. Pro γένος vero mendoſe σχεῦος legitur apud Heronem. Ex Suidæ verbis modo citatis ſuſpicari poſſis, εἶδος fortaſſe ſcripſiſſe Polybium. Sed bene habet γένος, nec ſolicitari debet.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐξ ἀποβάσεως. — „*ex ima ſcalæ parte, qua ſcala imponitur ſolo ad aliquam a muro diſtantiam.* cf. IX. 19, 7." REISK. — „ἀπόβασις *diſtantia ima a muro cui applicatur.*" ERNEST. — Scilicet, *diſtantia* quidem græce ἀπόστασις eſt, ἀπόβασιν vero Polybius proprie *eum* dicit *locum, unde conſcendimus ſcalam, locum cui inſiſtit ima pars ſcalæ cum eſt ad adſcendendum erecta & muro adplicata;* quem quidem locum abeſſe debere ex aliquo intervallo a baſi muri, per ſe intelligitur. Nunc igitur hoc dicit: *altitudinem ſcalæ non ſolum eam fuiſſe, ut per ſe murum*

Digitized by Google

murum æquaret; sed tantam, ut, postquam ex consentaneo Vers. 4.
a basi muri intervallo inferne insistens erecta fuisset ad scandendum, & ad murum fuisset adplicita, tunc æquaret muri altitudinem. Ex REISKII vero sententia vocabulum ἀπόβασις propria sua vi idem ac ἀπόστασις, id est *distantia, intervallum*, valet. Ait enim: „ἀπόβασις ideo dicitur, quia scala ἀποβαίνει *distat*, διάστημά τι ἀπὸ τοῦ τείχους, ᾧ ἐπερείδεται." — Quæ si vera est interpretatio, (quod nec confirmare nos quidem, nec pernegare ausimus;) tamen verbum ἀποβαίνειν, in præsentis temporis forma, dubitamus an pro *distare* umquam usurpetur; sed derivanda ista notio nominis ἀπόβασις a notione verbi ἀποβεβηκέναι (in præterito tempore) fuerit. Sicut enim βεβηκέναι (in præterito) idem valet ac στῆναι vel ἑστάναι, *stare, situm esse, collocatum esse;* (velut hoc ipso cap. vers. 10. & lib. IX. 21, 8.) sic ἀποβεβηκέναι valere fortasse poterit ἀποστῆναι, & inde ἀπόβασις idem esse poterit ac ἀπόστασις.

Ibid. ἰσοΰψῆ. Sic ante Casaub. jam correxerat Scaliger in ora sui libri. In edit. Casaub. penacute scribitur ἰσοΰψη, quemadmodum etiam bis eadem linea editum videmus in Apollodori Poliorceticis, in Veterum Mathematicorum operibus p. 40. Accentum in ultimam recte deduxit Gronov. Est hoc Polybianum vocabulum, ἰσοΰψὴς, (vide IX. 21, 10. & 41, 6.) quod cum ignoraret is qui ad oram cod. Aug. vocem ἴσον adscripsit, intelligitur, corrigere hunc voluisse εἰς ἴσον ὕψος. Emendationem Casaubono præiverat Scaliger. ἐν ὕψει conjecerat Vrsin.

Ibid. ἑκατέραν τὴν πλευρὰν δρυφακτώσαντες καὶ σκεπάσαντες ὑπερπετέσι θωρακίοις. Casaubonus: *utrumque latus velut cancellis muniunt, & loriculis prætaltis contegunt.* Quam versionem cum ante oculos haberemus, verbum δρυφακτώσαντες per se positum, & interjecta minuta distinctione separandum putaveramus a sequentibus, quasi aliud esset δρυφακτώσαντες, aliud rursus σκεπάσαντες ὑπερπετέσι θωρακίοις. In eodem errore nos confirmaverat Lipsii interpretatio, Poliorcet. p. 36. *duo latera pluteis*

Digitized by Google

Vers. 4. *pluteis muniunt, superne loriculis tegentes.* Itaque in ceteris Casaubonum secuti, a Lipsio id sumsimus, ut posteriora verba græca, quæ Casaub. interpretatus erat *loriculis præaltis tegunt*, his latinis redderemus, *loriculis superne etiam* (nam *superne* ex operarum esse sphalmate adparet) *tegentibus muniunt.* Et de utraque pariter interpretatione olim cogitasse Casaubonum, ex ora Basil. intelligimus, ubi hæc ab eo notata sunt: „ὑπερπετέσι θωραξίοις varie exponi potest: vel de *tegmine sublimi*, vel de *alta munitione ad latera*, quæ tegeret τοὺς ἐνόντας." — Nunc Polybii verba denuo legentes relegentesque, videmus in scirpo nodum nos quæsisse, & *perperam inserusse comma post* δρυφακτώσαντες, quod nec codices agnoscunt, & *deletum ocyus velimus.* Verbum δρυφακτώσαντες non minus, quam σκεπάσαντες, referendum est ad ὑπερπετέσι θωραξίοις, & cum his cogitatione jungendum: nec de alio genere loricarum hic agitur, nisi quæ ἑκατέραν τὴν πλευράν, id est, *latus utrumque* tegebant. θωράκιον, in muro, est *pinna, lorica*, sive *propugnaculum muri* lapideum: sed alibi potest etiam, pro re de qua agitur, sive ligneum esse sive vimineum θωράκιον, & tunc non differt a δρύφακτος, quod nomen habuimus I. 22, 6. Itaque apud Suidam Δρύφακτοι exponuntur per ξύλινοι θώρακες, κιγκλίδες, περιφράγματα, id est, *ligneæ loricæ, cancelli, sepimenta.* Vicissim Θωραξίοις· δρυφάκτοις, λωρικίοις, id est, *septis* vel *cancellis, loricis.* Igitur verbum δρυφακτόω, quod a δρύφακτος derivatur, denotat *sepire, cancellare:* & δρυφακτοῦν καὶ σκεπάζειν θωραξίοις, est, *loricis sepire tegereque.* De tegmine superne prætento, præter loricam quæ ab utroque latere erat, cogitari hic nullo modo debet: recte vero & perspecte Casaubonus ὑπερπετέσι θωραξίοις *præaltis loriculis* interpretatus est; scilicet ita altæ erant loricæ ad utrumque latus, ut nullum telum ex obliquo a muro missum tangere scandentes posset, sed aut loricæ inhærerent, aut *super capita virorum avolarent.* conf. c. 7, 3. & XVIII. 13, 3.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ἔθηκαν πλαγίαν &c. *cohærentibus copulatarum navium lateribus ex transverso eam imponunt.* Quod πλαγίαν, id est *e transverso*, dicit, ita intelligi par est, ut scala, priusquam ea uterentur, sic deponeretur ad horizontem in navi, ut directio scalæ e transverso oppositæ esset directioni trabium quæ super naves junctas stratæ erant. Itaque quum trabes illæ e transverso impositæ essent junctis navibus; scala rursus, his eisdem trabibus e transverso incumbens, porrigebatur *secundum longitudinem navium*, vel *secundum latera*, ut ait Casaub. in versione, quod eodem redit; & quoniam insigni longitudine erat scala, *multum prominebat*, ut ait Polybius, *ultra rostra navium.* Vers. 4.

Vers. 5. προσήρτηντο recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Herone. Mendose προσκήρτηντο ed. 1. cum Med. Regiis & Vesont. a.pr. manu. Vers. 5.

Vers. 6. ὅταν recte edd. cum Herone. ὃ ἄν Vrb. Aug. & ceteri mssti. ὅταν tamen habet ora Aug. ab ant. manu. — *Ibid.* ἐγγίσωσι τῆς χρείας. — „Verbum ἐγγίζω non modo cum dativo, sed etiam cum genitivo construitur: de quo interdum est dubitatum; ut Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 132, 4. veterem lectionem non malam ἤγγισαν ἀλλήλων mutavit cum ἤγγ. ἀλλήλοις, auctoribus tamen ille codd. mssstis. Idem tamen p. 203, 20. reliquit ὡς δὲ τῆς Φάραγγος ἤγγισαν. vide Noftri p. 916, 17. 998, 16." REISKIVS. — Loca Polybii, a viro docto citata, sunt XII. 7, 1. & XV. 31, 3. Alia Index noster dabit. Conf. Adnot. ad IV. 62, 5. Vers. 6.

Ibid. ἕλκουσι διὰ τῶν τροχιλιῶν τούτους. Nil causæ erat, cur deletam postremam vocem voluerit Vrsinus; quæ bene habet, licet abfit a Vesont. & Tubing. τούτους, intellige κάλους. Nec obstat, quod præcedunt genitivi absolute positi. — *Ibid.* ἕτεροι δὲ παραπλησίως. — „Forte ἕτεροι δὲ ἑστῶτες παραπλ. Nam, nisi ἑστῶτες additur, inutile est παραπλησίως." REISK. — *Ibid.* ἀντηρίσιν correxit Casaub. Mendose ἀντιρίσιν ed. 1. Aug. Regii & Vesont. ἀντιρήσιν Vrb. ἀντείρησιν Hero. — *Ibid.* ἄρσιν, Cor-

Digitized by Google

Corrupte ἄρισιν Vrb. Aug. Reg. G. & Veſont. a pr. manu. ἄρησιν Reg. F.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἀΦ' ἑκατέρου intell. μέρους. conf. verſ. 9. Conſecutionem vero orationis ſic cogita: διὰ τῆς εἰρησίας τῆς τῶν ἐκτὸς ταρσῶν ἀΦ' ἑκατέρου μέρους. — *Ibid.* τὸ προειρημένον ὄργανον recte Caſaub. cum Vrb. Vrſin. & Herone. Mendoſe τῶν προειρημένων ὀργάνων ed. 1. cum cett. codd.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πέτευρον recte Caſaub. cum Vrb. & Aug. e quo & in oram ed. 1. receptum. πότερον ed. 1. in text. cum ceteris codd. Cum vero *tabulam* perſpecte interpretatus eſſet vocab. iſtud Caſaubonus, neſcimus quid ſpectans Erneſtus in Lexic. Polyb. ſimpliciter *perticam* vertit, quæ notio ſane non convenit huic loco. Accurate diligenterque de hoc vocab. egit H. Stephanus in Indice Theſauri in Πέταυρον. Diſerte Heſychius: Πέτευρον· σανὶς ἐΦ' ἧς αἱ ὄρνεις κοιμῶνται· καὶ πᾶν τὸ ἐμΦερὲς τούτῳ. καὶ πᾶν τὸ μακρὸν καὶ ὑπόπλατυ, ἔτι δὲ (ſic enim legendum pro vulgato ἔστι δὲ) λεπτὸν (adde, vel intellige ξύλον, ex Lex. ms. Photii apud Albert. ad Heſych. vel σανίδιον, ex Schol. Theocrit. apud H. Steph. l. c.) ὅταν ἐν μετεώρῳ κείμενον ᾖ, πέτευρον λέγεται. Id eſt: Πέτευρον, *tabula vel aſſer, cui inſidentes dormiunt gallinæ: item, quidquid huic ſimile eſt. Porro, omne lignum oblongum, tenue, modica latitudine, in alto ſuſpenſum, (omnis aſſerculus in alto horizontaliter ſuſpenſus)* Πέτευρον *vocatur.*

Ibid. τέτ∫αρες ἐπιβεβηκότες. Scribe τέτ∫αρες ἄνδρες ἐπιβεβηκότες cum cod. Vrb. & Herone. — *Ibid.* πρόσθεσιν. Mendoſe πρόσθασιν Hero.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ὅταν - - ὑπερδέξιοι γένωνται τοῦ τείχους, *ubi ſuperiores facti.* Conſentaneum enim eſt, ea altitudine fuiſſe ſcalam, ut ſupremus ille gradus, qui in tabulam aliqua latitudine exibat, nonnihil emineret ſupra murum vel ſupra turrim, cui adplicabatur; ita, ut deinde, amotis hoſtibus, deſilire ex ea tabula in murum milites in utramvis partem, dextrorſum vel ſiniſtrorſum, poſſent. Pro ὑπερδέξιοι apud Heronem δέξιοι ὑπεράνω legitur, ubi ὑπεράνω ex

Digitized by Google

ex interpretatione est, imperite autem vocabulum ἀπερδέξιοι capite truncatum. Vers. 9.

Ibid. τῶν γέῤῥων correximus. Perperam vulgo γεῤῥῶν, & sic pariter apud Heronem, rursusque infra cap. 9, 3. Magis vero corrupte στεῤῥῶν Regii, Vesont. & Tubing.

Vers. 10. *Deletum* velimus *comma post* ἀσφαλῶς, & post τούτοις repositum, ubi rectius posuerat Casaubonus. Distinctio prorsus abest ab ed. 1. & msstis. Commodius autem ἀσφαλῶς ad βεβηκυίας refertur: *firmiter, tuto insistente scala.* De verbo βέβηκα, in præterito tempore, idem valente ac ἔστην, ἕστηκα, *sto*, diximus ad vocab. ἀπόβασις vers. 4. & perspicuum exemplum ejus significatus habemus IX. 21, 8. Sed hoc loco scabrosa utique, ac nescimus an mutila oratio, τοῖς κάλοις βεβηκυίας τῆς κλίμακος εἰς ἀμφοτέρας τὰς ναῦς. Vers. 10.

Vers. 11. τὸ κατασκεύασμα. Articulum, cum desideraretur in ed. 1. & msstis Polybianis, recte ex Herone adoptavit Casaubonus, monente etiam Vrsino. Mendose κατασκέβασμα Reg. F. & Tubing. Vers. 11.

Ibid. ἐπειδὰν γὰρ ἐξαρθῇ, γίγνεται τὸ σχῆμα τῆς νεὼς ταύτης καὶ τῆς κλίμακος ἑνοποιηθὲν, παραπλήσιον σαμβύκῃ. Id est ad verbum: *Cum scala in altum sublata est, fit figura navis atque scalæ in unam juncta similis sambucæ.* Musicum illud instrumentum, quam σαμβύκην vocabant Græci, a cujus similitudine machina bellica obtinuit nomen, Suidas ait fuisse εἶδος κιθάρας τριγώνου, *genus citharæ triangularis*, & apertius etiam Porphyrius in Comment. ad Ptolemæi Harmonica docet, *esse triangulare instrumentum, quod ex inæqualibus & longitudine & crassitie nervis efficiebatur:* quare haud immerito cum *harpa* nostra, quam vocamus, *sambucam* contulerunt Turnebus Adversar. XX. 1. & Marcellus Donatus ad Liv. XXXIX. 6. Quod si vero quærimus de ratione similitudinis machinæ nostræ bellicæ cum musico illo organo, videmus quidem Vegetium de Re Milit. IV. 21. sic scribentem: *Sambuca dicitur a similitudine citharæ; nam quemadmodum in cithara chordæ sunt,*

Vers. 11. *ita in trabe, quæ juxta turrim ponitur, funes sunt, qui pontem de superiori parte trochleis laxant, ut descendat ad murum.* Quo & pertinet quod Festus habet: *Sambuca, organi genus, a quo Sambucistriæ dicuntur: machina quoque, qua urbs expugnatur, similiter vocatur; nam ut in organo chordæ, sic in machina intenduntur funes.* Sed quacumque ratione animo fingas illam quam hi dicunt figuram, parum videtur horum ratio ad explicandam machinæ Polybianæ cum sambucæ musicæ similitudinem valere. Primum enim non loquuntur illi de sambuca qualem Polybius describit, è navibus erecta, sed de ponte quodam sublicio, qui ex erecta ab oppugnatoribus turri in oppositum mutuum funium ope superne demittitur. Tum, si illam explicationem ad Polybii hanc vel Marcelli potius sambucam velis utcumque adplicare; figura triquetra, quam cogitare oportet, formabitur scala, malis, funibus: nec vero in his similitudinem harpæ intelligere adhuc nobis licet; nisi fortasse dicas, ab utroque latere scalæ non modo unum funem ab extremitate scalæ ad trochleam mali, qui ab utralibet parte est, esse progressum, sed per totam scalæ longitudinem ex modicis intervallis plures funes ad respondentes trochleas, è malo suspensas, esse progressos. Sed ne sic quidem adparet, cur Polybius *figuram ipsius navis in unum collatam junctamque cum scala* præbuisse dicat *sambucæ* speciem: quod ipsum pariter diserte utget Athenæus Deipnosoph. lib. XIV. c. 8. p. 634. ὅταν ἐξαρθῇ (τὸ ὄργανον πολιορκητικὸν, τὸ ἐπὶ δύο νεῶν προσαγόμενον τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι, ὁ καλεῖται σαμβύκη,) γίνεται σχῆμα νεὼς καὶ κλίμακος ἐνεστιούμενον ὅμοιον τῷ τῆς σαμβύκης. (tali enim quodam modo legenda haud dubie posteriora verba.) Quare videndum est, ne ad figuram triangularem, in qua inerat similitudo machinæ nostræ cum sambuca musica, nihil pertineant nec mali, nec duo funes quos ab extremitate scalæ ab utraque parte ad trochleas e malis suspensas pertinebant; sed unum latus trianguli formaverit ipsa superficies navis, alterum latus formaverit

scala

scala oblique erecta, tum vero sublicæ ad perpendiculum erectæ, (vers. 6.) quæ scalam fulciebant, (aliæ aliis longiores & firmiores, quo longius vel propius a basi scalæ aberant,) simul chordarum, simul tertii lateris trianguli speciem retulerint. Quod si hæc, & passim id genus alia curiosius a nobis & nimis subtiliter quæsita videbuntur nonnullis, rursusve si aliis indoctius & parum ad rem apte videbuntur disputata; petimus ab utrisque, veniam dent homini, Polybio illustrando operam navanti, si in infinita rerum varietate, quæ in hujus scriptoris lectione occurrunt, nec omnia pariter ad liquidum perducere valeat, &, cum multa (ut quidem speramus) probabiliter explicaverit, super aliis, in quibus interpretandis hæserit ei aqua, dubitationes suas proponendo provocare elicereque studeat doctiorum virorum acutiorumque dilucidationes. Hoc nobis præcipue semper debere propositum esse interpreti visum est, ut claram perspicuamque notionem earum rerum, quæ auctoris verbis significantur, primum suo, tum Lectorum animo informare laboret. Vers. 11.

CAPUT VII. Cap. VII.

Vers. 1. τοῖς πύργοις, Vitiose τῶν πύργων Hero. Vers. 1.

Vers. 2. παρεσκευασμένος ὄργανα. Sic recte libri omnes, ne ex παρασκευασάμενος corruptum putes id quod operarum errore habet ed. 1. παρασκευασμένος. — *Ibid.* ἐμβελὲς διάστημα. Sic recte Casaub. cum Herone & Suida in Ἐμβελὲς, ubi verba nonnulla ex hoc Polybii loco proferuntur. Mendose ἐμμελὲς ed. 1. consentientibus fere mss. Eadem nominis formâ, sed diversa notione, dicitur συμβελὴς, I. 40, 13. *telis confossus, telis obrutus.* ἐμβελὴς idem est ac ἐν βέλει vel ἐντὸς βέλους, *intra telli jactum.* Nec enim opus videtur, ut cum Reiskio dicamus differre inter ἐμβελὴς vel ἐν βέλει, & inter ἐντὸς βέλους, ut ἐν βέλει εἶναι sit *in eo loco esse quo possit telum pervenire*, ἐντὸς βέλους vero (vers. 5.) *citra telli conjectum esse.* Sane, si quid videmus, inter ἐμβελὲς hoc versu, & ἐντὸς Vers. 2.

βέλους verſ. 5. nil aliud intereſt, niſi quod priori loco vocab. βέλος latiore notione de *quovis miſſili* accipiatur, ideoque & de majoribus telis quæ ex catapultis, & de lapidibus qui e balliſtis conjiciebantur; poſteriori vero loco de *minoribus vulgatiſque telis*.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πολύειν αὐτῶν τὴν ὁρμήν. πολούειν Scalig.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. νυκτὸς ἔτι ποιήσασθαι τὴν παραγωγήν. Sic correximus, monente Reiſkio & Gronov. in Notis msstis. Et ſic jam videmus correctum a Scalig. in ora ſui exempli, ubi citavit c. 15, 5. Perperam vulgo omnes atque etiam Hero νυκτὸς ἐπιποιήσασθαι, verbo Græcis omnibus, ea quidem notione quæ hic requirebatur, inaudito. De permutatione vocalarum ἐπὶ & ἔτι vide Adnot. ad V. 46, 12. ad V. 42, 1. & ad V. 55, 10. ſub finem. νυκτὸς ἔτι eſt *ante lucem*, ut c. 15, 5. & ſæpe aliâs.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐντὸς βέλους. conf. ad verſ. 2. Temere βέλος ed. 1. & ἐντὸς eadem in marg. invitis msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὡς ἀνδρομήκους ὕψους, *ex altitudine fere ſtaturæ humanæ*. Caſaubonus: *ad humanæ ſtaturæ modum*. Nil variant libri græci. Neſcimus vero, ſit ne ὡς ἐξ ἀνδρομ. ὑψ. legendum, an ὡς pro ἕως intelligendum. Livius: *murum ab imo ad ſummum crebris cavis aperuit*. Idem Livius pro *palmari* magnitudine *cubitalem* ponit. — *Ibid.* σκορπίδια, *ſcorpiunculos*. Laudat hunc Polybii locum Suidas ad hoc vocab. De hoc teli genere breviter Lipſ. in Poliorcet. lib. III. dial. 4. Vegetius IV. 22. *Scorpiones dicebant, quas nunc manubaliſtas vocant: ideo ſic nuncupati, quod parvis ſubtilibuſque ſpiculis inferant mortem.* Scorpiunculi fabricam deſcripſit Philo in libello de Telorum conſtructione, inter Veterum Mathematicorum opera p. 73. ubi imperite & in græco contextu, & in latina verſione & in Indice σκορπίδιον, *ſcopidium* eſt editum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὰς σαμβύκας. Sic Caſaub. & Hero editus. τὰς σάμβυκας ed. 1. conſentientibus msstis noſtris. Vide Adnot. ad cap. 6. 2. — *Ibid.* ἐγχειρήσειν correximus. Perperam vulgo omnes ἐγχειρίσειν. — *Ibid.* ἐξαίρειν ὄργανα

Digitized by Google

γανα. Sic recte cum Herone scripsit & distinxit Casaub. Perperam ὄργανα ἐξαίρειν ed. 1. cum mastis. — *Ibid.* ἐνιστάμενα. Temere ἐνιστάμενας ed. 1. — *Ibid.* προκίπτοντα recte dedit Hero, & sic corrigendum monuerunt Reisk. & Ernestus. Eodem modo Scaliger, provocans ad Livii verba, *imminente tellurone*. Mendose vulgo προεκπίπτοντα edd. & masti. Vers. 8.

Vers. 9. σημώματα μολίβδινα. σήμωμα non solum *aequipondium* vel *libramentum* significat, sed & simpliciter *pondus*, ut XXII. 10, 4. Vers. 9.

Vers. 10. περιαγόμεναι χαρχησίῳ, *chartesio circumactae*. De vocabuli χαρχήσιον significatione, præter Hesychium ejusque Interpretes, confer quæ congesserunt H. Stephanus in Indice Thes. Græc. Ling. & Foesius in Oeconom. Hippocratis ad hanc vocem. Hoc loco *carchesium versatile* intelligendum, Vitruvio memoratum lib. X. c. 5. & 22. id est, machina illa tractoria, satis etiam in vulgus nota, quae his verbis describitur in Lexico Vitruviano Bernardini Baldi & Ioannis de Laet: *Est trabs erecta, robusta quidem & annulis ferreis revincta, ad instar molis; in cujus superiore parte ferreae fibulae inserta transversa alia trabs librata continetur & facile circumvertitur: ab altera extremitate ferrei harpagones dependent, quibus onera annexa sublevantur, & machina vectibus circumversa curribus facillime imponuntur.* Vers. 10.

Ibid. σχαστηρίας & hoc loco & rursus cap. 8, 3. cum Herone recte scripsit Casaubonus, monente etiam Vrsino. Vtrobique corrupte χαριστηρίας ed. 1. cum Regiis, Vesont. & Tubing. Propius ad verum χαστηρίας Vrb. & Aug. & hinc ora ed. 1. De vi vocabuli σχαστηρία rursus, praeter ea quae Henr. Stephanus habet, Foesii Oeconomiam Hippocratis, in verbo σχάζω, consuluisse neminem poenitebit. Adde Casauboni Animadvv. in Athenaei lib. IV. cap. 2. Sicut verbum σχάζειν, quod fere convenit cum χαλᾶν, est *laxare*, *remittere*, *solvere* &c. sic σχαστηρία apud Mechanicos est pars ea majoris machinae, sive tro-

Vers. 10. chlea, sive rota dentata, sive quod aliud instrumentum, *cujus ope id, quod intentum erat, laxatur; id quod suspensum erat, demittitur.* Sæpius in veterum Mechanicorum scriptis occurrit hoc vocab. σχαστηρία, neque tamen usquam satis clare, quale sit quod ita dicitur, explicatur. Perperam autem vulgo in editis & mssts h. l. verba διά τινος σχαστηρίας, quæ manifeste ad sequentia pertinent, cum prioribus erant conjuncta. Delevimus nos quidem comma, quod post σχαστηρίας erat, & post κερῶν reposuimus.

Vers. 11. *Vers.* 11. συνδραύεσθαι. Mendose συνδρούεσθαι ed. 1. cum Med.

Cap. VIII. ## CAPVT VIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἐπὶ τοὺς ἐφορμοῦντας. In latina versione hoc expresserat Casaubonus, *invadentes*, quod Hero græce dabat. Quod si quis vero vulgatum præstulerit, ἐφορμοῦντας, non admodum repugnamus: & satis commoda sententia erit, *contra eos qui pro muro ancoras jecerunt, qui ad murum in ancoris stabant.* Livius: *qui propius subierant.* Plutarchus: ὡς οὖν προσμίξων εἰόμενοι λανθάνειν. in Marcello p. 306 extr.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὅτε δὲ ἀνούφιζον recte edd. & Med. ὅτε δ' ἀνούφιζον ceteri mssti & Hero. — *Ibid.* ἐπὶ πρύμναν. ἐπὶ τὴν πρύμναν Hero. — *Ibid.* τὰς μὲν πρώρας τῶν ὀργάνων. — „Omnino πτέρυγας, aut κεραίας. πτέρυγας etiam Valesio occurrebat, vulgatum plane damnanti." CRONOV. *in Notis mssts.* — REISKIVS: „Imo κεραίας, ait, id est, *antennas machinarum rotatilium versatilium Archimedearum.*" — Nobis præferendum πτέρυγας visum erat ob id quod sequitur εἰς ἀκίνητον καθῆπτε, atque id in versione latina expressimus. Mutare autem græcum non sumus ausi, quoniam non satis certi eramus, an, sicut *prora* navis *rostrata* est, sic fortasse πρώρα machinæ dicatur pro *rostro*, ut πρώρα fere idem fuerit in hac connexione ac κεραία. Casaubonus: *machinarum proras.* — *Ibid.* καθῆπτε, *adligabat.* καθῆπται ed. 1. cum mssts.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. In ἐξέραυνε consentiunt scripti & editi, nisi quod levitur abeant codices nonnulli: ἐξαίραυνε Reg. F. ἐξάραυνε Reg. G. ἐξέρσναι Vrb. Ipsum autem ἐξέραυνε sive ab ἐκραίνω deducas cum Ernesto, sive ab ἐξεραύνω, quod tamen in imperf. ἐξήραυνε proprie requirebat; neutrum quidem horum verborum frequentatum aliâs novimus, sed satis notum vicinum verbum ἐξεράω, ἐξεράσω, quod *evacuare, effundere, evomere, educere, exprimere, extrahere, ejicere* exponitur. ἐξεῖραν voluerat Scaliger, ab ἐξείρω, *exsero.* — *Ibid.* σχαστηρίας. Vide ad c. 7, 10. Vers. 3.

Vers. 4. γενομένου. γινομένου Hero. — *Ibid.* μηθείσης haud dubie recte habet. Cum μηθείσης esset in codicibus Polybianis, Vesontinus in ora hanc notam habet: ἴσως γρ. ἀρθείσης. Vers. 4.

Vers. 6. ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ κυβιζῆν &c. Verba ista recitans Athenæus lib. XIV. p. 634. nominatim provocavit ad Polybii Historiarum librum octavum. Eadem fere verba Plutarchus habet in Marcello p. 307. sed misere corrupta vulgo, & ex isto anonymo, cujus lectiones in calce editionis Wechelianæ exhibentur, corrigenda. — *Ibid.* τὰς δὲ σαμβύκας ψαλτριζομένας &c. σαμβύκας penacute nunc scripserunt omnes, secus ac cap. 6, 2. & 7, 8. Sed utrovis modo scribas, σαμβύκας an σάμβυκας, utique sal omnis joci perire videtur, (ut monuimus ad V. 37, 10.) nisi statuamus, vulgari sermone τὴν σαμβύκην vel τὴν σάμβυκα non modo *sambucam*, id est ipsum illud *instrumentum musicum*, de quo supra diximus, sed etiam *sambucistriam*, id est, *puellam sambuca canentem*, adpellari solitam. Satis enim adparet, respici (ut LIPSIVS ait, Poliorcet I. 6.) „ad convivantium morem, qui citharœdos, sambucistrias, & id genus, male canentes, aut non placentes, colaphizabant & ejiciebant. Ita igitur sambucis factum Marcellus dicit, quæ lapidibus, ut colaphis, percussæ, in mare e navi ejectæ essent." Vers. 6.

Ibid. ὥσπερ ἐκσπένδους, *velut communis libationis expertes*, vel *communi libatione indignos.* — „Id quod ac-

Digitized by Google

cidat illis, qui, non vocati, ad sacra, hoc est ad convivium, cujus nullum jus participent, veniant, eique se ingerant, & hilares convivas adventu suo interpellent atque conturbent." REISKIVS. Athenæus, ἐς τόπον scribens, sententiam quam verbum exprimere maluit.

Cap. IX. CAPVT IX.

Vers. 2. *Vers.* 2. χωργεῦ edidit Casaub. cum Herone, Vrb. Vrsin. & ora Aug. ab antiq. manu, unde & ed. 1. in ora habet; (quamquam hæc quidem mendose χωργοῦ,) nescimus vero an consentiat Med. e quo nulla discrepantia ab exemplo Casauboniano notata est. ἀρχηγεῦ ed. 1. Aug. in contextu Reg. F. G. Vesont. Tubing. Livius: *Hieronis impensis curaque, Archimedis unica arte.*

Vers. 3. *Vers.* 3. γέρρων. γαρρῶν rursus ed. 1. consentientibus msstis & Herone, ut cap. 6, 9. — *Ibid.* ταῖς διὰ τοῦ τείχους τοξοτίσιν. τοῦ cum abesset vulgo, adjecimus cum Herone, Vrb. Med. & Aug. In τοξοτίσιν consentiunt codices nostri cum editis; apud Heronem autem τοξότισιν editur, tam in hujus ejusdem fragmenti serie p. 327. quam alio loco p. 319. ubi ait, Ἀρχιμήδης περιεγένετο τῶν πολεμίων, τοξότισι καταπυκνώσας τὸ τεῖχος, respiciens Polybii verba illa, quæ legimus cap. 7, 6. κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος &c. ad quæ ipsa hoc loco remittit Polybius: unde etiam intelligi videtur, recte Casaubonum τοξότιδας vel τοξοτίδας interpretatum esse *fenestras murales*, scil. *per quas sagittæ emittuntur.*

Vers. 4 sqq. *Vers.* 4. ἐξαιροῦντας. ἐξαίροντες Scaliger, ut Reiskius. — *Vers.* 5. ὡς καὶ τέλος. ὡς καὶ τὸ τέλος Reg. F. & Tubing. — *Vers.* 6. τεῖραν ἔτι λαβεῖν. Sic scripsimus cum Vrb. & Herone. Vulgo ἔτι τεῖραν λαβεῖν.

Vers. 7. *Vers.* 7. μία ψυχή. Sic haud dubie fuit corrigendum. Eodem modo μία ψυχὴ dederunt omnes cap. 5, 3. In eamdem vero sententiam I. 35, 5. ἓς ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη dixerat. Et Plutarchus p. 307. τῷ γὰρ ὄντι πάντες οἱ λοιποὶ Συρακούσιοι θῶμα τῆς Ἀρχιμήδους παρασκευῆς ἦσαν.

Digitized by Google

ἦσαν· ἡ δὲ κινοῦσα πάντα καὶ στρέφουσα, μία ψυχή. De literis Τ & Ψ perperam inter se commutatis a librariis conf. Adnot. ad II. 59, 5. & III. 9, 6, ubi in eodem hoc vocabulo ψυχὴ idem error commissus.

Vers. 8. Συμαχουσίων. Possis Συμαχούσιον suspicari: sed nil adtinet, & in vulgatam consentiunt libri. — *Ibid.* κυριεύσειν. κυριεύειν Med. — *Vers.* 9. οὐδ' ἐπιβαλέσθαι adoptavimus ex Aug. & Herone, qui in his ipsis verbis finit hoc fragmentum. Mendose ἐπιβαλλέσθαι Regii & Vesont. ἐπιβάλεσθαι edd. cum Med. Vers. 8. 9.

Vers. 11. μὴ ποιεῖν. Perperam carent μὴ Regii, Vesont. & Tubing. — *Vers.* 12. τοὺς τὰ Καρχηδ. Articulum τὰ, cum abesset vulgo, adjecimus cum Med. & Vesont. qui eum inter lineas quidem, sed a prima tamen manu adjectum habet. Inferendum monuerunt etiam Vrsin. & Raisk. Vers. 11. 12.

CAPVT X. Cap. X.

Eclogam *de rebus Philippi*, quæ a cap. 10. usque cap. 13 extr. progreditur, ex codice Peiresciano exhibens Valesius in Excerptis de Virtutibus & Vitiis, docet, in eodem codice post extrema verba cap. 13. παρέσεως τοῦ καθ' ἡμᾶς, continuo filo secuta esse illa, Φίλιππος δὲ τοὺς μὲν Μεσσηνίους &c. quæ in Excerptis Antiquis ex libro VIII, cap. 9-11. (nobis cap. 14 & 15.) leguntur. Quare secundum rationem nostram Ecloga illa Valesiana utique hoc loco fuit reponenda.

Vers. 1. Φίλιππος παραγενόμενος εἰς τὴν Μεσσήνην &c. Conf. c. 14, 1. *Res Philippi in Messenia gestas*, quarum occasione disputationem hanc Polybius instituit, quæ his proximis capitibus continetur, præterierunt compilatores Excerptorum. Tangit eas Plutarchus in Arato p. 1051, & proxime connectit cum illis rebus, quas Livius habet lib. XXIV. 40. ad A. V. 540. Scilicet post fœdam illam cladem ad Apolloniam acceptam, quam l. c. Livius exponit, idem quidem Livius *Macedonium petiisse* ait *Philippum*, Vers. 1.

Verſ. 1. *pum*, Plutarchus vero *in Peloponneſum* ſcribit *rediiſſe*. Quæ fortaſſe ita conciliari poſſunt, quemadmodum Dacierius (ſua quidem auctoritate) in gallica Plutarchi verſione fecit, ut primo Macedoniam petiiſſe Philippum ſtatuamus, inde vero in Peloponneſum rediiſſe. Ibi tum, ut ſcribit Plutarchus, Meſſenen rurſus per dolum adgredi conatus, cum minus ſuccederet dolus, aperta vi egit, fineſque Meſſeniorum vaſtavit. Confer quæ notavimus ad III. 19, 11. Videri autem poſſunt res hæ ad annum ſequentem, A. V. 541. referendæ, quo eos Simſonus in Chronico Vniverſali retulit; præſertim cum poſt ea, quæ ad Apolloniam acciderunt, imminuiſſe hiemem intelligatur ex Liv. XXIV. 40 extr. Sic vero ſtatuendum fuerit, Achæum & arcem Sardium (hoc lib. cap. 17 ſeqq.) tertio demum anno poſt captam urbem (VII. 15 ſqq.) in Antiochi perveniſſe poteſtatem; quamquam ægre tibi perſuadeas, tertium in annum Antiochum ipſum cum exercitu ad arcem Sardenſem adſediſſe. (VIII. 19; 1. 20, 9. 22, 8.)

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *διὰ τῆς προτέρας βίβλου*, *ſuperiori libro.* VII. 10 ſeqq.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *τοὺς δὲ καθόλου.* Aut *τοῖς δὲ* h. l. ſcribendum Reiſkius pro *τοὺς δὲ* putavit, aut mox *νενομικέναι* aut aliud ſimile verbum pro *γενονέναι*. Nobis viſum eſt, *τοὺς δὲ* ſine magno incommodo referri poſſe ad *διασαφῶν ὑμῖν*, adeoque nulla opus eſſe mutatione.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων.* *περὶ τοὺς ἄλλους* voluit Reiſkius, quoniam præceſſit *περὶ Μεσσηνίους*. Sed quandoquidem utramque conſtructionem admittit præpoſitio *περὶ*, (vide ad I. 54, 5.) licitum fuit putamus Polybio variare orationem.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ὁ πολλοῖς ἤ δὴ συμβέβηκεν.* Forſan *δὴ* pro *ἤδη* ſcripſit Polybius. — *Ibid.* Imprudentibus nobis ac temere prorſus factum eſt, ut *προειρημένοις* ederetur, cum *προγεγραμμένοις* darent editiones omnes ex codicis Peireſciani præſcripto, *quod verbum* rogamus æquum Lectorem, *ut in locum ſuum reſtituat*. Valeſium autem videmus ſuſpi-

Digitized by Google

suspicatum fuisse προπεπραγμένοις, vertit enim *factis ac consiliis consentaneum sermonem*. — *Ibid.* τὸν παρέποντα. τὸν παρεπόμενον corrigere jussit Reiskius; ac id certe & reliquus græci sermonis usus, & Polybianus stylus requirere videtur, conf. II. 56, 10. X. 24, 8.

CAPVT XI.

Cap. XI.

Vers. 1. τῆς περὶ Φιλίππου συντάξεως. *Theopompus* Chius Φιλιππικῶν sive τῶν περὶ Φίλιππον ἱστοριῶν libros edidit LVIII. teste Diodoro Siculo & Photio. Vide Voss. de Histor. Græc. lib. I. c. 7. Forsan τῆς Φιλίππου, absque περὶ, defensum iverit aliquis ex cap. 13, 4. ubi, postquam τῇ περὶ τῆς Ἑλλάδος dixerat, mox nude & absque præpositione ἐν τῇ Φιλίππου ait. — *Ibid.* δι' αὐτό. δι' αὐτὸν voluit Reiskius, id est, *propter ipsum*, Philippum puta. Imo δι' αὐτὸ, ut sæpe aliâs, refertur ad id quod sequitur διὰ τὸ μηδέποτε &c. & idem est ac δι' αὐτὸ τοῦτο. conf. ad IX. 3, 9. — *Ibid.* μάλιστα παρορμηθῆναι. Recitavit hæc & sequentia verba Suidas in Παράπαν. Vers. 1.

Vers. 2. μετὰ ταῦτα &c. Habet Suidas in Παραπόδας. Quæ sequuntur, citat idem in Ἐσφαλκέναι & in Προστασία. — *Ibid.* In προστασίαν utroque loco Suidas consentit cum cod. Peiresciano. Quod si Polybii essent verba, de quibus agitur, nil dubitaremus quin verum pronunciarem παράστασιν, quod, ut recte Ernestus monuit, est Polybianum vocabulum pro *furore*. Posses etiam cum eodem Ernesto ἀκρασίαν suspicari. Sed quoniam, quid ferat Theopompi stylus, difficile judicatu est, nihil temere solicitandum. Et poterit προστασία, quod apud Polybium etiam *magnificentiam* interdum denotat, apud Theopompum *profusionem* significare, ut idem observavit Ernestus. Quo referendum est fortasse vocabulum πολυτελεῖς, quo utitur vers. 7. Vers. 2.

Vers. 3. περὶ τὰς τῶν φίλων καὶ συμμάχων κατασκευὰς videtur significare *in parandis amicis atque sociis*: sed, quo pacto *injustum in* his *parandis* Philippum dicere potuerit, non Vers. 3.

Verſ. 3. non videmus. Itaque per ſe ſtare debet ἀδιάστατον, & nonniſi vocabulum κακοπραγμονέστατον ad ſequentia trahendum; *doloſiſſimum in parandis amicis;* niſi κατασκευὴ τῶν φίλων intelligere velis *rationem tractandi amicos, agendi cum amicis,* quod tamen dubitamus an ferat græci ſermonis uſus. — *Ibid.* Quæ ſequuntur verba, excerpſit hinc Suidas in Ἐξηνδραποδισμ. & in Πραξικοπήσας.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πρὸς τὰς ἀκρατοποσίας. Sic legendum videri cum Suida in Ἐπαθῆς, monuerat jam Valeſius. Perperam vero apud Suidam verba iſta Aeliano tribui, poſt eumdem Valeſium monuit Küſterus. Confirmat iſtam Suidæ lectionem id quod alio loco idem lexicographus habet: Ἀκρατοπότης· ὁ μέθυσος, ὁ τὸν ἄκρατον οἶνον ἀπλήστως πίνων. — Ἀκροποσίαν Erneſtus in Lexic. Polyb. interpretatus eſt *ſummam intemperantiam vini.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὴν ἀρχὴν τῆς ἑνάτης καὶ μ'. αὐτῷ βίβλου, *principium libri, qui eſt quadrageſimus nonus.* αὐτῷ in dativo caſu ſcripſit, ob ſequentem genitivum βίβλου, aliò pertinentem.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Εἰ γάρ τις ἦν &c. — „Hic locus Theopompi integrior extat apud Athenæum lib. IV. p. 167. & lib. VI. p. 260. ubi poſt λάσταυρος additur, ἢ βδελυρὸς, & pro τοίγαρ legitur τοιγαροῦν, rectius; illud enim nimis poëticum eſt.“ VALESIVS. — Conf. ad verſ. 9. Priora verba habet etiam Suidas in Λάσταυρος.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν &c. Verba hæc uſque ἀπῆν habet etiam codex Vrbin. ad oram Excerptorum Antiquorum. Eadem verba, ſimul cum ſuperioribus, Τοιγαροῦν οὐ μόναν ταῦτ' ἔχειν &c. protulit Suidas in Ἀθλητὰς, ubi perperam Aeliano hæc tribuuntur; niſi forte eadem ex Theopompo Aelianus alicubi citavit. Apud Suidam igitur ibi pariter Τοιγαροῦν legitur, quemadmodum ex Athenæo jam correxerat Valeſius, pro ταίγαρ quod erat in cod. Peireſc. Pro ταῦτ' ἔχειν apud Athenæum eſt τοιαῦτ' ἔχειν, apud Suidam vero in Küſteri quidem editione

Digitized by Google

tione τοῦτ' ἔχειν, sed editio princeps Mediolanensis in ταῦτ' ἔχειν cum cod. Peiresc. consentit.

Vers. 11. οὐχ ἑταίρους. — „Addidi ex Athenaeo ἀλλ' ἑταίρας, in quo tota sententiae venustas posita est: quae quidem allusio etsi urbanitatem aliquam videtur habere, tamen historiae scriptore prorsus indigna est. Ejusmodi sunt & quae sequuntur, ἀνδροφόνοι & ἀνδροπόρνοι, quae & turpia & nimis affectata sunt. Ex quibus apparet, Theopompum verborum curiosiorem fuisse quam rerum." VALESIVS. — In eamdem sententiam REISKIVS monuit, ea, quae mox sequuntur de Centauris & Laestrygonibus, prodere ingenium Theopompi luxurians & theatricum atque sophisticum, non viri gravis, non scriptoris accurati. Vers. 11.

Vers. 13. καὶ τοσούτων μοι πραγμάτων ἐπικεχυμένων, *cum tot ac tanta mihi negotia incumbant.* — „Versatus est in republica Theompus Chius, in qua administranda adversarium habuit Theocritum Chium, oratorem ex Isocratis schola, ut testis est Strabo lib. XIII. [p. 645.] & Suidas [in Θεόκριτος.] Contra quem invehitur Theopompus in Suasionibus ad Alexandrum, ut refert Athenaeus lib. XII. [p. 540.] ubi Θεόκριτος ὁ σοφὸς dicitur perperam, cum σοφιστὴς legendum sit ex Strabone. Clemens Alex. in Protrept. [p. 45. ed. Sylburg.] ἄγαμαι τὸν θεῖον σοφιστὴν Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ. lege Χῖον." VALESIVS. — *Ibid.* τοιούτους τὸν τρόπον. conf. vers. 12. Cum τοιοῦτον τρόπον daret codex Peirescianus, τοιουτότροπα legendum suspicatus erat Valesius. Vers. 13.

Ibid. Λαιστρυγόνας. Vide Homeri interpretes ad Odyss. X. 82. & Schol. ad Lycophr. Cassandr. 956. citatum a Clark. ad Homer. l. c. — *Ibid.* τὸ Λεοντῖνον πεδίον. conf. VII. 6, 4. & Diodor. Sicul. V. 2. Citavit hunc locum Suidas in Κενταυρικῶς.

CAPVT

Cap. XII.

CAPVT XII.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἡ ἐπιγραφή. — „Hoc epigramma legitur apud Clementem lib. II. Στρωμ. [p. 301. ed. Sylb.] & Athenæum lib. 7. [lib. VIII. p. 235 sq.] Sed Cicero in quinta Tusculana [c. 35.] distichon tantum agnoscit, quod sic vertit:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exsaturata libido
hausit, at illa jacent multa & præclara relicta."

VALESIVS. — Confer Davis. ad Cic. l. c. qui plura huc spectantia congessit.

Vers. 7 sqq. *Vers.* 7. Necessario utique requirebatur ἐπὶ Φιλίππου, *sub Philippo, regnante Philippo.* — *Vers.* 10. μετ' αὐτὸν cum Reiskio scripsimus. In eamdem sententiam μετ' ἐκεῖνον conjectaverat Valesius. — *Vers.* 11. τὴν ἑαυτῶν δόξαν correxit Valesius, cum in ms. esset τὴν ἑαυτοῦ δόξ.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

Vers. 2. *Vers.* 2. διὰ τῆς ἀλόγου καὶ ἐπιλήπτου λοιδορίας, *per absurdam & culpabilem* (vel *merito castigandam*) *vituperationem.* — „Ἐπίληπτος, *vituperandus.* Sic videtur & Iosephus XV. 2, 5. dixisse. Compositum quidem ἀνεπίληπτος Xenophon Ages. c. 1. & alii dixere; & ἀνεπιλήπτως Thucyd. I. 92. vid. Interpr. ad Thuc. l. c. & nos ad Xenoph. l. c." ERNESTVS. — *Ibid.* παραδοχῆς. Polybianum est hoc vocabulum παράδοχη, idem valens ac ἀποδοχή. Vide I. 1, 1. I. 5, 5. VI. 2, 14. Eodem Sextus Empir. utitur VIII. 443.

Vers. 3. *Vers.* 3. τὴν μὲν Ἑλλάδα μεταξὺ &c. — „Theopompus historiam rerum græcarum scripserat a pugna navali ad Cynossema, in qua desinit Thucydides, usque ad prælium navale ad Cnidum libris XII. ut scribit Diodorus Siculus lib. XIV. [c. 84.] cui accedit Photius in Bibliotheca [cod. CLXXV.] qui duodecimum librum τῶν Ἑλληνικῶν Theopompi abs se lectum esse testatur. Suidas XI. tantum enumerat. Idem Theopompus Philippica scripsit libris LVIII. [conf. ad c. 11, 1.] teste eodem Diodoro, orsus ab

anno

anno 1. Olymp. CV. Itaque inter utramque historiam Theopompi intervallum erat quinque circiter ac triginta annorum." VALESIVS. Vers. 3.

Ibid. Non solicitari debuit μεταλαβών, quod idem fere significat ac μεταβαλών, vel ἄλλην λαβών, ut ait Reiskius. Vide ad I. 61, 3. & ad IV. 74, 1. Nec vero inde consequitur, vers. 7. rursus verbo μετέλαβε usum esse Polybium quod voluit Reiskius; sane, quamvis commodius hoc fit, & Polybii stylo conveniens, illud tamen absque codicum suffragio mutare non ausimus.

Vers. 5. καὶ τυχὸν ἐξουσίας. — „Lege τυχόν." [id est, *fortasse*.] VALESIVS. — Contra REISKIVS: „Recte habet τυχὸν, ait, sed καὶ delendum est. *Nemo tametsi regiis captus & occupatus sit beneficiis, omittat, ubi nactus sit libere scribendi potestatem, opportuno loco transire ad Græciæ nomen atque majestatem.*" — At βασιλικὴ δυναστεία non sunt regia beneficia. Vers. 5.

Vers. 6. τὸ συμφέρον, *utilitas*. — Licet vero hoc loco cum REISKIO quærere: „Sed qui potuit utilitatem spectare in condenda historia, qui eum, quem laudare profitetur, accerrime exagitat? Non certe a Philippo, neque ab Alexandro, neque ab ullo Macedonum videtur Theopompus operæ suæ dignam mercedem retulisse." — Vers. 6.

Vers. 7. μετέβαλε. Vide ad vers. 3. Vers. 7.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Vers. 1. Φίλιππος δὲ &c. Hæc, quæ in Excerptis Antiquis conservata sunt, in codice Peiresciano in Eclogis de Virtutibus & Vitiis continuo filo junguntur eis quæ modo præcesserunt. Et fieri potest ut sic subito ex diverticulo in viam redierit Polybius: fortasse tamen nonnihil interciderat, quod prætermissum fuit ab illo compilatore. De re confer quæ diximus ad cap. 10, 1. Vers. 1.

Vers. 2. δυσαρεστηθέντα nescimus an ex ingenio correxerit Casaubonus: sed sic oportebat utique. Eodem modo Scaliger. Vitiose δυσαρεστηθέντος ed. 1. δυσαρεστηθέντων Vers. 2.

Digitized by Google

Verſ. 2. θέντων Aug. Regii, Veſont. Ex Vrb. Med. & Tubing. nil notatur, quorum prior codex cum ed. 1. duo poſteriores cum contextu Caſauboniano collati ſunt. Putamus, in veteri codice compendii cauſa in fine vocis literam τ ſuper ν fuiſſe ſcriptam, omiſſamque pro more terminationem α. — *Ibid.* μετὰ Ταυρίωνος, *adjutore Taurione, Taurionis opera.* Plutarchus Arat. p. 1051. Ταυρίωνα ἐκέλευσεν ἐν ἀδήλῳ τρόπῳ τοῦτο ποιῆσαι.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. παρὰ τοῖς ἐκτὸς correxit Caſaub. cum Scalig. παρ' αὐτοῖς ed. 1. Vrb. Aug. Regii, Veſont. Tubing. Ex Med. tamen nil notatur. *οἱ ἐκτὸς, extranei, qui concilii vel conſilii non ſunt participes, vulgus.* II. 47, 10. IX. 23, 4. &c. — *Ibid.* οὐ τῶν παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀπολλυουσῶν. Vtique ἀπολλύντων malimus cum Scalig. nempe Φαρμάκων. — *Ibid.* διάθεσιν ἐργαζομένη, *corporis adfectionem morboſam operans.* Conf. ad II. 70, 6. Adde Plutarch. l. c. — *Ibid.* τὸ κακόν. Imperite τὸ καλὸν ed. 1. contra fidem noſtrorum codicum: ſed & alibi paſſim duo iſta vocabula inter ſe permutarunt librarii.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἕνα τῶν ὑπηρετῶν. τῶν συνήθων ait Plutarchus, id eſt, *familiarium*, quod commodius videtur: nam *famuli* nomen non videntur edituri fuiſſe ſcriptores. — *Ibid.* κατὰ τὴν ἀῤῥ. τὰ κατὰ τὴν ἀῤῥ. ed. 1. cum msstis. Articulum recte delevit Caſaub. — *Ibid.* τῆς πρὸς Φίλιππον. τῆς abeſt a ſolis Reg. F. & Tubing.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. εἰ τοσούτων. Sæpe εἰ & ἢ confunduntur a librariis. Sic infra cap. 17, 6. perperam εἰ poſuerunt pro ἤ. Valet autem hoc loco εἰ, ut paſſim aliâs, idem fere ac ὅτι, *quod;* quem uſum obtinere docent Grammatici poſt verba admirandi, gaudendi, dolendi & id genus alia.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. καὶ παρὰ τῇ πατρίδι καὶ παρὰ τῷ κοινῷ. Sic libri omnes, excepto cod. Peireſc. in quo mendoſe erat καὶ τῇ περσίδι, abſque παρά. Commodius videri poterat καὶ παρὰ τῆς πατρίδος καὶ παρὰ τοῦ κοινοῦ, quod repoſitum voluit Reiſkius. Sed & vulgatum ſtare poteſt: conf. III, 31, 8.

31, 8. III. 9, 2. (δύναται ἁπτεσθαι παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν.) X. 34, 7. X. 40, 5.

Vers. 8. αἰώνιον Casaub. cum Vrb. Aug. Med. αἰωνίαν ed. 1. Regii Vesont. — *Ibid.* ἀποιχομένους. Mendose ἀποιμαχομένους ed. 1. Regii, Tubing. Vesont. sed in hoc ut spuriæ notantur literæ μα. Vers. 8.

CAPVT XV. Cap. XV.

Vers. 1. Recte hæc a superioribus separavit Casaubonus. Et novam hanc esse Eclogam, cum præcedenti non proxime cohærentem, claris signis indicant codd. Vrb. & Aug. Vers. 1.

Vers. 2. παρὰ τὸν Ἀρδάξανον ποταμόν. Exiguus videtur rivus fuisse *Ardaxanus*, quem quidem tacent Strabo & Ptolemæus. In nomine consentiunt libri Polybiani, nisi quod Ἀρδέξανον det alter ex Mediceis. Ab altera urbis parte Drilo fluvius fuit. Vers. 2.

Vers. 3. τῆς | μὲν περὶ τοῦτον, scil. τὸν Ἀκρόλισσον. Recte sic dederunt Aug. Regii & Vesont. Perperam περὶ τούτων edd. cum ceteris codd. — *Vers.* 4. τοῦ Λίσσου restituit Casaub. monente etiam Vrsino. Mendose h. l. τοῦ μέσου ed. 1. consentientibus msstis. — *Ibid.* ἐπιβολὴν correxit idem Casaub. Mendose μεταβολὴν ed. 1. cum msstis. — *Vers.* 5. τῶν εὐζώνων recte Casaub. cum Vrsin. τῶν εὐσώμων ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* ἐπὶ τῆς μεσογαίου rursus debetur Casaubono. ὑπὸ τῆς μεσ. ed. 1. consentientibus msstis. — *Vers.* 7. ἥλως ἦν Casaub. cum Vrb. & Vrsin. Sic & Aug. ex emend. ab antiq. manu. ἥλων ἦν ed. 1. cum ceteris msstis. — *Ibid.* ποιησόμενος. ποιησάμενος ora ed. 1. imperite & invitis libris. Vers. 3 sqq.

CAPVT XVI. Cap. XVI.

Vers. 5. ἐκεῖνον recte Casaub. cum Vrsino. Mendose ἧκεν ed. 1. cum msstis. In uno Vesont. inter lineas vera lectio indicatur. — *Ibid.* ἐλαθον Casaub. cum Vrb. Vrs. & ora ed. 1. Puto sic & Med. ἔλωθον ed. 1. in textu, cum Vers. 5.

Digitized by Google

Regiis, Veſont. Tubing. In ora Aug. eſt ἔλαθον ab antiq. manu, & ἔθεον a recentiori. — *Ibid.* ἐκυλῃθέντες. Reſtituit Caſaubonus Polybianum verbum. Perperam ἐγκυλῃθέντες ed. 1. cum msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καὶ τροκῆς. ἐκ τροκῆς ora ed. 1. invitis msstis.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. οἱ τὰς ἐνέδρας - - διαλαβόντες, *qui inſidias occupaverant, qui in inſidiis erant diſpoſiti.* conf. Adnot. ad II. 33, 5. Tom. V. p. 420. — *Ibid.* ἐνεργὸν ἐποιήσαντο τὴν ἔφοδον. Perperam ἐνεργῶν Vrb. Regii, Aug. Veſont. ſed Aug. intra lineas habet terminationem ὸν, Veſontinus vero ῶς. ἐνεργὸν cum edd. & Med. agnoſcit Suidas, ad hoc ipſum vocab.

Verſ. 9 ſqq. *Verſ.* 9. τὸν δὲ Λίσσον. Rurſus τὸν δὲ μέσον ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 10. τῶν προειρ. τόπων. Vltima vox abeſt a Regiis, Veſont. Tubing. conf. ad II. 17, 8. — *Ibid.* ὥστε recte dederunt codd. noſtri omnes, Vrb. Aug. Regii, Veſont. Tubing. quod neſcimus cur in ὡς mutarint editores. — *Ibid.* ἐθελοντήν. ἔθελον ed. 1. imperite & invitis msstis. — *Verſ.* 11. ἔτι legendum ex ingenio viderat Reiſkius, pariterque Scaliger. — *Ibid.* ἀσφάλεια. Mendoſe ἀσφάλειαν ed. 1. Regii, Veſont.

Cap. XVII. ## CAPVT XVII.

Sardibus captis ab Antiocho (lib. VII. c. 15-18.) ſupererat *arx* munitiſſima, quam *Achæus* adhuc tenebat. De Chronologia confer quæ monuimus ad cap. 10, 1.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κρής. Mendoſe Κρῆτης ed. 1. cum msstis, ſicut VII. 15, 2. Κρὴς tamen habet ora Aug. ab antiq. manu, & hinc ora ed. 1. Κρηταιεὺς correxit Scaliger.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τοῦτον ὁ Σωσίβιος πιστωσάμενος. Suidas, hæc verba citans, πιστωσάμενος interpretatur πίστεις καὶ συνθήκας ποιησάμενος. Et mox idem πιστῶ σε ὄρκῳ, ait, ἀντὶ τοῦ ὄρκον ἐκ σοῦ λαμβάνω. πιστοῦμαί σε ὅρκῳ, ἀντὶ τοῦ, ὅρκον σοι δίδωμι. Itaque Küſterus Polybii verba, quæ Caſaubonus vertit, *ubi multis ſermonibus fidem illius ſibi conciliaſſet,*

Digitized by Google

ciliasset, rectius sic est interpretatus: *cum ei pluribus verbis fidem dedisset.* Vers. 2.

Ibid. ἐν τῇ βασιλείᾳ, *in aula Ptolemæorum* interpretatus est Casaubonus, tamquam esset ἐν τῷ βασιλείῳ vel ἐν τοῖς βασιλείοις. Satis erat, ad verbum *in regno* dicere; scil. *Aegypti*, quod intelligitur cum ex Sosibii mentione, qui regni illius fuit administer, tum ex ipsius Ptolemæi (Philopatoris) vers. 10. — *Ibid.* Verbum λέγων cum ed. 1. agnoscunt codices omnes: ac nonnisi operarum errore omissum videtur in ed. Casauboni, qui in latina versione illud non neglexit. — *Vers.* 3. φήσας ἐπισυλλαθαι. Vide Adnot. ad II. 64, 5. Vers. 3.

Vers. 4. πλείω χρόνον. Sic Vrb. & Suidas in Ἐμπειρῶν. χρόνον πλείω edd. cum ceteris codd. — *Ibid.* παρ' Ἀντιόχου. Ferri posset τῶν παρ' Ἀντιόχου Κρητῶν, sed cum verbo στρατευομένων necessario requiri videtur παρ' Ἀντιόχῳ, *qui apud Antiochum militabant*: atque sic, refragantibus licet libris, repositum velimus. Vers. 4.

Vers. 5. τῇ δὲ συνεχείᾳ τῶν ὑπὸ τὸν Καμβ. τεταγμ. ἀνδρῶν ἐτηροῦντο. τῇ συνεχείᾳ *statione assidua* Casaubonus. Perspecte vero REISKIVS: „Dubium, ait, utro modo vocabulum accipiatur: eone, quo Casaubonus accepit, an pro *prætentura*, si verbo Marcelliniano licet uti, h. e. longa serie hominum armatorum, per exigua intervalla dispositorum iis in locis, quæ communiri nequeunt. Ego quidem posteriorem modum præferam." — Sic conveniret cum gallico *tordon*, vel *lignes de circonvallation.* Vers. 5.

Vers. 6. ἢ μὴ correxit Casaub. cum Vrsino. Mendose εἰ μὴ ed. 1. cum msstis nostris, nec aliter putamus Med. licet ex eo nil notetur. Vers. 6.

Vers. 7. προσδίδου erit fortasse qui posse defendi putet ex Xenoph. Memorab. I. 2. 29. aut ex Luciani Mercede Conducto c. 20. Sed προσδίδου & res ipsa flagitare videtur, & locus parallelus c. 18, 7. ut taceamus frequentem librariorum errorem in confundendis vocalis πρὸ & πρός. — Vers. 7.

Digitized by Google

Ibid. ὑπισχνεῖτο. ἐπισχνεῖτο ed. 1. operarum errore, repetito in ed. 2.

Vers. 8. 9. *Vers.* 8. παρ' αὐτοῦ τοῦ βασ. παρὰ τοῦ βασ. voluit Reisk. παρ' αὐτοῦ τοῦ βασ. καὶ παρὰ τοῦ σωζομ. Scaliger. — *Vers.* 9. ὑπομείναις. ἐπιμείναις utique scribendum. Eadem confusio III. 50, 5. vulgo obtinuerat. Et aliàs sæpe confunduntur ἐπὶ & ὑπό. — *Ibid.* συνθήματα, *tesseras.* συνθηματικὰ γράμματα, c. 18, 9. ἐπιστολαὶ γεγραμμέναι συνθηματικῶς, c. 19, 4. coll. vers. 8. *literæ arcanis signis scriptæ; literæ arcanæ, de quarum scriptura* atque notis, quibus utimur, *convenimus cum eo ad quem scribimus.* Confer Aeneæ Commentar. Poliorcet. c. 31. & ibi Casaub. — *Ibid.* Μελαγκόμαν. Μελανκόμαν Vrb.

Vers. 10. *Vers.* 10. τά τε πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. Rhodiis intercedentibus Ptolemæus Andromachum, patrem Achæi, ex captivitate Alexandrina dimiserat: & credibile est, aliis præterea rebus aulam Aegyptiacam gratificatam & opitulatam esse Achæo, cum ab Antiocho, hoste Aegypti, defeciisset. — *Ibid.* ἐπιβολὰς cum Vrsin. correxit Casaub. Corrupte ἐπιβὰς ed. 1. cum mastis.

Cap. XVIII. CAPVT XVIII.

Vers. 1. 2. *Vers.* 1. καταλομένων. Mendose καταλόμενον ed. 1. cum mastis. Correxit Casaub. cum Vrs. — *Vers.* 2. συμμίξαι. ξυμμίξαι Aug. & Regii, sed mox iidem cum ceteris consentiunt in συμμίξαντος, nec familiaris est Polybio attica illa forma. — *Ibid.* διόπερ ᾤετο δεῖν. Emendationis Reiskianæ δι' ἃ παρεγένετο, ὥστε &c. hæc est sententia: *velle cum eo de rebus quibusdam necessariis, quarum causa illuc profectus esset, conferre, ideoque oportere* &c. — *Ibid.* αὐτοῖς συναντήσουσι. αὐτοὶ συναντησ. correxit Scaliger; percommode: *quo ipsi soli convenirent.*

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐβάσταζε corrreximus ex Suida, apud quem verba hæc Polybii citantur, alieno quidem loco, in Βαρυδάμων. Est autem ἐβάσταζε idem quod διεσκέπτετο, vel ἐδουλ-

Digitized by Google

ἐδοκίμαζε, ut interpretatur Suidas & l. c. & in Βαστάσας, & in Ἐβάστασε, id est, *librabat, agitabat, versabat animo & cogitatione*, ut ait Reiskius. Nescimus vero, quo pacto vulgatum ἐβάσταξε probare idem Reiskius potuerit. Requirebatur sane imperfectum tempus, &, si locum haberet aoristus, oportebat ἐβάστασε. Literas ζ & ξ temere inter se permutatas sæpe vidimus errore librariorum. Vers. 4.

Vers. 6. σφίσιν αὐτοῖς. Temere σφίσιν αὐταῖς ed. 1. invitis mssis. — *Vers.* 7. προδεδομένα. conf. c. 17, 8. — *Vers.* 8. δηλώσαντας. δηλώσαντες Vrb. cum Aug. a pr. manu. — *Ibid.* ἐγχειρίειν. Mendose ἐγχειρεῖν ed. 1. Regii, Vesont. — *Vers.* 9. τὰ κατά. τὰ carent Reg. F. & Tubing. — *Ibid.* συνθηματικὰ γράμματα. conf. c. 19, 4. & Adnot. ad c. 17, 9. συνθήματα καὶ γράμματα Scaliger, ut Aug. intra lineas. Vers. 6 sqq.

Vers. 9. πάλιν ἀπαλθεῖν correxit Casaub. ex Vrb. monente etiam Vrsino. ἐπαλθεῖν ed. 1. cum ceteris codd. quod in ἐξελθεῖν mutandum censuit Reiskius. — *Vers.* 11. οὕτως ἔφη δώσειν ὁ Βῶλις αὐτὸν εἰς τὴν χρείαν, *ita se susceperum negotium ajebat Bolis.* Deleta velimus commata, quæ ante & post ἔφη primus interseruit Ernestus; quæ turbant magis, quam explanant orationis structuram. χεῖρα pro χρείαν habet ora ed. 1. imperite & invitis mssis. Vers. 9. 11.

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Vers. 1. Καμβῦλος. Καμβύλος cum acuto accentu h. l. Aug. Regii, Vesont. qui supra cum ceteris circumflexerunt penultimam. Vers. 1.

Vers. 2. πρὸς τρόπου. Sic edd. & codices nostri omnes; quod ferri tamen nullo modo posse videtur. Sane cum genitivo casu construi præpositionem πρὸς in istis formulis, πρὰς τρόπου, πρὸς θυμοῦ, & harum similibus, recte docent grammatici. Et aliâs quidem in singulari numero usurpatur πρὸς τρόπου, *ad ingenium, ad animum meum*, id est, *acceptum, gratum mihi*: sed nihil impedire videtur, quo minus etiam in plurali dici potuerit πρὸς τρό- Vers. 2.

τρόπων, quo pacto Suidas legit, qui hæc ipsa Polybii verba recitavit in Πρὸς τρόπων. προστρόπου una voce voluerat Vrsinus, referens ad ἐπαγγελίας, tamquam a nomine adjectivo ὁ καὶ ἡ πράστρατος, quod tamen nusquam ista ratione occurrit.

Vers. 4. 7. *Vers.* 4. συνθηματικῶς. Vide Suidam, in hac ipsa voce. Conf. c. 19, 4. & Adnot. ad c. 17, 9. Perperam συνθητικῶς Reg. G. Quæ sequuntur verba, transponenda putavit Gronovius; vulgatam verborum seriem, nonnihil licet conturbatam, Polybio vindicavit Reiskius. — *Vers.* 7. αὐτοπαθῶς, *ex proprio adfectu, ex vero animi sensu.* Vide Suidam h. v. ubi citat hunc locum Polybii.

Vers. 6 sqq. *Vers.* 6. πάλην. Corrige πάλιν, & typothetæ condona errorem. — *Vers.* 10. ἦν γάρ τις ἐπίνοια περὶ τὸν Ἀχαιόν. Bene habet vulgata. conf. ad V. 110, 7. — *Ibid.* δι' ἀπροόδου. Quid sit hoc, nescimus. Casaubonus, ingenium magis suum, quam usum sermonis secutus, *in ipso exitu* interpretatus est. — „Locus est vitiosus, ait ERNESTVS: contextus desiderare videtur, *cum elapsus esset ex urbe in qua absidebatur.*" — REISKIVS: „Forte δίχα προόδου, *sine processione*, h. e. sine prædicatione sui nominis & jactatione suæ conditionis, sed celato & dissimulato cum nomine, tum fortuna, & consiliis, denique id quod nos *incognito* dicimus. πρόοδος & προέλευσις est *processio pompatica in publicum* ad populum, cum significatione imperii alicujus aut etiam regiæ majestatis. δίχα & διὰ sæpe in libris permutantur." — Possis etiam δίχα προόδου intelligere *nullo adventus sui nuncio præmisso*, id est, *subito, inopinato;* (conf. vers. seq.) proprie *sine præeunte*, ab ὁ πρόοδος, quod notat *eum qui præit*, quemadmodum ὁ ἔφοδος est *qui circumit, circuitor.* — *Vers.* 11. κατὰ Κοιλ. Συρ. κατὰ τὴν Κοιλ. Συρ. solus Vesont.

Cap. XX. CAPVT XX.

Vers. 4. *Vers.* 4. μετὰ ταῦτα νυκτὸς εἰσῆλθον εἰς τὴν παρεμβολήν. *postea nocte castra ingrediuntur.* Quis? an Bolis & Cam-

Digitized by Google

bylus? At deinde demum (verſ. 9.) primum ad Cambylum in caſtra venit Bolis. (cf. verſ. 10.)

Verſ. 6. *διὰ τὸ τῆς. τῆς* deeſt Regiis, Veſont. & Tubing. — *Verſ.* 8. *τοὺς ἐνεδρ. τοὺς συνεδρ.* Veſont. — *Ibid. μήτ' αὐτόν.* Particulam *καὶ*, quæ præmittebatur, ex ingenio delevit Caſaub. Verſ. 6. 8.

CAPVT XXI. Cap. XXI.

Verſ. 1. *ἐκτενῶς* Suidas interpretatur *ὁλοψύχως, προθύμως, toto animo, promte*, laudans hunc Polybii locum, quem eumdem citavit in *Βῶλις*. Vtrobique vero pro *φιλοφρόνως* habet *φιλανθρώπως*. Verſ. 1.

Verſ. 2. *ἅλκοντα τὸ τῆς πράξεως στάσιμον, tanti ponderis incepto parem.* Nolimus ſolicitatum verbum *ἅλκοντα*, quod in *ἔχοντα* mutandum ſuſpicatus eſt Reiſkius. conf. XII. 28, 6. — *Verſ.* 3. *ὑπάρχων δὲ* ex ed. 1. & mſstis reſtitui. — *Ibid. ὅμως* non ad *ἔκρινε* referendum, ſed ad *μὴ πᾶσαν* & ea quæ ſequuntur: quare delevimus comma, quod poſt *ἔκρινε* incommode vulgo inſertum erat. — *Verſ.* 4. *οὐκ ἔστι* recte Caſaub. cum Vrb. & ora ed. 1. Mendoſe *οὐκ ὅτι* ed. 1. in contextu, cum pleriſque mſstis. Verſ. 2 ſqq.

Verſ. 5. *τὸ δὴ τὸ λεγόμενον.* Sic editi & ſcripti libri omnes, perperam. Recte Reiſkius *delere alterum τὸ* juſſit, in quo obtemperare viro docto debueramus. Vulgatiſſima formula, *τὸ δὴ λεγόμενον*, ubi adducitur proverbium aut proverbialis locutio. vide IV. 52, 3. VI. 43, 3. 46, 1. &c. — *Ibid. πρὸς Κρῆτα πρητίζων.* Vide Suidam in Πρὸς Κρῆτα. Verſ. 5.

Verſ. 6. *συνεξαποστέλλειν. συνεξαποστελεῖν* malimus. — *Ibid. μένειν προσέταξε.* Sic cum Vrb. edidit Caſaubonus, delens *ἔφη*, quod importune erat inſertum. Illud *ἔφη* ex *ἐκεῖ* corruptum jam ante Reiſkium ſuſpicatus erat Scaliger. — *Ibid. κατὰ τοῦ πέλας* Caſaubonus *in alienam perniciem* interpretatus eſt. Satis putamus fuerat, *de aliis, in* vel *ab aliis, alios quod attinet.* — *Verſ.* 8. *μετρίας* dant libri noſtri omnes; Vrb. Aug. Med. Regii, Veſont. Tubing. Verſ. 6. 8.

Digitized by Google

bing. — *Ibid.* λιτὴν recte Casaub. cum Vrsin. Aug. Vesont. Mendose λιπὴν ed. 1. cum cett. codd. λισπὴν ora
Vers. 9. ed. 1. & ora Med. — *Vers.* 9. ἀπεὶ ἀποκριν. Sic unus Aug. in ora ab antiq. manu, unde & ora ed. 1. ex qua in contextum recepit Casaub. Mendose contextus ed. 1. consentientibus msstis ἔιεν ἀποκριν. — *Ibid.* φᾶναι. Sic edd. cum msstis. Rectius fuerit φάναι.

Cap. XXII. CAPVT XXII.

Vers. 2. *Vers.* 2. καὶ πᾶν ἄν τι. Sic recte Casaub. καὶ πᾶν ἀντὶ κατὰ ed. 1. cum msstis; unde delendum ἀντὶ suspicatus erat Vrsinus, & mox pro ὑποπτ. legendum ἀνθυποπτεύσας. Pro πᾶν ἄν τι Scaliger τἀναντία suspicatus erat, quod non placet.

Vers. 5. *Vers.* 5. In προσυρίξας consentiunt omnes; nec opus erat ut solicitaretur, licet alibi duplex σσ reperiatur. (vide c. 27, 10. & 31, 5.) Neque vero in vocula πρὸ, verbo præposita, premamus cum Reiskio significationem *ante*, vel *prius*, quasi hoc dicat Polybius, *Bolidem prius sibilum edidisse, quam tesseram voce articulata ederet.* προσυρίζειν ipsius etiam vi præpositionis nil aliud notare videtur quam *sibilum edere.* Quare locis paulo ante citatis deletam alteram literam σ, quam h. l. adjectam, malimus. — *Ibid.* ἀπέδωκε malle se REISKIVS ostenderat: „nam ea, ait, ἀποδίδονται, *redduntur*, quæ debentur dari vel edi ex pacto & condicto.“ — Imo necessario id requirebatur; neque enim aliud, quam ἀποδιδόναι τὸ σύνθημα, fert sermonis usus. Vide II, 67, 1. III. 84, 1. IV. 78, 10. V, 60, 6. &c.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐπιβάλοιτο, *conaretur*, *tentaret*. Sic Scaliger etiam correxerat. ἐπιλάβοιτο quid sit, in quod cum editis consentiunt codices omnes, nemo facile dixerit, nisi librariorum errore corruptum. — *Ibid.* εἶχε μάχαιραν ὑφ' αὑτῷ παρεσκευασμένος. Mire dictum ὑφ' αὑτῷ, pro ὑφ' ἱματίῳ, *sub veste*, ni ex hoc ipso corruptum. — „Forte αὑτὸν, *contra semet, in suam ipsius necem.*“ REISKIVS.

Vers.

Verſ. 11. Ἀνδρομάχου μὲν υἱός. cf. IV. 51. — *Ibid.* ἔγημε δὲ Λαοδίκην τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασ. θυγατ. conf. V. 74, 5. & ibi Adnot. Erat autem & *Laodice, Mithridatis filia*, ipſi Antiocho nupta. V. 43, 1-4. An ergo Laodice hæc, uxor Achæi, foror fuit illius Laodices, uxoris Antiochi? Mirum vero, non diſerte hoc commemorari a Polybio, quid h. l. non videtur fuiſſe prætermiſſurus. Verſ. 11.

CAPVT XXIII. Cap. XXIII.

Verſ. 3. ἀκρωτηριάσαι, *extrema membra præcidere*, veluti manus, pedum digitos, ſed potiſſimum *nares & aures*, (cf. I. 80, 13.) & maxime quidem *aures*, ut ex Etymologo monuit H. Stephanus in Theſauro. τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταβάλλαντας εἰς ὄνειον ἀσκὸν, ἀναστανρῶσαι τὸ σῶμα. Imprudentes nos in eamdem ſententiam cum ſuperioribus interpretibus, Muſculo & Caſaubono, verba iſta ſic ſumus interpretati: *ut, amputato capite & utri aſinino inſuto, truncus in crucem tolleretur.* In quem errorem induxit nos inciſum illud, quod poſt ἀσκὸν vulgo interſeritur: quo deleto, probabilior multo & haud dubie vera exſiſtet ſententia, quam a Paulo Leopardo Emend. lib. I. c. 20. (in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 17.) expreſſam videmus his verbis: *deindeque capite illius deſecto, corpus in utrem aſininum inſutum ſuſpendere.* Nempe *truncus, utri aſinino inſutus*, (fortaſſe, quo diutius duraret, & ne ſtatim a beſtiis diſcerperetur) *e cruce ſuſpenſus eſt: abſciſſum caput, ſummo crucis palo præfixum.* Apud Plutarchum, in vita Cleomenis ſub finem, legimus, Cleomenis corpus, culleo inſutum, (cf. Caſaub. ad Sueton. Iul. c. 74.) e cruce fuiſſe ſuſpenſum, ſed ita, ut caput nudum emineret. Monuit Leopardus loco citato, ad hoc ſupplicium Achæi adludere Ovidium in Ibide v. 301 ſq. Verſ. 3.

Verſ. 4. τῆς Λαοδίκης - - συνειδυίας. τὴν Λαοδίκην - - συνειδυῖαν voluit Scaligr, qua correctione facile caremus. Sed *comma* deletum velimus, quod poſt ἄκρας Caſaubonus interſeruit: adverbium vero μόνον (quo ſæpius utitur Polybius, Verſ. 4.

Digitized by Google

lybius, ubi commodius videri poterat adjectivum) ad τῆς Λαοδίκης, non ad τὴν ἔξοδον, referendum videtur; ut ſententia ſit, *quum ex omni arce Laodice ſola cognitum habuiſſet exitum mariti.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τίθεσθαι τὰ πράγματα, Caſaubonus: *ut curas rerum ſe abdicaret.* In eamdem ſententiam Erneſtus, *deponere imperium.* Reiſkius, Caſauboni verſionem non audens præciſe aſpernari, ſuſpicatus eſt, τιθ. τὰ πραγμ. h. l. ſignificare *convaſare, ſarcinas colligere, res domeſticas ordinare;* quod faciunt, ait, qui quodam e loco migrare ad alterum volunt. Imo vero τίθεσθαι τὰ πράγματα, ex uſu ſtyli Polybiani, idem eſt ac συντίθεσθαι τὰ πραγμ. *res componere, componere bellum.* Sic τίθεσθαι εἰρήνην, V. 4, 7. τίθεσθαι συνθήκας, I. 11, 7. &, quod in primis huc valet, τίθεσθαι τὰ πρός τινα, V. 60, 9.

Verſ. 9 ſqq. *Verſ.* 9. Ἀριόβαζου. Ἀρίβαζον VII. 17, 9. & 18, 7. — *Ibid.* παρέδοσαν αὐτοὺς edd. αὐτοὺς Aug. Perperam αὐτοῖς Regii & Veſont. quod ex αὐτοὺς corruptum. — *Verſ.* 10. τοῖς ἐσομένοις. τοῖς ἐπεσομένοις Vrb. — *Verſ.* 11. μεγαλαυχεῖν. Imperite μεγαλαυχῆν ed. 1. Reg. F. & Veſont. a pr. manu. μεγαλαυχῆν Reg. G. — *Ibid.* πᾶν δέ. πάντα δὲ ſolus Reg. G.

Cap. XXIV. CAPVT XXIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Καύαρος. Ex eis, quæ de hoc *Cavaro* in tranſitu commemoraverat Polybius IV. 46, 4. intelligere licet, excerptam eſſe hanc Eclogam ex ea parte hiſtoriæ, quæ *de exſtinctione regni Gallorum in Thracia*, agebat. Retulimus autem hanc Eclogam, cum ea quæ cap. 25. ſequitur, ad A. V. 541. non quod certi ſimus, ad hunc annum eas pertinere; ſed ne prorſus vacuus ille annus prætermitteretur. Ecloga, quæ eſt cap. 20. de rebus Antiochi ad Armoſatam geſtis, haud dubie poſt narrationem captæ arcis Sardium, quam ad A. V. 540. poſuimus, erat rejicienda. Proditionem autem Tarenti, quæ exponitur cap.

Digitized by Google

cap. 26 seqq. ad A. V. 542. esse referendam, Livius docebat.

Vers. 2. καὶ Βιθυνούς. καὶ Ῥοδίους legendum suspicatus est Baumgarten ad Histor. Vniversal. ex anglico sermone in german. conversam, Tom. VI. Adnot. 564. Vers. 2.

Vers. 3. Χαλκηδόνιος. Monuimus ad IV. 39, 5. nomen istud in codicibus Polybianis aliàs, permutatis literis X & K, scribi Καλχηδ. Noluimus tamen nunc scripturam, quam apud Athenæum exhibent libri, mutare. Vers. 3.

CAPVT XXV. Cap. XXV.

Vers. 1. Ἀρμόσατα. „Civitas est Armeniæ majoris in ea parte, quæ meridiem spectat. Ptolemæo Ἀρσαμόσατα & Plinio." VALESIVS. Vide Plinium VI. 9, 10. & ibi Notas & Emend. Harduini. Adde Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. c. 11. p. 390 *sq.* Vers. 1.

Vers. 2. καὶ τἆλλα τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ διαπραγῇ. Valesius: *ne regnum ipsius omne everteretur.* Rectius vero & usui sermonis, Polybiano certe stylo convenientius, dixeris: *ne & reliqua regni partes perturbarentur, consternarentur, terrore injecto ab ipsius fide averterentur.* conf. V. 4, 10. & Lexic. Polyb. Vers. 2.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

De *Tarento Hannibali prodita* conf. Liv. XXV. 8 sqq. & Appian. Histor. Hannibal. c. 32. Proxime autem ante hanc Eclogam ponendum Fragm. quod Suidas in Προσπεσόντων, quod retulimus in Spicileg. Fragmentor. ex lib. VIII. Tom. V. p. 32.

Vers. 1. ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες. Livius l. c. *per speciem venandi urbem egressi.* Sed confer nostrum mox vers. 7. & c. 27, 4 seqq. Laudat hunc locum Suidas in Ἔξοδία. — *Ibid.* Φιλήμενος & b. l. & deinde scripsit Casaub. cum Vrb. Leviter corrupte Φιλίμενας constanter ed. 1. cum ceteris mss. Est autem, ut monuit Reiskius, Φιλήμενος idem quod πεφιλημένος, & ex eo factum abjecto augmento & mutato Vers. 1.

Digitized by Google

Verſ. 1. mutato accentu; cujus generis nominum, augmento perfecti truncatorum, exempla collegiſſe ſe ait Reiſkius ad Conſtantini Ceremoniale. Apud Livium alii libri *Philemenus*, alii *Philomenus* præferunt. Apud Appianum ὁ Κονωνεὺς vocatur hic juvenis. Confer Oudendorp. ad Frontin. III. 3, 6.

Verſ. 2 ſqq. *Verſ.* 2. αὐτὸ δὲ μόνον. Temere αὐτὸν δὲ ed. 1. Mox eadem *Verſ.* 4. temere & invitis mſstis. περὶ δὲ τὸν, & περὶ τὸν, pro τῶν. — *Ibid.* ἐμβαίνειν, quod ex Vrb. recepimus, ex conject. ſcribere juſſerat Reiſkius. Vide Lexic. Polyb. Suidas: Ἐμβαίνειν· ἀρχὴν λαμβάνειν. — *Verſ.* 5. συμμιγνύναι cum acuto ſcripſimus. Vulgo συμμιγνῦναι edd. & mſsti. cf. c. 27, 4.

Verſ. 6, 8. *Verſ.* 6. ἐξελαθέντων. ἐξελασθέντων Aug. Med. Conf. ad VI. 22, 4. — *Ibid.* Cum προθραμμάτων vulgo ederetur, ſimplex θραμμάτων ponere juſſerat Vrſinus: pariter Reiſkius, niſi deeſt (inquit) aliquid, cujus pars fuerit πρό. Erneſtus in Lexico Polyb. corrigere juſſerat τῶν προεξελαθέντων θραμμάτων. In veri veſtigium, de quo nemo putamus dubitabit, deduxit nos codex Vrb. — *Ibid.* μελήσειν recte Caſaub. Perperam μεθήσειν ed. 1. cum mſstis, ut paſſim alibi. — *Verſ.* 8. ἐπιβολὴν dedit nobis Vrb. & Aug. Perperam vulgo ἐπιβουλήν.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Τότε οὖν. Neceſſario requirebatur conjunctio, quam eamdem paſſim errore librariorum prætermiſſam notavimus. Conf. ad III. 12, 7. & 13, 3. Aut δὴ inferere juſſerat Reiſkius, aut paulo ante pro ἔτι δὲ τὴν λείαν ſcribere ἐπεὶ δ' ἐδόκουν τὴν λείαν, & eam φῆσιν cum hac connectere, quod minime placet. — *Ibid.* ἀποδόμενοι haud dubie verum, licet libri omnes præter unum Vrb. in vulgatum σπενδόμενοι conſentiant.

Cap. XXVII. CAPVT XXVII.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. παραπλησίως. Temere παραπλησίους ed. 1. invitis omnibus codd. Pariter ἔδοξαν eadem pro ἔδοσαν. — *Verſ.* 2. Φόρους. Mendoſe Φόρας ed. 1. cum Med. — *Ibid.*

Digitized by Google

Ibid. Teneri poterat πρᾶξασθαι, licet & præcedat futurum & sequatur. conf. ad II. 64, 5. — *Ibid.* κατὰ μηδένα τρόπον tenuimus, correctum ab Ernesto, sicut monuerat Reiskius, & ante eum Gronovius in Notis msstis, & Scaliger in ora sui libri. Ante Ernestum, consentientibus msstis, editum erat κατὰ μηδ. τόπον. — *Ibid.* τῶν Ῥωμαίων. Articulum, qui aberat vulgo, adjecimus ex Vrb. & Aug. — *Ibid.* οἰκίας correxit Ernestus, monente Reiskio. Sic vero est in Aug. & Vesont. Ceteri vulgo οἰκείας. — *Vers.* 4. συμμιγνύναι. Rursus συμμιγνῦναι cum circumflexo dant edd. cf. c. 26, 5. — *Ibid.* ἐξοδίαν. ἐξοδείαν h. l. Aug. Vers. 2. 4.

Vers. 5. ἀπέταξαν recepimus ex Vrb. & Aug. Veram esse hanc scripturam monuerant jam Reiskius & Ernestus. conf. X. 16, 3. X. 18, 9 sq. — *Vers.* 6. διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν &c. Citat Suidas in Διάληψις. Et, quæ mox sequuntur, habet idem in Προυργιαίτερον. Vers. 5. 6.

Vers. 7. πρῶτον μὲν τόν. τὸν carent Regii & Vesont. — *Ibid.* Γάϊον Λίβιον. Constanter *Caii* prænomen servant libri Polybiani omnes, & hoc loco, & deinde. *Marcum* vocat Livius XXIV. 20. XXVI. 39. XXVII. 25. & Plutarch. in Apophthegm. p. 195. & in Fabio p. 187. Conf. Wesseling. Obs. lib. II. c. 5. — *Ibid.* τοὺς Φυλάττοντας. τοὺς μὲν Φυλατ. ed. 1. cum Med. Regiis, Vesont. & Tubing. Importunam particulam non agnoscit Vrb. nec Aug. & delevit Casaub. monitus etiam ab Vrsino. — *Ibid.* τὸν πυλῶνα τὸν ὑπὸ τὰς Τημενίδας προσαγορευομένας πύλας. τὰς Τεμενίδας ed. 1. consentientibus msstis, ut videri possit, portas illa a *fano* quodam (τεμένει) nomen habuisse, quemadmodum Syracusis pars quædam urbis ab Apollinis fano ὁ Τεμενίτης est adpellatus, de quo vide Cluverum in Sicil. Antiq. p. 151. Sed quoniam infra c. 30, 2. codices omnes in Τημενίδας per η in prima syllaba consentiunt, eodem modo hic rescripsit Casaubonus; recte: nempe a Temeno heroe (de quo conferendus Pausanias & Apollodorus in Bibliotheca) nomen habebat illa porta Tarentina, Vers. 7.

ut

Verſ. 7. ut monuit Heynius in Opuſc. Academ. T. II. p. 220. Conf. infra c. 35, 9. De præpoſitione vero ὑπὸ REISKIVS monuit: „Imo vero κατά. Nam πυλῶν non eſt ὑπὸ πύλας, ſed ὑπὲρ τῶν πυλῶν. Eſt enim πυλῶν turris impoſita portæ urbis. [conf. ad II. 9, 3.] Poſſit quoque legi ἐπὶ τῆς Τημενίδος προσαγορευομένης πύλης. conf. verſ. 10. & c. 30, 4. Sæpe vitioſe ὑπὸ cum ἐπὶ permutatum.“ — Sane placeret poſterior ratio ἐπὶ τῆς Τεμενίδος &c. niſi nimis multa mutanda forent.

Verſ. 8. 9. *Verſ.* 8. εἰσέφερε τῶν θηρίων, intelligē τι, vel τινά. Conf. Gronov. ad I. 42, 9. — *Ibid.* ἀνοίγειν αὐτῷ recte Caſaub. cum Vrb. & Vrſin. αὐτοὺς ed. 1. Regii, Veſont. Tubing. αὐτὰ Aug. & inde ora ed. 1. Neſcimus quid habeat Med. e quo nil ad h. l. notatum. — *Verſ.* 9. ἐποιεῖτο. Perperam ἐπῆγε Suidas in Ἁρμοζόμενος, ubi laudat hunc Polybii locum.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. κατεσκευασμένου recte Caſaub. cum Aug. & Reg. G. forte & Med. & Tubing. Id in κατασκευασμένου corruptum in ed. 1. Reg. F. & Veſont. quod monemus, ne quis hoc in κατασκευασαμένου mutandum putet. Sic ἡτοιμασμένοι σάλπιγγας VIII. 32, 7. *cum paratas haberent tubas.* — *Ibid.* προσσυρίξαι ſcripſimus cum ed. 1. Vrb. Aug. Regiis, Tubing. Veſont. Id cum in edit. Caſaub. in προσσυρίξειε eſſet corruptum, in προσσυρίξειεν mutavit Gronov. quem ſecutus eſt Erneſtus: ſed iſta attica optativi forma rarius utitur Polybius. Nos quidem προσυρίξαι reſcriptum velimus per ſimplex σ, quemadmodum eſt in Vrb. Conf. ad c. 22, 5. & c. 31, 5.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τὸν ἐπὶ τῆς πόλεως ἄρχοντα. Sic oportuit. *Catum Livium* intelligit, Vrbis præfectum. vide c. 29, 1. & conf. c. 27, 7. — *Ibid.* ἀφ' ἡμέρας, *de die.* cf. c. 29, 1. 4 & 6. adde Valeſ. ad Diodorum T. II. p. 577. ed. Weſſel.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

Cap. XXVIII. Verſ. 4 ſqq.

Verſ. 4. Dele comma poſt ἀναζυγὴν, & repone poſt ἑωθινήν. — *Verſ.* 5. κατοπτεύσῃ. Semper in activo uſurpatur hoc verbum, apud Polybium certe. Tum in Aoriſto paſſivi dicendum fuerat κατοπτευσθῇ, non κατοπτευθῇ, quod mendoſe dant edd. & mssti. — *Ibid.* οἱ μὲν - - τῶν διαπιπτόντων. Perperam Caſaubonus: *quicumque in eos incidiſſent.* Imo vero, *qui profugiſſent, qui dilapſi eſſent.* — *Ibid.* εἰς τὴν πόλιν. Sic ſcripſimus cum Vrb. Aug. Vrſin. Regiis, Veſont. Tubing. — *Verſ.* 6. ποταμὸν non opus erat ut ſolicitaretur. Si τόπον voluiſſet Polybius, ἐν τόπῳ erat dicturus vel πρὸς τόπον, ut c. 29, 4. non παρὰ τόπον. — *Verſ.* 7. κυρίως. conf. ad IV. 38, 2. — *Ibid.* οὐ διεσάφει recte Caſaub. monente Vrſino. Perperam οὖν διεσαφ. ed. 1. cum msstis. Livius XXV. 9. *ne ibi quidem nunciato, quo pergerent.* — *Ibid.* ἐπιβολήν. ἐπιβουλὴν Regii & Tubing.

Verſ. 9. μηδὲν ἰδιοπραγεῖν recte Caſaubonus recepit ex ora ed. 1. quæ id tenet ex ora Aug. ab antiq. manu. Corrupte μηδενὶ δικαιοπραγεῖν ed. 1. cum msstis; quem eumdem errorem Suidas jam habet in Δικαιοπραγεῖν, ubi citantur hæc Polybii verba, & ibi μηδενὶ etiam legitur in principe editione Mediol. quod poſteriores editores in μηδὲν mutarunt. — *Verſ.* 10. διαφεὶς τοὺς ἡγεμόνας. Sic recte edd. & mssti omnes in contextu, & conſentit Suidas in Διαφεὶς & in Κνέφας. διασαφήσας τοῖς ἡγεμόσι, ora ed. 1. cum ora Med. & ora Aug. ab antiqua manu. Verſ. 9. 10.

CAPVT XXIX.

Cap. XXIX.

Verſ. 1. πρόληψιν nil cauſæ videmus, cur in πρόλεξιν, *prædictionem*, mutatum voluerit Reiſkius. — *Ibid.* πότου Caſaub. cum ora ed. 1. & ora Aug. ab ant. manu. Mendoſe τόπου ed. 1. conſentientibus msstis. Sic rurſus *verſ.* 4. τόπον, pro πότον, ed. 1. cum msstis, excepto Vrb. Verſ. 1.

Verſ. 4. διακεχυμένοι. Erneſtus: „*hilariores, (inprimis e convivis,)* ut apud Lucian. in Sympoſ. c. 20." — Verſ. 4.

Nempe

Digitized by Google

Vers. 4. Nempe sic Lucianus, T. III. ed. Wettst. p. 431. ὡς ἔτι μᾶλλον εἰ συμπόται διαχυθεῖεν, *quo magis etiam exhilararentur convivæ.* Polybii verba citavit Suidas in ipso verbo Διαχεχυμ. quod interpretatur ἐκλελυμένοι τὴν ψυχὴν ὑπὸ χαρᾶς. — *Ibid.* καί τι καὶ προσπαίζοντες. Repetitam Polybiano more particulam καὶ adoptavimus ex Suidæ l. c. ubi eam certe exhibent ediones veteres, & temere omisit Küsterus, putamus quod in Polybii editionibus non invenit. — *Ibid.* Quæ sequuntur, ὡς ἂν ὑποκρινόμενοι &c. recitat idem Suidas in Ὑποκρίνεσθαι & in Συνουσία.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἠλοιωμένων. ἠλοιωμένοι cum codd. nostris habet Suidas in Ὑποκριν. ἠλοιωμένους idem in Συνουσία, mendose utrumque.

Vers. 7 sqq. *Vers.* 7. ἀπολελειμμένοις recte Casaub. cum Vrsino, & sic intra lineas habet codex Vesont. ἀπολελημμ. ed. 1. & Regii. ἀπολελιμμ. Vrb. Aug. Ex Med. nulla notatur dissensio ab exemplo Casauboni. — *Vers.* 8. ἀνειθήσεται ex Vrb. correxit Casaub. & consentit ni fallimur, codex Med. ἀνυθήσεται Aug. Regii, Vesont. Vrsin. ἀνηθήσεται ed. 1. — *Vers.* 9. ὡς δὲ αἱ Casaub. cum Vrsin. Corrupte ὡς δ' ἀεὶ ed. 1. cum msstis.

Cap. XXX. ## CAPVT XXX.

Vers. 2 3. *Vers.* 2. κατὰ τὴν ἀπό. Mendose κατὰ τὴν τῆς ἀπὸ ed. 1. Regii, Vesont. — *Ibid.* Τημενίδας. Vide ad c. 27, 7. — *Ibid.* ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ - - Ὑακίνθου, *in Hyacinthi tumulo.* Hyacinthum Spartanum heroëm colebant Tarentini, Lacedæmone oriundi. conf. c. 35, 9. — *Ibid.* Ἀπόλλωνος Ὑακίνθου. *Apollinis* sacra cum *Hyacinthi* sacris conjuncta fuisse, docet Pausanias in Lacon. c. 10. p. 228. & c. 19. p. 257. Ὑακίνθου per υ in penult. habet unus Vrb. — *Vers.* 3. ἀντιπυρσεῦσαι Casaub. cum Vrb. Aug. Vesont. & ora ed. 1. Corrupte ἀντιπερσεῦσαι ed. 1. in text. & Reg. F. a pr. manu. ἀντιπερισεῦσαι Tubing. & Reg. F. ex emend. ἀντιπερισσεῦσαι Reg. B.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 6. *παρ' αὐτοῖς.* — „Narrat Polybius ut rem, Tarentinis propriam, aliis Græcis inuſitatam: nam in aliis græcis urbibus erant ſepulcra extra mœnia. conf IX. 17, 2 & 6. & Valeſ. ad Ammian. Marcellin. XVIII. 7." REISKIVS. — *Ibid. ἐντὸς τῶν τειχῶν.* Duo poſteriora verba deſiderantur in ed. 1. Med. Regiis & Tubing. Adjecit Caſaub. cum Vrb. & Aug. *ἐντὸς τείχων* Veſont. — *Verſ.* 7. *μετὰ τῶν πλειόνων. τοὺς πλείονας* dici pro *τοὺς πλεῖστους* vel *τοὺς ἀποιχομένους* ſatis notum, & monuit Euſtath. ad Iliad. p. 451, 37. ed. Baſil. & ad Odyſſ. p. 7, 52. Verſ. 6. 7.

Verſ. 9. *πρὸς τὸν τοῦ Πυθιονίκου τάφον.* Quis fuerit ille *Pythionicus*, non habemus compertum. Vocabulum Πυθιονίκης non modo generatim denotat eum *qui Pythia vicit*, ſed etiam *proprium nomen* eſt, auctore Suida. Verſ. 9.

Verſ. 12. *εὑρησάντος* correxit Caſaub. cum Scaligero. conf. IV. 48, 11. *εὑρώσαντος* ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 13. *παρόδου* pariter ingenio debetur Caſauboni & Scaligeri. *πάροδον* ed. 1. cum msstis, quod in *παρ' ὁδὸν* mutatum voluit Vrſinus. Verſ. 12. 13.

CAPVT XXXII. Cap. XXXII.

Verſ. 1. *τῆς Βαθείας*, intell. *ὁδοῦ*, quemadmodum ad *πλατεῖαν* ex pervulgato ſermonis uſu *ὁδὸν* intelligitur. Sic quidem interpretatus eſt Caſaubonus. Reiſkius contra *βαθείαν* nomen eſſe *portæ* contendit, (conf. c. 35, 6.) ut Conſtantinopoli (ait) erat porta quædam, *κοίλη* ſeu *humilis* vel *profunda* dicta. Pariter Scaliger *πύλης* intelligendum ad Βαθείας monuit. Verſ. 1.

Verſ. 2. *ἀπέλιπον.* *ἀπέλειπον* Vrb. in imperfecto, commode. — *Ibid. ἐκτὸς τοῦ τείχους* Caſaub. cum Vrb. & Vrſin. Perperam *ἐντὸς* ed. 1. cum ceteris codd. — *Ibid. τὰς ἔξωθεν ἐπιφανείας.* — „*ἐπιφάνειαι* hic non ſunt *latera*, ut alibi; ſed *οἱ ἐπιφαινόμενοι.*" CASAVB. *in ora Baſil.* [vel *τὰ ἐπιφαινόμενα.*] conf. I. 76, 5. & Lexic. Polyb. Verſ. 2.

Digitized by Google

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐπέστησαν κατὰ πορείαν. „κατὰ πορείαν, in armis, in acie." REISKIVS. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὸν Φιλήμενον, *quæ ad Philemenum pertinebant.* τὰ ex ingenio recte adjecit Casaubonus; qui articulus cum abesset ab ed. 1. & msstis, κατὰ deletum voluit Vrsinus. αὐτοὶ δὲ καὶ τὸν Φιλιμ. Scaliger.

Vers. 4. *Vers.* 4. Ὅτε γάρ. Sic rursus optime Casaub. Mendose οὔτε γὰρ ed. 1. cum msstis, quod in οἵ τε γὰρ mutare jusserat Vrsinus. — *Ibid.* In Φερέτρῳ consentiunt edd. & scripti. Solus Suidas Φέρτρῳ legit, locum hunc citans ad ipsum vocabulum Φέρτρον. Idem ibidem τὸν πεφιλημένον scripsit pro τὸν Φιλήμενον. Quod vero apud eumdem Suidam ibidem pro vulgato τὸν υἱὸν corrigendum ex Polybio τὸν ὖν ait Küsterus, si editionem Suidæ Mediolanensem inspexisset, veram scripturam, τὸν ὖν, ibi erat inventurus. — *Ibid.* τὴν παρακειμένην πύλην, *proximam portam.* Aut τὴν προειρημένην legi voluit Reiskius, aut συγκειμένην, *ex pacto conditam.* Cogitaveramus nos quidem τὴν ἀντιπαρακειμένην, *oppositam.* Sed nil opus videtur vulgatam solicitare scripturam. Philemenus fuerat cum Hannibale, & cum haud procul ab urbe abessent, tum demum ab eo se separaverat: Hannibal per portam Temenidem urbem ingreditur; Philemenus ad aliam portam, huic *proximam*, se confert. conf. VII. 18, 6.

Vers. 5 sqq. *Vers.* 5. προσεσύριξε. Sic corrigere jussit Paulus Leopardus Emendatt. lib. IV. c. 13. & lib. V. c. 11. in Gruteri Thesauro Crit. T. III. p. 77. & p. 95. Poterat vero etiam teneri Casauboni προεσύριξε, quod & Scaligero placuerat. Conf. ad c. 22, 5. & c. 27, 10. — *Vers.* 6. ἀνέῳξε μετὰ σπουδῆς &c. Citavit Suidas in Μερίτης. — *Ibid.* τῶν περὶ τόν. Mendose τὸν περὶ τὸν ed. 1. & τὸ περὶ τὸν Regii, Tubing & Vesont. — *Vers.* 7. νομαδικήν. Νομαδικὴν litera majuscula scribitur in ed. Casauboni; minus recte. Recte tamen habet ejusdem versio: *habitu pastoritio.*

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. τὸν ὖν. Corrupte τὸν οὖν ed. 1. Regii, & Veſont. a pr. manu. — *Ibid.* αὐτοῦ πατάξαντες, *ibi loci, eodem ipſo in loco.* Sic recte Vrb. & Aug. & ſic corrigendum monuerat Vrſinus (ex ſuo putamus codice) & Reiſkius ex ingenio. Conf. III. 116, 11. V 76. 4. &c. — *Verſ.* 9. τοὺς μοχλούς. Mendoſe τοῖς μοχλοῖς ed. 1. cum Med. — *Verſ.* 10. ἀσφαλῶς. Perperam ἀσφαλῶν Vrb. Aug. — *Verſ.* 11. Dele comma poſt Ἀννίβας, quod perperam ex ſuperioribus editionibus irrepſit. Verſ. 8 ſqq.

CAPVT XXXII.

Cap. XXXII.

Verſ. 1. τῶν χειριζόντων τὴν πρᾶξιν Caſaub. cum Vrb. Aug. Vrſin. putamus & Med. Corrupte τὴν χειριζόντων πρᾶξιν ed. 1. τῶν τὴν πρᾶξιν Regii, Veſont. & Tubing. & carent χειριζόντων. — *Verſ.* 2. δὲ καὶ τῶν. δὲ carent Regii, Tub. Veſont. — *Verſ.* 3. ἐξαιρεῖσθαι, *eximere periculo.* conf. I. 36, 5. I. 11, 11. Mendoſe ἐξαιρεῖσθαι ſolus Reg. G. Poſt verbum hoc autem, interſerto puncto, ſic pergit ed. 1. cum msstis omnibus, παρήγγειλε δὲ καὶ σώζειν. Importunam particulam δὲ, una cum puncto, merito ſuſtulit Caſaub. — *Ibid.* ἀναβοῶντας. ἀναβοῶντες ora ed. 1. temere & invitis msstis. Verſ. 1 ſqq.

Verſ. 4. Κελτῶν. Βελτῶν Reg. F. Tubing. — *Ibid.* προσταχθέν. πραχθὲν Reg. F. Sed ejuſmodi ſingulares aberrationes unius vel alterius codicis nil adtinet cunctas adnotare. — *Verſ.* 6. διαδύς. Mendoſe διαδὺς ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* λαβόμενος ἀκατίου correxit Caſaub. monente Vrſino, & ſic ora ed. 1. & ora Med. Ceteri omnes & ipſa ed. 1. in contextu corrupte habent λίβανος ἀκατίου. Verſ. 4. 6.

Verſ. 7. Μετὰ δέ. Sic omnes ſcripti & edd. Nec tamen umquam aliâs legere meminimus μετὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ſed vel μετὰ ταῦτα, vel κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Et Κατὰ h. l. reſcribendum putemus. Sicut β, ſic & μ paſſim a librariis cum κ confunditur: ſic paulo ante, pro ὁρμούντων, ὁρκούντων habet Reg. G. — *Ibid.* ἡτοιμασμέ- Verſ. 7.

Digitized by Google

νοι. conf. ad c. 27, 10. — *Ibid.* καί τινας τῶν αὐτῶς χρῆσθαι δυναμ. Perſpecte correxit Caſaubonus. καὶ τινῶν αὐτῶς χρ. δυν. ed. 1. conſentientibus mſstis.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. εἰς τὴν ἄκραν, *in arcem, ad arcem, verſus arcem*, εἰς τὴν ἄκραν πόλιν Vrſinus; quod, quamquam non adjecit formulam *ex ingenio*, qua in his uti ſolet, tamen nonniſi ex ipſius conjectura eſſe videtur, ut ſententia ſit *in ſuperiorem urbem, in ſuperiorem urbis partem*. Sane vocabulum πόλιν ignorant libri noſtri omnes, & facile eo carémus.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. παραγενόμενοι recte edd. cum Med. e quo certe nulla notatur diſcrepantia. Perperam παραγενόμενος Vrb. Aug. Regii, Tubing. Veſont. ſed in Veſont. prius aliud quid fuiſſe videtur. Mox γὰρ τῶς πλατ. correxit Caſaub. cum Vrb. conſentiente Vrſino & codice Med. ni fallimur. Mendoſe δὲ τῶς πλατ. ed. 1. Aug. Regii, Veſont. Tubing. Sæpius inter ſe permutatas iſtas particulas videre licet.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τάξασθαι τὸ συμβᾶινον, *certo ſecum ſtatuere quid rei eſſet.* — „Forte τάξασθαι πρὸς τὸ συμβᾶινον, *ſe ſe accommodare rebus præſentibus, ordinare ſuas res ad eventa præſentia.*“ REISKIVS. διατάξασθαι ſe ſuſpicari ſignificavit mihi alius Vir doctiſſimus. ERNESTVS in Lexico Polybiano: „Res poſtulat, inquit, hunc ſenſum, *nondum poterant plane ſcire quid eveniſſet*, quaſi eſſet στοχάζεσθαι. Ac, niſi vitium eſt in τάξασθαι, ſignificat, *eventum ad ſuum* (vel, *ad certum*) *genus referre.*“ — Nobis non ſolicitanda vulgata lectio videtur. Ex Erneſti interpretatione τάττεσθαι h. l. idem fuerit ac ὑποτάττειν τι ὑπὸ τὸ ἴδιον ὄνομα vel γένος, de qua notione verbi ὑποτάττειν diximus ad III. 36, 4 & 7. Et ſimpliciori etiam ratione phraſis illa, οὐδέπω δυναμένων τάξασθαι τὸ συμβᾶινον, ita inteliigi poterit, *neſcio quo loco apud ſe ponerent rem*, id eſt, *neſciebant quid de ea cogitarent.* Accedit, quod τάξασθαι apud Polybium ſæpe ponitur pro συντάξασθαι. Itaque, quemadmodum τάξασθαί τινι (vel πρός τινα) περί τινος vel ſeq. infinitivo, II. 59, 8. V. 91, 3. &c. (conf. Adn. ad II. 59, 8.) ſigni-

Digitized by Google

significat *constituere cum aliquo, agere cum aliquo;* sic τάξασθαί τι absque casu personæ denotare poterit *constituere aliquid secum*, & velut *in animo suo aliquid componere & ordinare*, id. est, *certam sibi notionem rei informare, certum judicium ferre.* Nescimus vero, an eodem etiam referri quodammodo possit illa dictio, τεταγμένη θεωρία, VI. 57, 2. *certa cognitio, certa ratio.* Vers. 10.

Vers. 12. τῷ δὲ πολλούς. Perperam τὸ δὲ πολλ. ed. 1. consentientibus msstis, nisi forte verum habet Med. e quo nil notatur. — *Ibid.* ἐκυλεύεσθαι. συλεύεσθαι ora ed. 1. invitis msstis. Vers. 12.

CAPVT XXXIII.

Cap. XXXIII.

Vers. 3. συνηθροίζοντο. Corrupte συνηθροίσοντο Reg. G. & Vesont. in contextu. Hinc συνηθροίσαντο Reg. F. & Tubing. — *Vers.* 4. ἐπανελθόντας. Constructio ad sensum, ut ajunt grammatici, licet præcesserit singularis ἕκαστον. — *Vers.* 5. τῷ δὲ ἐπὶ τὴν &c. Habet Suidas in Κατάλυσις. — *Vers.* 6. πολεμίας νομίζειν τάς. Sic recte codices nostri omnes Vrb. Aug. Regii, Vesont. Tubing. Ex solo Med. dissensum nullum ab editis notavit Gronovius. — *Ibid.* τούτοις ἐφέδρους recte Casaub. ex ora ed. 1. cum qua facit ora Aug. ab antiq. manu. τούτους ἐφεδρ. ed. 1. in contextu, cum msstis. Vers. 3 sqq.

CAPVT XXXIV.

Cap. XXXIV.

Vers. 1. τοῖς Καρχηδ. τῆς Καρχηδ. ed. 1. cum msstis. Correxit Casaub. — *Vers.* 2. ἠυλίσθησαν. Corrupte κυλίσθησαν soli Regii. ἐκυλίσθησαν ed. 1. imperite & invitis msstis. — *Vers.* 3. τῇ πρὸ τούτου τάφρῳ correxit Casaub. cum Vrsino. τῷ pro τῇ dabat ed. 1. cum msstis. Vers. 1 sqq.

Vers. 4. καφῶς δὲ διαγινώσκων. Et hoc rursus debetur Casaubono. σαφῶς διεγίνωσκον ed. 1. cum msstis. Rursus tamen ex Med. nullum dissensum ab exemplo Casauboni notatum videmus; sed jam pridem nobis videmur observasse, quo longius progrediuntur hæc Excerpta Polybii, Vers. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. lybii, eo parciorem fuiſſe Gronovium in adnotanda ex illo codice (vel ex duobus illis codicibus; nam duo ſunt, ut in Præfatione diximus, qui tamen ob perpetuum fere inter ſe conſenſum pro uno haberi poſſunt) lectionis varietate, præcipue ubi manifeſte mendoſa codicis ſcriptura erat. In ſuperioribus autem libris nullas, ne manifeſtiſſime quidem vitioſas lectiones præteriiſſe videtur. Eamdem rationem in conferendo codice Tubingenſi tenuiſſe Reuſſius videtur, ut, cum initio vel leviſſimas enotaſſet aberrationes, paulatim parcior fieret. Neque id mirum. Nam & tædii plenus hic labor eſt, librariorum halucinationes quaſque adnotandi; & fructus, quamquam interdum haud ſpernendus, (de quo in Præfat. Tomo V. præfixa diximus p. 12 ſq.) incertus tamen remotuſque, & qui per ſe exilis pleriſque haud immerito videatur. Omnino vero, qui unum tantum aut alterum codicem manuſcriptum cum impreſſo conferendum ſuſcipit, ægre dijudicare poteſt, quidnam adnotari mereatur, quid minus. Nam ſicut ſingularem unius vel alterius librarii aberrationem adnotare, niſi peculiaris quædam ratio adſit, nil adtinet; ſic, ubi codices omnes in eumdem errorem conſentiunt, aut ubi in varias partes a vera lectione, aut ab ea quam liber impreſſus habet, abeunt omnes, operæ pretium utique eſt, errores iſtos adnotare, ut ſciatur, vulgatam lectionem nonniſi conjecturæ atque correctioni editoris deberi: de cujus conjecturæ pretio liberum deinde cuique viro docto eſſe debet, ſuum interponere judicium, & meliorem, ſi qua occurrit, tentare; ſi commoda videtur emendatio, æquum eſt, ut ſciat lector, quænam gratia debeatur eis viris, quorum ingenio & doctrina pertinacique labore purgata ab errorum monſtris & genuinæ puritati reſtituta ſunt veterum ſcriptorum monumenta.

Ibid. ἐάσαντας Caſaub. cum Vrb, Aug, Vrſin. ἐάσαντες ed. 1. Reg. G. ἐάσαντες Reg. F, Tubing. Veſont. — *Ibid.* ἐναποδειξαμένους Vrſinus ex ingenio ſcribere juſſit, cui obtemperavit Caſaub. ἐναποδειξαμένους in aoriſto habet ed. 1, cum

cum msstis, quod teneri fortasse poterat, quemadmodum aoristus infinitivi sæpe pro futuro ponitur. — *Ibid.* τὴν αὐτῶν δύναμιν recte edd. τὴν αὐτὴν δύναμιν Aug. Vrb. Vesont. Tubing. Reg. G. τὴν αὐτοῦ δύναμιν Reg. F.

Vers. 5. προέπεσον. Livius XXIV. 11. *si ferocius pro-* Vers. 5 sqq
currissent. — *Ibid.* προσέβαλε Casaub. cum Vrsin. Aug. Reg. F. Vesont. προσέβαλλε ed. 1. προσέλαβε Reg. G. — *Vers.* 6. ἰσχυρᾶς. ἰσχυρῶς ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* περιτετειχισμένῳ Casaub. & Vrsin. ex ingenio. περιτετειχισμένων ed. 1. cum msstis. — *Vers.* 7. ἐν χειρῶν νόμῳ Casaub. cum Vrb. Aug. Vrsin. ἐν χειρῶν νόμων ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Hinc ἐν χερσὶ Νομάδων ora ed. 1. ex imperita conjectura.

CAPVT XXXV.

Cap. XXXV.

Vers. 1. προβαλόμενος in aoristo voluit Reiskius: „requiritur enim, ait, tempus præteritum; *quum sibi circumfudisset* aut *prætendisset vallum.*“ — Vers. 1.

Vers. 3. τοιοῦτον. τοιοῦτο Vrb. — *Ibid.* παρέστησε. Vers. 3.
Mendose παρέτησε ed. 1. cum Regiis & Vesont in contextu. — *Ibid.* ἱκανοὺς αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν ἔσεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. Post ἔσεσθαι deesse videntur verba πρὸς τὸ ἀντέχειν, aut in eamdem sententiam alia. Dubitamus enim, an ἱκανὸς τοῖς Ῥωμαίοις græce dicatur pro *par Romanis.*

Vers. 4. ἀποστήσας active significat, itaque cogita- Vers. 4.
tione referendum ad sequens τάφρον.

Vers. 5. παρ' ἣν. παρ' ἣν ed. Casaub. errore operarum, Vers. 5.
quem correxit Gronov. — *Ibid.* ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ πόλει χεῖλος τοῦ χοὸς ἀνασωρευομένου. *quum a latere* (fossæ) *urbi obverso ex effossa terra structus esset agger.* χεῖλος non modo de *fluminis ripa* usurpatur, sed & de *latere fossæ* X. 31, 8. Idem vero vocab. χεῖλος X. 44, 11 sq. in pluribus ex nostris codicibus bis in τεῖχος corruptum videbimus; quo credibilius est, eumdem errorem hoc loco eratum esse a librariis. Rectius autem fortasse fuerit ἐπὶ τῷ πρὸς τῇ πόλει χείλει, in dativo casu: & ἐπὶ τῷ habet

Digitized by Google

Verſ. 5. Aug. in contextu, cui ἐπὶ τὸ nonniſi intra lineas ſuperſcriptum eſt; codices vero Regii, Veſont. & Tubingenſis, omittentes novem verba, τῆς ἄκρας uſque ἐπὶ τὸ, derivati e codice videri poſſunt, cujus ſcriba ex uno τῷ (καὶ τῷ) ad alterum τῷ (ἐπὶ τῷ) aberraverat. Si quis pro τοῦ χοὸς nude χοὸς maluerit, abſque articulo, non repugnabimus. Caſaubonus in lat. verſione, de græco vocab. χεῖλος vel χείλει jam cogitaverat, ſed ſimul τεῖχος etiam expreſſit, *in propiore mœnibus urbis labro*; minus commode. ἐκ μεταβολῆς vero recte *vice verſa* eſt interpretatus: ſcilicet arx ab urbe ſeparata erat foſſa, quæ a parte urbis erat, & muro, qui a parte arcis; (cap. 34, 3.) nunc, *vice verſa*, urbs adverſus arcem munita erat foſſa, quæ arcem ſpectabat, & valido aggere cum vallo, qui muri inſtar erat, a parte urbis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῆς Σωτείρας cum Vrſino correxit Caſaub. τῆς Σωτῆρας ed. 1. cum msstis. *Soteram* & *Batheam* Reiſkius *portam* intellexit, (cf. ad c. 31, 1.) Caſaubonus *viam*.

Verſ. 8 ſqq. *Verſ.* 8. Γαλάσιον. Vide Liv. XXV. 11. & alios auctores, laudatos a Cluvero in Ital. Antiq. p. 1238. — *Ibid.* ἐπωνυμ. ταύτην. Correxit Caſaub. ἐπωνυμ. αὐτὴν ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 9. πρὸς Λακεδαιμονίους recte Caſaub. cum Vrb. Perperam παρὰ Λακεδ. ed. 1. cum msstis. πρὸς tamen habet & Aug. in ora ab antiq. manu. — *Verſ.* 10. Formam nominis συνεργίαν probat analogia, a verbo συνεργέω.

Cap. XXXVI.

CAPVT XXXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. συνιαταμένου revocavimus ex ed. 1. cum qua conſentiunt codices omnes. Malimus tamen tenuiſſemus emendationem Caſauboni συνεσταμένου, in præterito tempore, quod ob vocabulum ἐντελεῖς neceſſario h. l. requiri videtur. — *Ibid.* ἐκ Μεταποντίου. Sic recte ed. 1. cum msstis. Temere ἐκ Μεταπόντου ed. Caſaub. & ſeqq. Μεταπόντιον Græci omnes uſurpant nomen illius urbis.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 3. τῶν κατὰ τὸν ἔσπλουν τόπων correxit Caſaubonus cum Vrſino & ex parte cum Vrb, qui τῶν quidem habet, ſed deinde τόπον. τὸν κατὰ τὸν ἔσπ. τόπον ed. 1. cum ceteris msstis. Livius XXV. 11. *Arx, in peninſula poſita, imminet faucibus portus.* Fauces iſtas adeo anguſtas fuiſſe, ut ponte jungerentur clauderenturque, Strabo docet lib. VI. p. 278. & Appianus in Hiſt. Hannibal. c. 34. Verſ. 3.

Verſ. 5. παρὰ πόδας. Mendoſe παρὰ πόδαν Aug. Reg. F. G. & Veſont. ſed in hoc παρὰ πόδα inter lineas. — *Ibid.* αὐτοὶ δι' αὐτῶν, *ipſi per ſe.* Sic mox αὐτοὺς δι' αὐτῶν verſ. 8. Verſ. 5.

Verſ. 6. γένοιτο τοῦτο κατὰ τὸ παρόν. Sic rectiſſime Vrb. & Aug. γένοιτο τὸ παρὸν edd. cum ceteris codd. — *Verſ.* 8. ὅσον ἤδη. Vide ad II. 4, 4. Verſ. 6. 8.

Verſ. 11. πορείων ὑποτρόχων correxit Caſaub. cum Scaligero. Corrupte πορείαν ὑπὸ τροχῶν ed. 1. Regii, Tubing. Veſont. πορείων ὑποτραχῶν Vrb. πορείων ὑπὸ τροχῶν Aug. in contextu, ſed recte ὑποτρόχων idem in ora ab antiq. manu. Πορεῖον idem fere eſt ac πορθμεῖον, *id cujus ope trajicimus, quo ad trajiciendum utimur*, ſive terra, ſive mari, adeoque vel *navis* vel *vehiculum*; quare πορεῖα, quibus uſi ſunt Tarentini ad tranſvehendas per iſthmum naves, ὑπότροχα fuiſſe, conſulto monet Polybius. Confer Henr. Steph. Theſ. T. II. col. 180. &, quem is laudat, Pollucem in Onomaſt. I. 83. & III. 92. Verſ. 11.

Verſ. 12. ὑπερνεωλκήσαντες. Sic quidem ſcripti & editi. Rectius vero fuerit ὑπερνεωλκήσαντες per ω, quemadmodum I. 29, 3. in νεωλκήσαντες conſentiunt omnes. conf. Fragm. Polyb. hiſtoric. n. LXVII. T. V. p. 73. Sic Strab. VI. p. 278. ὥστ' ἐπὶ χειρονήσῳ κεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλοῖα ὑπερνεωλκεῖσθαι ῥᾳδίως ἑκατέρωθεν, ταπεινοῦ ὄντος τοῦ αὐχένος. Apud Euſtathium vero ad Dionyſ. Perieg. verſ. 375. ubi Strabonis illa verba repetuntur, duplici errore ὑπερνεωλκοῦσθαι editur. Verſ. 12.

Digitized by Google

Cap. XXXVII.

CAPVT XXXVII.

Ad duo Fragmenta, quæ huc retulimus, ex *historia expugnationis Syracusarum* petita, alia nonnulla, ad eamdem rem pertinentia, adjecimus, cunctaque simul secundum rerum gestarum seriem ordinata Adnotationibus illustravimus in Spicilegio Fragmentorum ex lib. VIII. Tomo V. p. 32 sqq.

Cap. XXXVIII.

CAPVT XXXVIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Οὕτως οἱ πλείους &c. Haud procul initio Excerptorum Antiquorum ex libro VIII. sententia hæc oræ inscripta est codicis Vrbinatis. Forte pertinebat ad imprudentiam Andranodori Syracusani, tragico actori arcana maximi momenti incaute aperientis; de quo Livius XXIV. 24.

Vers. 2. *Vers.* 2. Πᾶσα γὰρ ἐλευθερία &c. Fragmentum hoc codex Vrbinas in ora habet circa finem ejus Excerpti, quod finitur cap. 23. nostræ editionis; pertinere autem videtur ad eam rem, de qua agit Excerptum proxime ibi sequens, *de Tarento Hannibali prodito*, quod in nostra editione incipit a cap. 26. Scilicet Tarentini, libertatis moderatæ impatientes, per vices Pyrrhum, Romanos, Pœnos nacti sunt dominos.

Vers. 3. *Vers.* 3. Ἄγκαρα. Quod Cluverus Ital. Antiq. III. 7. p. 986. urbem hanc eamdem statuat cum *Antio*, satis noto Volscorum oppido, veremur cum Abr. Berkelio ad Stephanum Byz. ne gratuito prorsus id sumtum sit a docto viro. Quodnam autem, quave in parte Italiæ fuerit *Ancara* oppidum, aut quanam occasione mentionem ejus hoc libro Polybius fecerit, non liquet. An in eorum oppidorum fuit numero, quæ Livius XXIV. 20. cum a Romanis defecissent, a Q. Fabio recepta scribit?

Vers. 4. *Vers.* 4. Δασσαρῆται. Conf. ad V. 108, 8. & Cellar. Geogr. Antiq. II. 13. p. 1027. Meminisse hujus populi potuit

Digitized by Google

potuit hoc libro Polybius, in *Philippi rebus ad Liſſum* geſtis, de quibus agitur c. 15 ſeq. Plinius III. 23, 26. *A Liſſo, Macedoniæ provincia: gentes Partheni, & a tergo eorum Daſſaretæ.* In eiſdem Philippi rebus locus eſſe potuit, commemorandi alterum Illyriæ oppidum *verſ.* 5. cui *Hyſcana* nomen. Verſ. 4.

Fragmentis hiſce adde illud, ex *Rebus a Cn. Scipione in Hiſpania* A. V. 542. geſtis excerptum, quod retulimus in Spicilegio Fragmentorum ex lib. VIII. num. III. T. V. p. 35.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

Lib. IX.

LIBRI IX.

RELIQVIAS.

Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὑπὸ τῆς προειρημένης Ὀλυμπιάδος. *Olympiadem* dicit *centeſimam quadrageſimam ſecundam.* — *Ibid.* τετραετοῦς διαστήματος, ὃ φαμὲν δεῖν Ὀλυμπιάδα νομίζειν. — „Hoc dicit ratione rerum Romanarum: vult enim, quatuor annos conſulares eſſe vel haberi pro una Olympiade.“ CASAVB. *in ora Baſil.* — Conf. Spicileg. Fragm. ex lib. VI. T. V. p. 31. δεῖν pro δεῖ recte ſcripſit Caſaubonus. Poteras δὴ ſuſpicari, & intelligere δεῖν, ſed illud utique commodius videtur.

Verſ. a. 3. *Verſ.* 2. καὶ κρίνεσθαι. — „Subaudi ὑπ' αὐτοῦ, *& ab eo ſolo probari.*“ REISK. κρίνειν *probare, eligere.* V. 52, 1. VI. 7, 4. Sic ἐγκρίνειν mox cap. 2, 4. — *Verſ.* 3. τοῖς ἐφέλκονται recte edd. πολλοῖς Vrb. Aug. Regii, Veſont.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὸν μὲν γὰρ Φιλήκοον correxit Caſaub. cum Vrſino. Recte: ſic enim mox omnes τὸν δὲ πολυπράγμονα. Mendoſe τὸ μὲν γὰρ Φιλητ. ed. 1. cum msstis. — „Φιλήκοοι dicuntur homines, veterum poetarum, fabularum & gloſſarum ſtudioſi, ruſpatores antiquitatis.“ REISKIVS. — ERNESTVS: „Φιλήκοος, qui delectatur narratiunculis variis, nec aliud ſpectat præter voluptatem audiendi vel legendi.“ — Sed apud Polybium quidem aliâs Φιλήκοος generatim idem ſonat quod Φιλομαθής, ut Suidas interpreta-

Digitized by Google

pretatur. Sunt autem hæc verba non Polybii, ſed Ephori, ut mox diſerte docet ipſe Polybius. Verſ. 4.

Ibid. ὁ γενεαλογικὸς τρόπος. Vide quæ ad illuſtrandum hunc locum, & quæ ſequuntur, diximus in Adnot. ad lib. I. c. 2, 8. T. V. p. 127 ſeq. Confer. Diodor. Sicul. initio libri IV. — Perſpecte vero HEYNIVS, vir doctiſſimus, ad Apollodori Biblioth. p. 921 ſqq. „Prima hiſtoriarum, inquit, inter Græcos elementa ducta fuere ex *deorum genealogiis & heroum rebus geſtis*, adeoque e mythis popularibus. Hinc intelligitur, cur antiquiſſimorum ſcriptorum libri inſcripti erant περὶ Γενεαλογιῶν. — Traducta dein opera ad Κτίσεις, h. e. ad mythos *de urbium & inſularum originibus*. — Proceſſum tandem eſt ad illud *hiſtoriarum* genus, quod eo nomine vere dignum haberi debet, ut perſcriberentur ea, *quæ eveniſſe aliquis aut ipſe vidiſſet, aut ab iis qui vidiſſent, cum fide traditum accepiſſet.*“

Ibid. ἐπισπᾶται. Scimus defendi poſſe ἐφίσταται, quod ex Caſauboni erat conjectura; quod ille *moratur* vertit, & probat REISKIVS; nam — „ἐπιστῆναι, ait, eſt *inſiſtere*. ἐφίσταται eſt ergo *apud ſeſe facit inſiſtere in veſtigio*, h. e. retinet penes ſe, aut ad ſe adducit.“ — Sic & Erneſtus: ἐφίσταθαι, *attentum retinere in cognoſcendo.* Quum vero nullibi aliàs ita uſurpatum inveniatur illud verbum, præferendam Vrſini putavimus conjecturam. ἐπισπᾶσθαι idem ſonat quod ἐφέλκεσθαι verſ. 3. *invitare, ad ſe trahere, adlicere.* Hinc ἐπισπαστικὸς, *ad adliciendum comparatus*, V. 84, 6.

Ibid. συγγενείας. — „Videatur hoc idem eſſe cum genealogiis, hoc eſt cum genere ſtudii priore: ſed differunt αἱ γενεαλογίαι & αἱ συγγένειαι. *Genealogiæ* ſunt origines deorum & heroum fabularium. συγγένειαι autem ſunt *cognationes & propagationes populorum per colonias, quaquaverſum terrarum ſparſas.*“ REISKIVS. — *Ibid.* παρ' Ἔφορῳ. Confer Diodor. initio lib. IV. — *Ibid.* τὸν δὲ πολιτικὸν recte edd. τῶν δὲ πολιτικῶν maſti noſtri. —

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. δυναστῶν bene habet; nec opus est ut in δυναστειῶν mutemus cum Vrsino.

Vers. 5. *Vers.* 5. Ἐφ' ὧν ἡμεῖς ψιλῶς κατηντηκότες. *Ad quas* (scil. *res gestas*) *cum nude me converterim;* id est, *quas solas, quum in scribendo spectaverim*, ut interpretatus est Ernestus. Aliâs καταντᾶν ἐπί τι dicitur cum accusat. casu, vel εἰς τι, *aliquo pervenire:* sed ἐπὶ cum genit. sæpe pariter motum ad locum significat, hoc discrimine, ut non tam *in*, quam *ad*, vel *versus*, sit interpretandum; ut ἔπλεον ἐφ' Ἑλησπόντου, IV. 50, 5. ὥρμησεν ἐπὶ νήσων, IV. 16. 8. ποιούμενος τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' οἶκου, IV. 16, 9. Itaque καταντᾶν ἐπί τινος, erit *tendere aliquo*, *petere aliquem locum*, *spectare aliquid.* Et hac quidem ratione defendi fortasse utcumque poterit vulgata scriptura ἐφ' ὧν. Nescimus tamen an verior sit Reiskii conjectura, ἐφ' ὃν scil. τρόπον, & deinde περὶ τοῦτον. conf. c. 2, 4 & 6.

Ibid. τάξιν an verum sit, etiam atque etiam dubitamus. σύνταξις *scriptio*, *liber*, *opus*, præsertim *historicum*, familiare Polybio vocabulum. Sic mox verbo συντάττεσθαι utitur c. 2, 2. — *Ibid.* ἓν μέν τι καὶ γένος. ἓν μέν τι καὶ μόνον γένος suspicatus est Reiskius: aliâs καὶ ante γένος delendum censuit. Sed non videmus, quid incommodi habeat καὶ, *ad unum etiam genus auditorum nos adcommodavimus:* ad γένος enim ex sequentibus intelligendum ἀκροατῶν, quare commodius post ἡρμόσμεθα comma, quam punctum, ponetur. — *Ibid.* παρεσκευάκαμεν. Mendose παρεσκευάκαμεν ed. 1. cum msstis; in uno Aug. inter lineas scripta ε litera.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐν ἑτέροις. Vide lib. I. c. 1. & c. 35. & III. 31. — *Ibid.* ἐμφάσεως χάριν, *quo magis adpareat.*

Cap. II. CAPVT II.

Vers. 1. 4. *Vers.* 1. κτίσεις recte Casaub. cum Vrsin. κτήσεις ed. 1. cum msstis. Κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων scripsit Hellanicus aliique. — *Vers.* 4. ἐνεκρίθη, i. q. προύρηται c. 1, 6. *prælatum*, *probatum est a nobis.* cf. ad VI. 7, 4. Sic simplex

Digitized by Google

plex κρίνειν c. 1, 2. — „ἐνεκρίθη est idem quod προεκρίθη. οἱ ἔγκριτοι in palæstricis certaminibus sunt iidem atque οἱ πρόκριτοι." REISKIVS. — *Ibid.* καινοποιεῖσθαι. — „Subaudi τὰ πράγματα aut τὴν διήγησιν." IDEM. — *Ibid.* τῷ μὴ συμβατὸν εἶναι. Correxit Casaub. cum Scaligero. τὸ συμβ. εἶναι ed. 1. cum msstis. — *Vers.* 6. προσσχόντων. προσχόντων vulgo edd. cum msstis, quod velimus in προσεχόντων mutassemus, monente Reiskio: commodius certe verbum præsens, quam aoristus, videtur. Vers. 4. 6.

CAPVT III. Cap. III.

Vers. 1. Ἀννίβας δὲ &c. Confer Livium XXVI. 7 sqq. — *Vers.* 5. οὐ μόνοις. Ἐμοὶ δ' οὐ μόνῳ scripsit Scaliger in ora sui libri. — *Vers.* 6. οὐ τολμῶντες δέ. Particulam δὲ, temere omissam in ed. Casaub. & seqq. restituimus ex ed. 1, & msstis. Vers. 1 sqq.

Vers. 7. ὑπωρείας. ὑπωρίας ed. 1. Reg. G. Vesont. — *Ibid.* καθιστάντες εἰς τὰ πεδία. — „Aut καθεσταμένοι legendum, aut παραστάντες, aut καθεστῶτες, aut καθίσαντες, aut καθέντες. Potest tamen vulgata defendi, subaudiendo ἑαυτοὺς, quod idem in καθέντες item debet subaudiri." REISKIVS. — De verbo καθιέναι; reciproce sumto pro καθιέναι ἑαυτὸν, vide Adnot. ad III. 48, 4. Ac fieri sane potest, eadem ratione verbo καθιστάναι usum esse Polybium. Attamen XX. 10, 9. cum vulgo legeretur ἵστασαν ἄφωνοι πάντες, temperare nobis non potuimus, quin ἕστασαν scriberemus: & XII. 16, 10. pro καθιστάντων τῶν χιλίων, καθισάντων scripsimus. Rursus III. 196. 4. ἐπέστησεν vulgo scripsere omnes pro ἐπέστη vel ἐφεστήκει, *præfuit*. Pro eo vero quod h. l. καθιστάντες in activa forma est, habemus συγκαθίστασθαι in passivo vers. 6. Ceterum alia etiam ratione in usu verbi ἵστημι & ejus compositorum a communi lege discessisse nonnumquam Polybium, monuimus ad III. 94, 7. — *Ibid.* οὐδ' ἐπινοήσαντες, *ne cogitatione quidem.* Vers. 7.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 8. *Vers.* 8. *ἐνίοις καιροῖς.* Sic ed. 1. consentientibus msstis, quod ex *ἐν τοῖς τότε καιροῖς* corruptum suspicatus est Reiskius. — *Ibid. τῶν ἡτ/ωμένων* (in partic. præs. & imperf.) adoptavimus ex antiquo codice Vrb. Sic enim & mox vers. 10. in *ἡτ/ωμένων* consentiunt libri omnes, & sine causa id ibi mutavit Gronovius. Cf. IX. 10, 6. Pariter VI. 58, 11. *ἡττωμένοις* dant codices, quod temere a Casaub. in *ἡτ/ημένοις* erat mutatum. Similique ratione ejusdem significationis verbum *λειπόμεθα* in præsenti tempore usurpat noster III. 85, 8. ubi aliquis in præterito perfecto, *λελείμμεθα* dictum oportuisse suspicaretur.

Vers. 9. *Vers.* 9. *αἴτιον τοῦτο γεγονέναι τῆς ἑκατ. προαιρέσεως, τὸ παρ' ἀμφ. τεθεωρῆσθαι.* Postremum verbum correxit Casaub. cum mendose *τεθεωρεῖσθαι* daret ed. 1. consentientibus msstis. Ceterum nil variant libri; nec opus fuisse videtur, ut solicitaretur vulgata scriptura a Reiskio, legendum conjiciente *αἴτιον τούτου γεγονέναι τὸ διάφορον τῆς ἑκατέρων προαιρέσεως, τῷ παρ' ἀμφοῖν.* Pronomen *τοῦτο*, ad quod refertur deinde *τὸ*, pleonastice quodammodo positum videri poterat, nec tamen emphasi caret. Similiter III. 4, 9. *οὐ τοῦτο εἶναι ὑπολητπέον τέλος - -, τὸ νικῆσαι.* II. 37, 11. *τούτῳ μόνῳ διαλάττειν - -, τῷ &c.* II. 30, 7. *αὐτῷ τούτῳ - - λειπόμενοι, ταῖς τῶν ὅπλων κατασκευαῖς.* conf. ad VI. 50, 3. Vice versa, postposito nomine *οὗτος*, VI. 5, 7. *τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ διαφέροντα, τοῦτον ἡγεῖσθαι.*

Vers. 10. *Vers.* 10. *ἡτ/ωμένων.* Vide ad vers. 8. — *Ibid. κατ' αὐτῶν*, scil. *τῶν Καρχηδονίων, illæ profectiones Romanorum per montana a latere hostium contra hos erant*, i. e. *cum detrimento hostium erant conjunctæ:* est enim id ipsum, quod vers. 8. dixit *ἐδυσχρηστοῦντο οἱ Καρχηδόνιοι.* Nihili est *κατ' αὐτὸν*, quod vulgo hic dabant omnes. Aut *κατ' αὐτὸ*, *hac ratione*, aut *κατ' αὐτοῦ*, *contra eum*, scil. *Hannibalem*, corrigere jusserat Reiskius. *κατ' αὐτῶν* videmus placuisse Scaligero, qui ita in ora sui libri correxit.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

Cap. IV.

Verſ. 2. εἰδὸς recte Caſaub. cum Vrb. ἐδὼς ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 3. τοῖς νώτοις pertinet ad κομίζοντας. Putaveramus idem denotare ac ἀπὸ νότου, *a tergo advehere:* ſed lubentes tenuimus Caſauboni verſionem, *daſſuariorum vectione;* ſcil. dorſis jumentorum, quæ νωτοφόρα vocantur & νωτοφόροι ἡμίονοι. cf. Polluc. II. 180. — *Ibid.* Pro κομίζοντας temere νομίζοντας habet ed. 1. & *verſ.* 4. προσβεβλημ. pro προβεβλημ. utrumque invitis omnibus noſtris msstis. Verſ. 2. 3.

Verſ. 4. τοὺς ἐπικαθισταμένους ὑπ' αὐτοῦς. Sic ex ingenio ſcripſit Caſaub. & in verſ. lat. multis verbis ſententiam, quam illis verbis ſubjectam putavit, expreſſit; nec nos ab illius verſione h. l. diſceſſimus. Nunc vero demum videmus, longe felicius a SCALIGERO reſtitutum eſſe corruptum vulgo locum. Scilicet, quum τοὺς ἐπικαθισταμένους ὑπ' αὐτοὺς legeretur in ed. 1. conſentientibus msstis, perſpectiſſime ille ὑπάτους in ora ſui libri correxit. Itaque in contextu noſtro ſic ſcriptum velimus τοὺς ἐπικαθισταμένους ὑπάτους. Tum in Schollo infra contextum: ὑπάτους *ex Scaligeri emendatione recepimus.* Mendoſe ὑπ' αὐτοὺς *ed.* 1. *cum msstis, quod in* ὑπ' αὐτοὺς *ex ingenio mutavit Caſaubonus.* Denique latinam verſionem ſic correctam velimus. *Præterea vero verebantur, ut advenientes novi Conſules caſtra caſtris ſuis opponerent.* οἱ ἐπικαθιστάμενοι ὕπατοι vel στρατηγοὶ ſunt *conſules poſt alios creati, novi conſules.* cf. I. 24, 9. III. 70, 7. Q. Fulvio, Appio Claudio, prioris anni conſulibus, prorogatum erat ad Capuam imperium: novi conſules anni ab urbe condita 543. erant Cn. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba. Liv. XXVI. 1. Conf. Polyb. IX. 6, 6. Verſ. 4.

Verſ. 6. λῦσαι cum circumflexo accentu ſcripſimus, ex grammaticorum præſcripto & analogia. λύσαι h. l. edd. & msſti. Verſ. 6.

Digitized by Google

Cap. V.

CAPVT V.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. αὐτομολῆσαι. Mendoſe αὐτομολῆται ed. 1. cum Regiis. — *Verſ.* 2. κἄπειτα idem valet ac ſimplex ἔπειτα. conf. ad I. 4, 8. — *Ibid.* ἀπηλπισμένοι recte Caſaub. cum Vrb. & Vrſin. ἀπελπισάμενοι ed. 1. cum cett. codd.

Verſ. 3 ſqq. *Verſ.* 3. Διὸ γράψας. διαγράψας ed. 1. quod ex δι' ἃ γράψας ortum videri poſſit, ſed in Διὸ cum Caſaub. conſentiunt ſcripti libri omnes. — *Ibid.* ἐπιβολῆς correximus cum Aug. & Veſont. ἐπιβουλῆς ed. 1. cum aliis. — *Ibid.* De ἧς, quod vulgo inſerunt omnes poſt ἐπιβολῆς, monuerat Reiſkius, aut delendum eſſe, aut ei addendum εἶχεν. — *Ibid.* τῇ μετὰ τὴν ἀναζυγήν, *poſtridie quam moviſſet caſtra.* Immo videtur debuiſſe ante profectionem mittere nuncium, aut ſaltem eodem die, quo illam parabat. Id indicare voluit codex Med. κατὰ ſcribendo pro μετά. Et ipſum diſceſſum Hannibalis deinde demum verſ. 7. exponit ſcriptor noſter. Mox vero pro καὶ τὸν χωριαμὸν neceſſaria utique fuit Reiſkii emendatio, κατὰ τ. χωρισμ. *conſilium ſui diſceſſus a Capua.* — *Verſ.* 4. ὀρθοὶ τοῖς διανοίαις &c. Habet Suidas in Ὀρθοί. — *Verſ.* 5. ὅλοι. Mendoſe ὅλον ed. 1. cum msstis. Correxit Caſaub. — *Verſ.* 6. προκειμένων. Imperite ἀντικειμένων ora ed. 1. ex ora Aug.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. προπορείαις perſpicue Aug. & hinc ora ed. 1. Eodem modo Med. & προπορίαις Vrb. Corrupte προρείαις ed. 1. in contextu cum Reg. F. Tubing. & Veſont. a pr. manu. πορείαις Reg. G. πρωτοπορείαις in ora habet codex Veſont. ſed a poſteriori manu. Differre autem videntur πρωτοπορεία & προπορεία, ita quidem, ut illud ſit *primum agmen* vel *prima acies*, hæc vero *militum manus, reliquo agmini præmiſſa*, ad explorandam viam, ad parandos commeatus, ad metanda caſtra, alioſve uſus. Et nomen quidem προπορεία fruſtra in Lexicis quæras, verbum vero προπορεύεσθαι & οἱ προπορευόμενοι eadem notione habemus apud Polyb. II. 27, 2. VI. 41, 1.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 9. Ἀννίωνα edd. cum ora Aug. ab antiq. manu. Bene: perinde enim *Anio* & *Anien* a Romanis vocatur hic fluvius. Corrupte Ἀννίωρα Aug. in contextu, & reliqui codd. omnes. — *Ibid.* μὴ πλείω τεσσαράκοντα σταδίων, *non amplius* XL. *ſtadia*, id eſt, *quinque millia paſſuum.* Non niſi *tria millia* edunt Livius, Plinius, Florus. *Quatuor milliaria* Eutropius, cum Appiano, qui XXXII. *ſtadia* habet. Verſ. 9.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 2. μὲν ὄντος. Imperite μένοντος ed. 1. cum mss. — *Ibid.* μηδέποτε τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπῳρκέναι τῆς πόλεως. — „Mira vox ἀπῳρκέναι, pro *acceſſiſſe*: nam contrarium potius ſignificat. Vide Suidas in ἀπῳρκότος, quod exponit ἀναχωρήσαντος. [Conf. Lexic. Polyb.] Sed mirum, eumdem Suidam ἀπαίρειν exponere παραγενέσθαι, quod plane huic loco convenit.“ CASAVB. *in ora Baſil.* — Erneſtus ſuſpicatus erat, excidiſſe fortaſſe præpoſitionem ἐπὶ, quæ adjecta eſt XXXII. 25, 10. ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων, *verſus Thyatira diſceſſit*: ſed hujus quidem dictionis alia ratio eſt. Alius vir doctiſſimus ἀπῳρκέναι τῆς πόλεως maluerat: neque vero verbi ἀπαίρειν, iſto modo conſtructi, eave ſententia uſurpati, quæ h. l. deſideratur, exemplum ullum reperitur. Nobis, donec certius quid adferatur, recte monuiſſe Reiſkius videtur, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπῳρκέναι τῆς πόλεως eodem modo dictum eſſe, quo latine dicimus *tam prope abfuiſſe ab urbe.* ἀπῆρε in aor. primo eſt *diſceſſit*, *profectus eſt*: ἀπῆρκε, in præterito perfecto, *abfuit.* Verſ. 2.

Verſ. 3. περιπορευόμενοι opportune codex Vrb. dedit, quod & Reiſkius ſuſpicatus erat. Perperam vulgo παραπορευόμενοι. — *Ibid.* πλύνουσαι ταῖς κόμαις. — „Videbatur aliquando auctor dediſſe πλύνουσαι τοῖς δάκρυσι, καὶ σαίρουσαι ταῖς κόμαις. Sed bene habet vulgata. πλύειν dicitur de rebus tam humidis quam ſiccis, quibus *ſordes* ab aliqua re alia *abſterguntur*. Sic Plutarch. Opuſc. p. 1113. dixit Verſ. 3.

Digitized by Google

Vers. 3. dixit τῇ τῶν χειρῶν τραχύτητι τὸν ῥύπον καταπλύνειν, *asperitate terrenorum sordes eluere*, h. e verrendo & fricando expurgare." REISKIVS. — Etiam Scaligero suspectum fuerat verbum πλύνουσαι, qui καπλύνουσαι est suspicatus, quo verbo, eadem notione, qua hic locum habet, usus est Polybius VI. 33, 4. Livius XXVI. 9. *circa Deum delubra discurrunt, crinibus passis aras* [an *areas*? τὰ ἐδάφη] *verrentes, nixæ genibus.*

Vers. 4 sqq. *Vers.* 4. αὐτοῖς ἔθος. αὐτοῖς ed. 1. invitis msstis. — *Vers.* 5. τῇ μετὰ ταῦθ' ἡμέρᾳ. Corrupte τῇ μεταυθημέρᾳ ed. 1. cum solo Med. — *Ibid.* αὐτῇ τῆς πόλεως perspecte ex ingenio correxit Casaub. αὐτοὺς τῆς πολ. ed. 1. cum msstis. — *Vers.* 6. τότε τὰς καταγραφάς. τότε καὶ τὰς καταγρ. edd. invitis msstis, nisi forte ita habet Med. — *Ibid.* καὶ δοκιμασίας. καὶ τὰς δοκιμασίας ed. Casaub. & seqq. adjecto articulo, quem ignorant codices omnes, quo facile etiam caremus. — *Vers.* 9. εἰς ἄκραν nescimus cur displicuerit Reiskio, qui ἔκαυλιν, ἔρκος, & denique λαῦραν suspicatus est, quæ nemo desideraverit. — *Ibid.* πολέμιον. πολέμιος ed. 1. non incommode, sed contra librorum fidem.

Cap. VII. CAPVT VII.

Vers. 1 sqq. *Vers.* 1. παραβόλως recte Casaub. cum Vrb. & Vrsino. Corrupte παρεμβόλως ed. 1. cum ceteris codd. — *Vers.* 2. καταλιπόντας. καταλειπόντας Vrb. quod sive ex hoc ipso, sive ex καταλείποντας corruptum. — *Vers.* 3. ὧν ὁπότερον &c. Familiaris Polybio constructio, quam non solicitare debuit Reiskius, qui aut ὧν delendum, aut mox ὑπειλήφει censuit legendum.

Vers. 5. 6. *Vers.* 5. Vnice verum est καταβαλόντες, *cæsis trecentis.* cf. III. 94, 6. V. 17, 4. καταλαβόντες *captis trecentis* interpretatus erat Casaub. Sed καταλαμβάνειν est *deprehendere, adsequi, invenire;* pro *capere* nusquam usurpatur. Eadem verba καταβάλλειν & καταβεῖν a librariis nonnullis perperam confusa habes X. 32, 5. — *Vers.* 6. τῶν παρ-

πορείαις

ρωρείαις recte Casaub. cum Aug. ταῖς παρορίαις ed. 1. ταῖς παρωρίαις Vrb. Ves. Reg. F. G. Vrsin. ἐν ταῖς παρωρείαις voluit Reiskius: sed nil opus est præpositione. vide III. 53, 4.

Vers. 7. μετὰ δὲ πέμπτην. Sic omnes, absque articulo. — *Ibid.* ἐπιτίθεται νυκτὸς ἔτι τῇ στρατοπεδείᾳ, ἐπιτίθεσθαί τινι, non ἐπιτίθεσθαι ἐπί τι vel ἐπί τινα, & alii omnes græci scriptores dicunt, & ipse Polybius noster I. 17, 10. I. 79, 1. I. 86, 5. &c. *invadere aliquem* vel *aliquid*. Contra, nil frequentius apud eumdem nostrum phrasi illa νυκτὸς ἔτι, *dum adhuc nox erat, ante lucem*: vide IV. 25, 3. 57, 6. VIII. 15, 5. X. 31, 3. &c. Nullum vero item frequentius librariorum nostrorum peccatum, quam vocularum ἔτι & ἐπὶ permutatio, de qua diximus ad VIII. 7, 4. & aliis locis, citatis ad I. 55, 10. T. V. p. 290. Qui error postquam commissus fuit hoc loco, consequens erat, ut τῇ στρατοπεδείᾳ in τὴν στρατοπεδείαν mutaretur. Vers. 7.

Vers. 9. προσκαρτερεῖν τούτοις Sic correximus, monente Gronovio in Notis msstis, & Reiskio. — *Vers.* 10. διὰ τῆς Δαυνίας, *per Apuliam Dauniam* vertit Casaub. Nempe Daunia pars erat Apuliæ: cf. III. 88, 4. Vers. 9. 10.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Vers. 1. ἐπισημήνασθαι. Mendose ἐπισημείνασθαι ed. 1. Regii, Vesont. — *Vers.* 2. Καθάπερ γὰρ Ἐπαμεινώνδαν &c. Totum hunc locum usque ad finem hujus cap. libello suo *de Obsidione toleranda* inseruit HERO p. 323. De re confer Xenoph. Hist. Græc. lib. VII. p. 503 sq. ed. Leuncl. & Diodor. Sicul. XV. 83 seq. — *Ibid.* Τέγεαν scripsimus cum msstis, & sic aliâs etiam editum apud nostrum, sed h. l. Τεγέαν erat. — *Ibid.* παραταξομένους. Omnino futurum tempus h. l. requirebatur. In παραταξαμ. autem cum codicibus nostris Polybianis consentit Hero. Vers. 1. 2.

Vers. 5. τῇ πόλει absque ἐν habet Hero, & alter ex Mediceis; recte. Sic mox vers. 9. omnes, προσέμισγε τῇ Μαντινείᾳ. Ex litera ν, in quam exit vox præcedens, Vers. 5.

Digitized by Google

hoc loco, ut sæpe aliâs, ortum duxit inserta perperam ve-
Vers. 6. cula ἐν. cf. IV. 17, 4. V. 35, 6. — *Vers.* 6. διαπεσόντος. περιπεσόντος Hero, minus recte. — *Ibid.* καὶ διαφθσ. recte edd. cum ora Aug. ab antiq. manu, & cum Herone. Perperam οὐ διασαφθσ. habet Aug. in contextu, & ceteri mssti. Volnerunt putamus οὗ, quod tamen minus commodum videtur.

Vers. 7. 10. *Vers.* 7. προσαναλαβὼν bene habet: nec opus est Reiskii conjectura, qui προαναλαβὼν voluit, ut esset *prius reficiens*, scil. *quam castra moveret.* conf. V. 80, 4. XXII. 25, 6. III. 60, 8. — *Vers.* 10. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν Hero.

Vers. 13. *Vers.* 13. ἐπιμέμφονται τοῖς πρεσιρημένοις ἔργοις, *queruntur de iis quæ tunc gesta sunt;* nempe *fortunam accusant.* Xenophon, de his rebus loquens, ait, ἔξεστι μὲν τὸ θεῖον αἰτιᾶσθαι. Hist. Græc. VII. p. 504. Itaque non desiderat hic locus REISKII emendationem, scribentis: „Forte οὐκ ἐπιμέμφονται. *Hæc Epaminondæ & Hannibalis ausa atque facinora non culpant, neque audaciæ & temeritatis insimulant.*" — *Ibid.* Ad ὅσον ἀγαθῷ στρατηγῷ commode intelligi potest πράσσεται vel πεπραχθαι προσήκει. Nec vero opus videtur, ut cum Reiskio aut ἀγαθοῦ στρατηγοῦ legamus, aut supplementum aliquod contextui adjiciamus: nam quod lacunæ signum vulgo post ista verba ponitur, id unius Casauboni auctoritate factum est, nec tamen vestigium in libris scriptis comparet. — *Ibid.* τὸν Ἐπαμεινῶνδαν recte edidit Casaub. Sic Hero, & ora cod. Aug. ab antiq. manu, item Vrsinus, nescimus utrum ex cod. an ex ingenio. τῶν Ἐπαμεινώνδου ed. 1, cum mssti postri. τὸν Ἐπαμεινώνδα ora ed. 1.

Cap. IX. CAPVT IX.

Vers. 1. *Vers.* 1. Τὸ δὲ παραπλήσιον &c. Respondent hæc illis verbis cap. 8, 2. καθάπερ γὰρ Ἐπαμεινώνδαν, quæ si propriora his essent, præstaret nunc utique Τὸ δὴ παραπλήσιον, aut alia potius particula quæ magis proprie respon-

deat

Digitized by Google

deat illi καθάπερ. Sed cum nimis multa interjecta sint, suo more Polybius justam adcommodationem sermonis sequentis ad eum qui præcesserat non nimis religiose curat.

Vers. 3. συμπέμψαι μὲν τοὺς ἑπομένους. — „συμπέμπειν τοὺς ἑπομένους potest, Polybiana dictione, significare *reprimere insequentes hostes, & in angustum compellere territos, ut nos insequi desistant.* Prius enim omni ex parte exercitus consulum Sulpicii & Fulvii fuerant Hannibali circumfusi, eumque undique vexaverant & carpserant. Ille vero palantes illos & undique adorientes globos συνέπεμψε, *unum in exiguum locum brevemque gyrum compulit & coërcuit.*" REISKIVS. — Nil variant libri. Nam quod συμπέμψαιμεν una voce (pro συμπέμψαι μὲν) habet ed. r. & quod deinde δὲ post ἀφεδρεῦσαι eadem omisit, proprii hi illius editionis errores sunt, quos non agnoscunt scripti libri; quare nec opus est, ut immoremur conjecturæ, quam bis erroribus Reiskius superstruxit. Simili quadam ratione Polybius συμπέμπειν τοὺς πολεμίους dicere potuit, qua non solum ἀναστέλλειν, *repellere, reprimere hostes*, pervulgato ac veluti proprio in ea re verbo dicunt Græci, sed etiam συστέλλειν, *cohibere, compescere.* GRONOVIVS, collato c. 7, 7. pro συμπέμψαι, ait, requiritur verbum, quod significet προσδέξασθαι, sive id sit συμμεῖναι, aut ὑπομεῖναι. Et sententia: *quod ex regressu substiterit & exspectaverit sequentes Romanos, & interim velut e specula observaverit.*" — Reiskius συγκόψαι, συντρίψαι, aliaque tentaverat. Vers. 3.

Vers. 4. μὴ λῆξαι τῆς προθέσεως, πρὶν εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν βλάβην ἀποσκῆψαι. Numquam satis mihi fecerat illa particula πρὶν, a Casaubono invitis libris adjecta: & tamen, ea remota, non satis commode fluere videbatur oratio. Nunc placet & pæne certa videtur Scaligeri emendatio, nullam inferentis vocem, sed sic legentis, μὴ λήξαντα τῆς προθέσεως εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν βλάβην ἀποσκῆψαι. Quare versionem sic corrige: *postremo, quod ab incepto non destiterit in hostium perniciem incumbendi.* Vers. 6.

Digitized by Google

Vers. 5. *Vers.* 5. θαυμάσαι. Sic ed. 1. 2. consentientibus msstis; quod, cum in θαυμάσαιε corruptum esset in editione Gronoviana, Ernestus in θαυμάσειε mutavit: & sic Suidas videri potest legisse in Ἐπισημήνασθαι. Nec tamen opus erat, ut attica illa forma obtruderetur Polybio, licet mox κρίνειε sequatur; nam promiscue utraque forma, & frequentius etiam vulgari hac & communi, quæ in αι desinit, uti consuevit.

Vers. 7. 8. *Vers.* 7. ἔσωσαν recte Casaub. cum Vrb. Vrsin. & Vesont. item ora Aug. ab ant. manu. Mendose ἔωσαν ed. 1. Aug. Reg. F. ἕωσαν Reg. G. Imperite ἔσησαν ora ed. 1. — *Vers.* 8. τοῖς Καπυανοῖς. Cap. 5, 2 & 6. οἱ Καπυηνοὶ dabant omnes. Sed alibi rursus in Καπυανοὶ consentiunt libri, ut III. 118, 3. quam formam gentilis hujus nominis unice agnoscit Stephanus Byz. in Καπύη.

Vers. 9. *Vers.* 9. τῶν Ῥωμαίων ἢ Καρχηδ. ἐγκωμίου. Scribe τοῦ Ῥωμ. ἢ Καρχ. ἐγκωμίου cum Vrb. & Aug. Articulum prorsus omittebant vulgo edd. cum aliis msstis, minus commode. Imprudentibus autem nobis accidit, ut τῶν poneret typotheta pro τοῦ. Pro οὕτω, quod præcedit, οὕτως habet Vrb. quam formam plerumque usurpatam videmus apud Polybium, licet sequatur litera consonans. — *Ibid.* ἐπεσημήναμεν. Merito utique videtur Reiskius ἐπεσημηνάμεθα voluisse: constanter certe in medio genere usurpatur hoc verbum; & pronus inprimis in terminationibus vocum error librariorum est, ob scripturæ compendia. Vnus est locus, X. 38, 3. ubi pariter vulgo activum legebatur ἐπεσήμηναν τὸ ῥηθὲν, sed ibi quidem satis patebat, ἐπεσημήναντο scriptum oportuisse.

Ibid. τῶν ἡγουμένων παρ' ἀμφοτέροις ἕνεκα. Sic recte edd. consentiente putamus Vrb. Perperam παρ' ἀμφοτέρους Aug. Regii, Vesont. Nescimus quid Med. & Tub. e quibus nil notatur. De mente vero scriptoris videmus dubitari. Casaubonus vertit, *eorum gratia qui apud utrumque populum bella gerunt.* *Vtrumque* autem *populum* non videmus quos alios dicere potuerit, nisi Romanos & Carthagi-

Digitized by Google

thaginienſes. Contra — „παρ' ἀμφοτέροις, REISKIVS ait, non eſt *apud Romanos & Carthaginienſes:* (nam hi quidem tum temporis, quum hæc ſcriberet Polybius, nulli erant, deleta dudum Carthagine:) ſed *apud Romanos & Græcos.* Latiniſmus eſt, *uterque populus*, pro Græcis & Romanis; ut, *uterque ſermo*, pro græco & romano." — Ad quæ plura ſunt quæ regeri poſſunt. Primum enim, an hæc ſcripſerit Polybius poſt everſam Carthaginem, dubitari poteſt. Cum enim eas res, quæ aliquanto poſt compoſitum bellum Macedonicum geri cœptæ ſunt, *novo ſcribendi initio facta* a ſe expoſitas eſſe doceat lib. III. 5, 13. intelligi videtur, hanc partem hiſtoriarum, quæ res ante id tempus geſtas comprehendit, jam ante Bellum Punicum tertium fuiſſe compoſitam, licet fortaſſe in lucem non continuo fuerit edita. Sed, quod ad rem propius ſpectat, cum hoc ipſo loco, in quo verſamur, diſertiſſimis verbis modo ſcripſerit οὐχ οὕτω τοῦ Ῥωμαίων ἢ Καρχηδ. ἀγωνίου χάριν, ſane illud παρ' ἀμφοτέροις, quod continuo ſequitur, niſi vim facere orationi velimus, non de aliis, niſi de eiſdem *Romanis & Carthaginienſibus* intelligi poterit. At οἱ ἡγούμενοι παρ' ἀμφοτέροις non ſunt, *qui apud utrumque populum bella gerunt*, ſed *duces utriuſque populi:* ac nos quidem ſatis adcurate in verſione noſtra, *qui apud utrumque populum rebus praeſunt*, poſuimus, ſed *præfuerunt* oportuerat ſcriptum, in præterito tempore; de qua vi participii illius, quod præſentis vel imperfecti temporis dici ſolet, cum ſæpe aliâs monuimus, tum in ipſo initio harum Adnotationum ad I, 1, 1. Et ita quidem hoc obvium eſt, ut vix notationem mereatur. Itaque cum hoc capite, in quo verſamur, verſ. 6. & 8. generatim *Romanos* nominaſſet Polybius; monet nunc verſ. 9. ſe tamen totam hanc digreſſionem non eo feciſſe, ut generatim *Romanorum*, id eſt populi Romani, *aut Carthaginienſium virtutem* nunc prædicaret, id quod ſæpe aliâs a ſe factum ait; ſed *ducum, qui utriuſque populi rebus tunc præfuerunt, prudentiam, virtutem, præſentiam animi atque conſtantiam* Verſ. 9.

ſtantiam nunc inſignire ſeſe voluiſſe; & hortari eos, qui poſthac apud quemcumque populum rebus præfuturi ſunt, ut eorum exemplum ante oculos ſibi proponant.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *τῶν μὲν ἀναμιμνησκόμενοι, τὰ δ' ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβάνοντες.* Non ſatis adparet, quo ſpectet *τῶν μὲν ἀναμιμν.* & quo *τὰ δ' ὑπὸ τὴν ὄψ. λαμβ.* Caſaubonus, cujus tenuimus verſionem, *τῶν μὲν* ad *duces*, *τὰ δὲ* ad *res geſtas* retulit. Poſſis vero etiam ſuſpicari, prius membrum ad res vetuſtiores pertinere, quas commemoravit a Græcis geſtas; alterum ad has propiores, a Romanis & Pœnis. Fuit etiam cum cogitaremus, *τῶν μὲν ἀναμιμν.* ſpectare ad ea, quæ per fortunæ caſum incidere poſſunt; *τὰ δ' ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβ.* ad res, prudenter fortiterque geſtas ab imperatoribus. — *Ibid. ζηλωταὶ γίγνωνται.* — „Videtur locus utcunque ſic poſſe ſarciri: *ζηλωταὶ γίγνωνται, οὐ τῶν δοκούντων παράβολον ἔχειν τι καὶ κινδυνῶδες, ἀλλ' ὅσα τοὐναντίον ἀσφαλῆ μὲν* &c. *amulentur non ea, quæ cum temeritate & periculis conjuncta videantur eſſe, ſed quæ habeant cautam & lapſus immunem fiduciam.*“ REISKIVS. — *Ibid. καλὴν ἔχει.* Probabile videri poteſt *ἔχῃ*, quod dant Aug. & Reg. F. (qui codex per errorem *Reg. A.* h. l. inſignitus eſt in ſcholio noſtro infra contextum;) ſi paulo ante, pro *ὅσα δοκεῖ*, ſic ſuppleas, *οὐχ οὕτως ὅσα ἂν δοκῇ.*

Cap. X. ## CAPVT X.

Inter caput IX. & X. interſeri poterat Fragmentum, *de Bomilcare, præfecto Punicæ claſſis, Tarentinis auxiliatum profecto;* quod Fragmentum, conſervatum ab Herone in libello de Obſidione toleranda, exhibuimus in Spicilegio Fragmentorum ex lib. IX. num. I. Tom. V. p. 35 ſq. conf. Liv. XXVI. 20.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω* &c. Vrſinus & Caſaubonus, in Polybii Fragmentis illis minoribus, in ora codicis Vrbinatis conſervatis, non niſi priora ſex verba hujus ſententiæ exhibuerant; quare nec amplius quid habent poſteriores editio-

ditiones. Reliqua ſex, ἀλλ' ἐκ τῆς &c. ex eodem codex eſcripta, (quæ neſcimus, cur neglecta ab illis fuerint) diligentiſſimus Spallettus noſter ex Bibliotheca Vaticana, ubi unc eſt ille codex, nobiſcum communicavit. De re, quæ agitur hoc Fragmento, confer Liv. XXVI. 21. & XXV. 0. Adde Plutarch. in Marcello p. 310. Verſ. 1.

Verſ. 3. Poſt παραχθῇ commode reponetur comma, quod habent ſuperiores editiones, quod neſcimus quo pacto nobis neglectum eſt. — *Verſ.* 4. Poſt ἐκάτερος ex uſu græci ſermonis requiri videtur particula ἄν, ſed eam paſſim & alibi neglectam a ſcriptore noſtro vidimus. Verſ. 3. 4.

Verſ. 7. Ὁ γὰρ οὕτως * ὁρμώμενος &c. Aſteriſcum, in ſignum defectus aut corruptelæ, adpoſuit Caſaubonus. Tum vero REISKIVS ad h. l. ſic monuit: „Forte θεώμενος legendum eſt, & delendus aſtericus: *nam qui ſic ſpectat*, (ſcil. ſigna deorum affabre facta, his modis parta, & templa deorum, & baſilicas, atque fora, & publica atque privata ædificia ad hunc modum, ſpoliis puta gentium devictarum, exornata;) *ille nunquam beatos prædicat eos, quibus cum invidet, tum una quoque ſubit eum, cum invidentia adverſus raptores, commiſeratio erga ſpoliatos.* Apparet ex hac interpretatione, ſic diſtinguendum & legendum eſſe: οἷς φθονεῖ ἅμα, καί τις ἔλεος αὐτὸν (non αὐτῶν) ὑποτρέχει.“ — Omnino aut ὁ θεώμενος legendum videtur, ſicut τοὺς θεωμένους habemus verſu 9. aut ὃ ὁρώμενος, ut Homerico more verbo medio pro activo uſus ſit, (conf. Adnot. ad I. 57, 1.) aut ὁρῶν μὲν, ſequentibus fortaſſe aliis nonnullis verbis quæ interciderunt. Sed ipſa illa mira ratio, qua ſe torſit Reiſkius, ut ex verbis ὁ γὰρ οὕτως θεώμενος ſententiam aliquam exprimeret, ſatis oſtendit, alia etiamnum ex parte laborare orationem; cui facillime medebimur, putamus, ſi (ut diximus) ὁ γὰρ οὕτως - - μακαρίζει legimus, & deinde ὡς φθονεῖ ἅμα, καί τις ἔλεος &c. vel ὡς φθονεῖ, ἅμα δὲ καί τις ἔλεος. Præterea αὐτῶν defendi quidem poterit, referendo ad τῶν ἀποβαλόντων, ſed commodius utique videtur αὐτὸν vel Verſ. 7.

αὐτῷ

αὐτῷ ὑπεισέρχει, *subit eum misericordia*; nam cum utroque casu, tertio & quarto, perinde constructum illud verbum hac notione invenitur. vide XVI. 6, 10. & XXXI. 8, 11. αὐτὸν placuisse videmus Scaligero, ut Reiskio.

Vers. 8. *Vers.* 8. καὶ ταῦτα συγκαλεῖ. — „Forte καὶ τούτοις συγκαλῇ." REISKIVS. — Et συγκαλῇ quidem utique corrigendum, quod pendeat a præcedente ἐπάν. Sed teneri ταῦτα poterit ita, ut sit nominativus, *atque si haec advocent*: alioquin διὰ ταῦτα mallemus, quam πάντας.

Vers. 11. *Vers.* 11. μὴ οὐ τοῖς. μὴ οὕτως ed. 1. imperite & invitis nostris mss.tis.

Cap. XI. CAPVT XI.

Vers. 1. *Vers.* 1. κρατήσαντες τῶν ὑπεναντίων. *Carthaginiensium duces* (in Hispania) *cum superiores fuissent hostibus*: scilicet; occisis P. & Cn. Scipionibus, & exercitibus eorum cæsis profligatisque A. V. 542. cf. Liv. XXV. 34 sqq. Appian. de Rebus Hispan. c. 16.

Vers. 2. *Vers.* 2. πόλεμον ἀνηρηκένας, *bellum sustulisse*, id est, *confecisse*, *finem bello imposuisse*. A sententia auctoris prorsus aberravit Valesius, vertens: *qui bellum adversus populum Romanum suscepisse videbantur*: quam eamdem interpretationem amplexus Reiskius, ἀνηρῆσθαι pro ἀνηρηκέναι legi voluit. Et est sane ἀναιρεῖσθαι πόλεμον *suscipere*, *movere bellum*: sed nec hujus loci erat hæc notio, nec ea vis inest verbo activo ἀναιρεῖν, quod *tollere*, *e medio tollere*, *delere* significat. Eodem modo ἔρας πόλεμον dicit Noster XI. 5, 6. cui opponitur τὴν δ' εἰρήνην ἑλέσθαι, *tollere bellum*, & *capessere pacem*; *finem facere bello*, *pacemque amplecti*.

Ibid. πρὸς αὐτοὺς ἐστασίαζον, *inter se dissidebant*. Huc pertinet, quod P. Scipio, Publii in Hispania occisi filius, apud Livium XXVI. 41. ait: *Tres duces discrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis*, *trifariam exercitum in diversissimas regiones distraxere*. Confer Polyb. X. 6, 5.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 3. Ἀνδοβάλην correxit Valeſius, quum truncato nomine h. l. δοβάλην daret codex Peireſc. in quo tamen paulo poſt recte Ἀνδοβάλην erat ſcriptum. — „Sic Polybius ſemper appellat, quem Livius & Zonaras ex Dione *Indibilem*. Polybius libro 9. [immo lib. X. c. 18.] hunc Ilergetum regulum vocat; ſed in eo loco Λεγγήτων, non Λεργητῶν habebat noſter codex. [is qui nobis nota *Reg. E.* inſignitur.] Livius quidem lib. XXIX. initio Indibilem Ilergetem vocat.“ VALESIVS. — Conf. Liv. XXII. 21. & XXVI. 49. Verſ. 3.

Verſ. 4. δοῦναι τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας. Excidit fortaſſe καὶ τὴν γυναῖκα, quod ſuppleri poteſt ex X. 35, 6. ubi ad hunc locum remittitur lector. Adde X. 18, 7 & 13. De avaritia ſuperbiaque Carthaginienſium, & omnis generis in ſe injuriis conquerentem apud Romanos Indibilem inducit Livius XXVII. 17. Verſ. 4.

CAPVT XII. Cap. XII.

Digreſſionem de *Partibus Artis Imperatoriæ*, quæ hoc & ſeqq. capitibus continetur, Reiſkius ſuſpicatus eſt pertinuiſſe ad cædem P. & Cn. Scipionum in Hiſpania, qui partim imprudenter commiſſo nocturno prælio, partim perfidia Celtiberorum periere: vel potius ad irritum aliquem dolum, a Philippo rege in Megalopolin ſtructum. Nobis probabilius viſum erat, inſtitutam a Polybio hanc diſputationem eſſe occaſione expeditionis a P. Scipione, Publii filio, adverſus Novam in Hiſpania Carthaginem tam callide prudenterque & perite, quam feliciter, ſuſceptæ; de qua vide Liv. XXVI. 42-46. & Appian. Hiſpan. c. 19-23. Quæ ſi vera eſſet conjectura, pertineret hoc Fragmentum ad res A. V. 544. geſtas, & reponendum fuerit poſt Eclogam Valeſianam, cap. 22-26. quæ continet res A. V. 544. in Italia geſtas. At ei conjecturæ rurſus adverſabatur, quod ſententia illa, quæ in iſta Ecloga Valeſiana cap. 22, 1. legitur, in ora Codicis Vrbinatis ſcripta eſſet in fine ejus Excerpti, quod a cap. 12-21. decurrit. Itaque eum ordi-

ordinem in collocandis Excerptis tenuimus, quem vestigia Codicum indicabant.

Vers. 3. *Vers.* 3. *αὐτῶν τῶν ἐν καιρῷ.* Deest *τῶν* Reg. F. G. & Vesont. *ἐν καιρῷ* idem est quod paulo ante *σὺν καιρῷ.*

Vers. 4. *Vers.* 4. *οὐδεὶς τοῦτ' ἀπορήσειε.* Scriptura haec est editionum omnium, quam nullus ex nostris codicibus agnoscit, nisi fortasse Med. e quo dissensum nullum adnotavit Gronov. Ex scriptura cod. Vrb. & Aug. suspicari licet, sic legendum esse: *οὐδὲ τοῦτ' ἀπορήσειέ τις.* Τίς *οὖν ὁ τρόπος* &c. Fortasse etiam satis fuerit hoc ipsum *οὐδὲ τοῦτ' ἀπορήσειε*, intelligendo nimirum *ὁ βουλόμενος καταμαθεῖν.* Duo Regii, qui cum aliis *οὐδὲν* habent, deinde *ἀπορήσεις* dant pro *ἀπορήσειε. ἀπορήσειεν* Vrb. in quo saepe *ν* litera ultimae vocali verborum promiscue adjicitur, etiam ubi proxima vox a consona incipit.

Vers. 5. *Vers.* 5. Τίς *οὖν ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης διαθέσεως* &c. Obscurior ac fortasse haud satis integra oratio: cujus vim quum non satis perceptam haberemus, Casauboni versionem, cujus veritatem praestare non ausimus, presso pede tenuimus. Eam in reliquis partibus si probes, videndum, an verbum *πάρεστι* non tam *licet*, quam *convenit*, fuerit exponendum; de qua notione notavimus nonnihil ad IV. 27, 4. Sed rectius fortasse totum hunc locum expediviſſe REISKIVS censeri debebit, cum ad verba illa *τῆς τοιαύτης διαθέσεως* notavit: — „scilicet, ut aliquis *ῥᾳδίως ἐν ἑκάστοις εὐστοχῇ, πράττων σὺν νῷ τὸ προτεθὲν*, ut paulo ante dixerat." — Sic fuerit sententia totius dictionis hujusmodi: *Quonam igitur modo dispositus*, id est, *comparatus & instructus esse debeat imperator, ut certa ac solerti ratione, quidquid sibi proposuerit, exsequi possit, considerare nunc licet.* Et quod ait, *considerare nunc licet*, referri debebit ad ea, quae ante dixerat, quibus viam ad hanc disputationem paraverat, sed quae praetermissa sunt a compilatore horum Fragmentorum.

Vers. 6. *Vers.* 6. Τὰ *μὲν οὖν ἀπροθέτως* &c. Habet Suidas in *Ἀπροθέτως.*

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. Πάσης δὴ πράξεως. Eſt quidem generatim πρᾶξις *actio, res geſta:* ſed ſingillatim hoc loco, ut perſæpe aliâs apud Noſtrum, intelligitur *actio calliđe ſuſcepta, ad decipiendos & inopinato invadendos opprimendosque hoſtes comparata;* quo etiam pertinent exempla, quæ deinde adferuntur. conf. c. 17, 1. c. 18, 1 & 5. Verſ. 8.

Verſ. 10. ἀποτυχίας neſcimus an habeat codex Med. e quo nullum ab textu Caſaubonianо diſſenſum notavit Gronovius. conf. c. 14, 11. 17, 8. Verſ. 10.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Verſ. 4. τῇ γλώττῃ. τῆς γλώττης ed. 1. perperam & invitis mſstis. Verſ. 4.

Verſ. 6. ἡμερησίους reſtituimus ex mſstis, contra quorum fidem ἡμερησίας erat editum. — *Ibid.* τὰ διανύσματα τούτων, ſcil. τῶν πορειῶν, *confectiones itinerum.* Caſaubonus interpretatus eſt de *modo conficiendorum itinerum:* rectius fortaſſe intelligemus de *temporis ſpatio, intra quod poſſit iter confici.* Ceterum aliâs τὸ διάνυσμα pro ipſo *itinere*, & pro ſynonymo vocabuli πορεία uſurpatur; c. 14, 8. c. 15, 3. Verſ. 6.

Verſ. 7. τῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος καιρῶν, & deinde τούτων, recte Caſaub. cum Vrb. & Vrſino. Perperam τὸν καιρὸν & deinde τοῦτον ed. 1. cum ceteris codd. De vocab. περιέχον conf. notata ad III. 36, 6. οἱ ἐκ τοῦ περιέχοντος καιροὶ, per ſe ſi ſpectes hanc phraſin, videri poterant eſſe *opportunitates e tempeſtate*, ut interpretatus eſt Erneſtus in Lexic. Polyb. ad verbum περιέχειν, a quo partem verſionis noſtræ mutuati ſumus. Sed connexionem orationis ſi conſideres, conferaſque cap. 12, 8. & potiſſimum cap. 14, 6 ſqq. & totum caput 15. perſpicuum fit, agi hoc loco de *temporis ſive diurni, ſive nocturni notatione, de hora ſive diei, ſive noctis cognoſcenda, ex coeli adſpectu habituque.* Itaque revocatam Caſauboni verſionem velimus, quæ percommode ſic habet: *Tertium & maximum eſt, ut temporum, quæ cæli obſervationibus diriguntur, notitiam* Verſ. 7.

tiam habeas. Ad verba ἐκ τοῦ περιέχοντος intelligendum videtur, γνωστέων, aut aliquid simile: *temporum ex cæli habitu cognoscendorum.*

Vers. 8. *Vers.* 8. τὸν τόπον τῆς πράξεως, *locum rei gerendæ.* conf. cap. 12, 8. & c. 14, 2. Vocabula τόπος & τρόπος inter se permutata a librariis cum alibi vidimus, tum IV. 70, 9. & V. 60, 8. — *Ibid.* παρὰ τοῦτο, scil. παρὰ τὸ οὐκ ἐν μικρῷ ἢ παρὰ τὸ ἐν μικρῷ θέσθαι. Nihil opus est, ut cum Reiskio παρὰ τοῦτον corrigamus.

Vers. 9. *Vers.* 9. συνθημάτων καὶ παρασυνθημάτων. παρασυνθήματα Casaubonus *signa muta* vertit & h. l. & c. 17, 9. & apud Aeneam Poliorcet. c. 25. ubi vide quæ adnotavit vir doctissimus. Non vero semper *mutum* esse *signum*, quod παρασύνθημα adpellant Tactici, sed posse etiam *vocale* esse, testatur primum exemplum παρασυνθήματος, ab ipso Aenea l. c. prolatum. Itaque *signum duplicatum* dicere maluimus, coll. c. 17, 9. Est enim *signum, quo in subsidium utimur simul cum tessera,* quo minus falli possimus.

Cap. XIV. CAPVT XIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. τὰ δ' ἐξ ἱστορίας. Vide Adnot. ad l. 57, 5. De triplici vero genere, quod dicit, conf. fragmentum a Suida conservatum in Στρατηγία, quod retulimus ad lib. XI. c. 8. — *Ibid.* θεωρεῖται. Perperam θεωρῆτε ed. 1. Reg. F. G. Vesont.

Vers. 3. *Vers.* 3. μὴ πιστεύειν. Particula negans perperam deest omnibus codicibus nostris, recte adjecta ab editoribus.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὰ δ' ἐξ ἐμπειρίας, nempe μεθοδικῆς, ut dixit vers. 1. — *Ibid.* τὸ μὲν ἔργον οὐ μέγα - - τὸ δὲ χρῆμα μέγα. *labor non magnus; res ipsa vero magna,* vel, *usus vero magnus:* nam nil vetat, quo minus χρῆμα pro χρῆσει accipiamus. — *Ibid.* ἐπιβολάς. conf. c. 12, 1 & 9. c. 13, 1. & hoc cap. 14, 12.

Vers. 6. *Vers.* 6. Ἀναγκ. δ' αὐτοῦ. αὐτοῦ si probum est, referetur ad ἔργον vel ad χρῆμα. — *Ibid.* περὶ τὰς νυκτερινὰς θεωρίας

θεωρίας καὶ τὰς ἡμερινάς. — „Θεωρίαι sunt naturæ & rationes rerum, quatenus obſervatione deprehenduntur, memoria continentur, judicio deliguntur, & præceptis conſtrictæ menti infiguntur. Sunt igitur αἱ νυκτερινοὶ καὶ ἡμερινοὶ θεωρίαι rationes præceptis traditæ noctium atque dierum.“ REISKIVS. — Conf. ad VI. 6, 7. — *Ibid.* οὐδ' ἧς τινος ἂν ex edit. 1. & msstis revocavimus. οὐδ' ἡστινοσοῦν ἀσχολίας ſua auctoritate edidit Caſaub. Sic pro μηδ' ἐν ὁποίᾳ IV. 21, 6. & pro οὐδ' ὁποίας IV. 65, 3. idem Caſaubonus cum uno recentiſſimo Regio μηδ' ἐν ὁποιᾳοῦν, & οὐδ' ὁποιασοῦν edidit. Verſ. 6.

Verſ. 9. καὶ μὴν οὐδέν. οὐδὲ voluit REISKIVS, cujus hujuſmodi eſt ad h. l. adnotatio: „Sententia videtur eſſe: qui neſcit, quantum itineris die æſtivo, & quantum hiberno, rurſuſque noctibus alternis conficere queat; ille neſcit, poſſitne ad locum aliquem adhuc ἀνεφαῖος & tenebris tectus intra certum horarum ſpatium pervenire: item, num eo poſſit pervenire tempeſtate frigida, aut cœlo pluvio, & ſolo lubrico atque cœnoſo. Rurſus qui temporum differentiam ignorat, neſcit, poſſit ne certo quodam tempore noctium æſtivarum hoſtes adhuc dormientes in lectis deprehendere, & quæ ſunt alia ejuſmodi. Hoc poſterius eſt, πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν ἐξικέσθαι.“ — Poſt hæc ſcripta videmus demum, οὐδενὸς pro vulgato οὐδὲν correxiſſe Scaligerum; quod veriſſimum putamus. Genitivus pendet a verbo ἐξικέσθαι, quod illum caſum deſiderat. Verſ. 9.

Verſ. 10. τὸ προτερεῖν Caſaub. cum Vrb. & Vrſin. Mendoſe τὸ πρότερον ed. 1. cum cett. codd. — *Verſ.* 12. In mendoſam ſcripturam, ὁ δὲ προειρημένος λαβὼν, cum editis conſentiunt codices omnes. ὁ δὲ προλαβὼν correxit Scaliger, ut voluit Reiſkius. Verſ. 12.

CAPVT XV. Cap. XV.

Verſ. 2. μόνως. Mendoſe μόνος ed. 1. cum Aug. Reg. F. G. Veſont. — *Verſ.* 4 ſq. Quinque verba καὶ τὰς ἀναζυγὰς οὐ γὰρ deſunt codicibus Regiis, Veſont. & Tubing. Verſ. 2. 4.

Digitized by Google

Vers. 6. *Vers.* 6. *συνδιωρᾶν.* In compositum verbum, quod amat Polybius, cum editis consentiunt Regii, Vesont. & Tubing. — *Ibid.* *ἐπὶ τοῦ κόσμου, in cælo. κόσμος, cælum.* Sic mox rursus vers. 12. & XII. 25, 7. in verbis ex Timæo citatis. conf. Menag. ad Laërt. VII. 137 seq. & Wesseling. ad Diodor. III. 56.

Vers. 7. *Vers.* 7. *τοὺς δὲ τῆς νυκτός. τῆς* deest Regiis, Vesont. Tubing. — *Ibid.* *ἐὰν μή τις ἐπὶ τοῦ Φαινομένου τῇ τὸ ὅλον.* &c. Casaubonus: *nisi quis, ea quæ in cælo apparent sidera contuens, duodecim signorum dispositionem atque ordinem valeat assequi.* *ἐπὶ τοῦ Φαινομένου* videtur idem esse ac *ἐπὶ τοῦ κόσμου, in cælo visibili, in cælo oculis nostris patente.* Sicut *τὰ Φαινόμενα* sunt *quæ in cælo adparent*, & potissimum *sidera*, intelligendo *ἄστρα*, (unde dein etiam per metonymiam *siderum notitia* eodem nomine adpellata est) sic *τὸ Φαινόμενον* nunc dicit Polybius *totum cæli spectaculum oculis nostris expositum.* Verba *ἐπὶ τοῦ* desunt Reg. F. & Tubing. *συμπεριΦέρονται* mendose Reg. F. G. & Vesont. pro *συμπεριΦέρηται.*

Vers. 8. *Vers.* 8. *ἐξ ἀναΦέρεσθαι* correxit Casaub. cum Vrsino, & sic ora Aug. antiqua manu. *ἐξαναΦέρεσθαι* ed. 1. *ἐξΦέρεσθαι* Aug. in contextu, Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* *ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι, in eisdem partibus*, idem (putamus) valet, ac *ἐν ἴσοις μέρεσι, in partibus æqualibus.*

Vers. 9. *Vers.* 9. *ἐπιτέλλειν.* Haud cunctanter adoptandam duximus certissimam emendationem, quam quidem timidiuscule ab acutissimo Reiskio propositam mireris. Sed ingenue professus est vir cetera doctissimus, obscurum sibi esse hunc locum, utpote rationum astronomicarum imperito.

Vers. 10. 11. *Vers.* 10. *ἠνύσθαι. ἠνῦσθαι* Reg. F. Vesont. — *Vers.* 11. *τοὺτους* Casaub. cum Aug. Regiis, Vesont. Vrsin. *τούτους* ed. 1. cum Med.

Vers. 13. 14. *Vers.* 13. *ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀνατολὰς μοιρῶν καὶ τόπων μερῶν* pro *μοιρῶν* suspicatus est Scaliger. — *Vers.* 14. *τροπῶν ἀρχοὺ*

Digitized by Google

ἀρχούσης καὶ περὶ. καὶ ὑπαρχούσης καὶ περὶ dant ſcripti libri omnes. Alterum καὶ omiſit ed. 1.

CAPVT XVI.

Cap. XVI.

Verſ. 1. Ἢ καὶ perſpecte correxit Caſaub. Εἰ καὶ ed. 1. cum mſtis, frequente errore. — *Ibid.* ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τάς. Et hoc Caſaubono debetur: eodemque modo Scaliger correxerat. ἀλλὰ καὶ τὰς περὶ τὰς dabat ed. 1. cum mſtis; unde Reiſkius effectum voluit ἀλλὰ καὶ τὰς περιτ]ὰς ἐν τῇ γῇ πράξεις, quod interpretatus eſt: *ſed etiam ad cœpta terreſtria cum arte quadam & calliditate haud tralaticia gerenda.* Eam ſubtilitatem nemo, putamus, requiret.

Verſ. 1.

Verſ. 2. Ἱκανὰ γὰρ &c. Hæc vulgo ita legebantur: ἱκανὰ γὰρ καὶ τὰ παράδοξα γινόμενα τυγχάνειν προνοίας ἀκριβῶς, εἰς τὸ πολλὴν ἀπορίαν παρασκευάζειν καὶ πολλάκις. Quæ ſic interpretatus eſt Caſaubonus: *Nam etiam illa quæ cum admiratione hominum ſolent evenire, puta; effuſiones imbrium - - & ſimilia his alia, provideri ita exacte queunt, ut hac ratione hoſtem in magnas ſæpe conjicias difficultates.* Quam interpretationem, haud vereamur contendere, plurimum aberrare ab auctoris ſententia; quæ, generatim quidem, ex connexione præcedentium atque ſequentium, & ex ipſis verbis, quamvis corruptis defectiſque, ſatis etiam nunc elucet. REISKIVS tali modo conſtituendum hunc locum ſuſpicatus eſt: „Forte (ait) ἱκανὰ γὰρ καὶ τὰ περὶ ταύτην παρὰ δόξαν γινόμενα, μὴ δυνάμενα τυγχάνειν προνοίας ἀκριβῶς, εἰς τὸ &c: *nam quæ etiam in hac* (ſcil. *terra*) *præter opinionem eveniant, ideo quod non poſſunt plane præcaveri, ſatis magnam afferre poſſunt homini terrorem atque conturbationem.*“ — Nominis ἱκανὰ, ſi per ſe ſtat ſine regimine, hæc vis eſt: *ſatis multa ſunt, quæ præter opinionem incidere poſſunt, neque præcaveri poterant;* ſi referendum ad εἰς τὸ πολλὴν ἀπορίαν κατασκευάζειν, eam habebit vim quam in verſione expreſſimus. ἀκριβοῦς, pro ἀκριβῶς, conſpicitur in Aug. ſive quod ita

Verſ. 2.

Digitized by Google

Vers. 2. primum ibi fuerit, & inde factum ἀκριβῶς, sive quod ex ἀκριβῶς factum sit ἀκριβοῦς, neque enim satis id quidem discerni potest. Terminationem οῦς cum ῶς permutatam vidimus I. 19, 11. & VI. 3, 1. ἀκριβοῦς h. l. correxit etiam Scaliger.

Ibid. καὶ πολλάκις. Etiam h. l. deesse nonnihil putavit Reiskius, & καὶ ὅλως ἀνατρέπειν πολλάκις scriptum olim suspicatus est. Temere. Nihil sane desideratur, & particula καὶ ad πολλάκις adjecta est eadem ratione, qua καὶ πλείους, καὶ λίαν & id genus alia saepenumero legimus apud Polybium, de quo usu diximus ad I. 20, 6. conf. ad III. 40, 9.

Vers. 4. *Vers.* 4. ὀλιγωρήσομεν. Mendose ὀλιγωρήσαμεν ed. 1. Reg. F. G. Vesont.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἀφροντιστητέον Scaliger etiam correxerat ἀφροντιστέον, non ἀφροντιστέω, (quod operarum errore positum in scholio nostro) dat ed. 1. consentientibus msstis, tamquam a verbo ἀφροντίζω, quod ex vulgatis ante suam aetatem lexicis absque alia auctoritate citavit Henr. Stephanus in Indice Thesauri. Verbo ἀφροντιστεῖν Polybius utitur IX. 13, 1. — *Ibid.* περιπίπτομεν. περιπίπτοιμεν ed. 1. invitis nostris codicibus.

Cap. XVII. CAPUT XVII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἐπιβαλόμενος. ἐπιβαλλόμενος ed. 1. cum Aug. Regiis & Vesont. putamus & cum ceteris codd. Et id quidem servari potuerat. — *Ibid.* παραγενηθέντα. Perperam παραγεννηθέντα ed. 1. 2. — *Ibid.* In mendosam scripturam ἐπὶ πρεπίου cum editis consentiunt Vrb. Med. Aug. Reg. F. Vesont. Tubing. Ex scriptura, quam habet alter Med. & ora Aug. suspicari possis, vel ἐπιμεῖναι legendum, ut c. 18, 6. vel περιμένειν. Sed sic particulae ὡς nulla vis fuerit, nisi ex οὕτως corruptam conjicias, ut sit οὕτως ἐπιμένειν, vel οὕτως περιμένειν, *ita manere, ita exspectare.* ἐπὶ Λεπρέου, quod primum in mentem venerat Reiskio, alienum prorsus est. Est enim Lepreum

Digitized by Google

preum Triphyliæ oppidum, cum Cynætha in maxime ſeptemtrionali parte Arcadiæ fuerit ſita. Specie non caret alterum, ὡς ἐπὶ Ἡραίου. Sed veritatem quis præſtabit? Minime omnium placet Gronovii conjectura, ὡς ἐπ' ἐρειπίων, quaſi de *ruderibus* quibuſdam aut *parietinis* ageretur, quæ prope Cynætham fuerint; cujuſmodi ἐρείπια etiam apud Laſionem ait memorari apud Noſtrum V. 102, 6. nempe ex Caſauboni conjectura, quæ ipſa lubrico admodum nititur fundamento. Meminimus ab erudito viro juvene P. C. Buttmann Francofurdenſi, cum in conferendis Polybii codicibus Pariſienſibus amicam ſociamque operam olim nobis navaret, ſagacem doctamque conjecturam ad hunc locum propoſitam, ὡς ἐπὶ ἄρκτου, quæ hoc unum incommodum habet, quod, quanam ratione notum ſatis vocabulum ἄρκτου in obſcurum πρεπίου corruptum fuerit, haud facile intelligitur: ceterum verum eſt, fluvium eum, ad quem ſita Cynætha erat, (ſive Crathis is fuit, ut habet Danvillii tabula, ſive Selinus, ut habet tabula quæ ad cap. LII. Itinerum minoris Anacharſidis pertinet) verſus ſeptemtrionem ab oppido illo decurriſſe. Verſ. 1.

Ibid. ἀνεσχολήσαντα, *otium ibi agentem, morantem*, rarum utique verbum, & vix alias auditum; nec tamen contra analogiam formatum. Habet illud Aug. cum editis, nec diſſentit putamus Vrb. nec Med. Mendoſe ἀνασχολήσαντα Reg. F. G. Veſont. & Vrſin. ἐσχολήσαντα maluerat Reiſkius. conf. verſ. 4.

Verſ. 2. ὅτε λάβοιεν. Perperam ἤτε λαβ. Regii & Veſont. — *Ibid.* τὸν καιρόν. Aut τὸν delendum cenſuit Reiſkius, aut εὔθετον legendum. Nobis ſatis facit vulgata. — *Ibid.* συνταχθέντα correxit Caſaub. cum Vrſino; ſic vero habet & Aug. in quo tamen litera τ poſtmodum, ſed ab antiqua manu, inſerta videtur. συναχθέντα ed. 1. cum ceteris msstis. — *Ibid.* τάφον correxit idem Caſaub. cum Scaligero, & hic, & rurſus verſ. 6. cum utrobique τάφρον daret ed. 1. conſentientibus omnibus msstis. Verſ. 2.

Digitized by Google

Et articulus masculini generis & res ipsa τάφον utique desiderabat.

Vers. 3. *Vers.* 3. εἰθισμένοις. ἠθισμένοις Aug. Regii, Vesont.

Vers. 5. *Vers.* 5. τοῦ καιροῦ συνάψαντος. συνάξαντος ferri potuisse existimavit Reiskius, nescimus quid respiciens, nisi forte V. 24, 1. Sed ibi συνάγειν est *compellere, urgere:* nunc vero nil aliud dicere voluisse videtur Polybius, nisi *adpetente tempore, cum adesset tempus.* Itaque rectum putavimus συνάψαντος, quod familiare Polybio est in ea re verbum.

Vers. 6. *Vers.* 6. πρόβατα μαλακὰ — „sunt *oviculae tenellae*, a partu recentes. Ita Cicero de Senectute: *vetulis equis teneros anteponere solemus.* De *pellitis ovibus*, quas latina Casauboni dat interpretatio, vide Varronem de Re Rust. II. 2." — Haec bene REISKIVS: sed supra modum indulsisse ingenio censendus est, cum dehinc sic legendum conjecit: τῶν εἰθισμένων Ἥρᾳ παρὰ τῆς πόλεως τρέφεσθαι, *quas oves civitas Cynaethensium solebat publice Iunoni alere.* Quod quidem τρέφεσθαι voluit, pro τρέφειν, id vero recte feciisset, si ea sententia esset, quam in latina versione Casaubonus expressit, quem & nos temere sumus secuti, *quod genus (ovium) circa urbem solet pasci.* Sed nihil impedit, quo minus genitivum τῶν εἰθισμένων referamus ad τις, *habebat oves delicatas aliquis eorum qui prope urbem consueverant oves alere.* (De pellitis ovibus conf. Casaub. ad Polyb. lib. IV. p. 196. & interpretes Horat. ad lib. II. od. 6, 10.)

Ibid. βιωτικὸν ex Aug. habet etiam ed. 1. in ora & est haud dubie vera lectio, quam & Reiskius probavit. Est autem βιωτικὸν idem fere ac ἰδιωτικὸν, *ad rem familiarem, ad privatum vitae usum pertinens, res privata.* Vide IV. 37, 8. & XIII. 1, 3. quo loco post κατὰ τὰς οὐσίας ἐνδεδεμένους inserenda verba sunt, nostra culpa praetermissa, εἰς πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. Confer Wesseling. ad Diodor. Tom. II. p. 611. & Wetstenium ad I. Epist.

Digitized by Google

Epist. ad Corinth. 6, 3. — *Ibid.* ἐπὶ τὸν αὐτὸν τάφον. Vide ad vers. 2.

Vers. 8. ἡτοιμάσθαι. Sic ed. 1. Aug. Reg. G. Vesont. Vers. 8. ἡτοιμᾶσθαι ed. 2 & sqq. cum Reg. F. — *Ibid.* προβληθέντες, *in judicium adducti.* conf. Reiskii Ind. Demosth. in προβάλλεσθαι.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Vers. 1. τὴν τῶν Μεγαλ. πόλιν Casaub. cum Aug. Reg. F. G. Vesont. τὴν deest ed. 1. perperam. τὴν Μεγαλ. absque τῶν habet Vrb. & Vrsin. — *Ibid.* τὸν Φωλεόν. In hanc scripturam consentiunt omnes, excepto Reg. F. in quo est Φωλαών. conf. II. 55, 5. & ibi notata. Vers. 1.

Vers. 2. βραχείας. βραχίας Vrb. In latina versione, pro *esse brevissimas*, quae Casauboni sunt verba, scribe, *jam admodum esse breves.* — *Vers.* 3. τῆς ἡμέρας καταλαμβανούσης, intellige αὐτὸν, *quum lux ei supervenisset.* — *Vers.* 4. ὃς, εἰ κατὰ &c. Sic rectissime dant edd. cum quibus facit (ni fallimur) codex Med. Perperam ὡς εἰ κατὰ Vrb. Aug. Reg. F. G. Vesont. Vers. 2 sqq.

Vers. 5. ὡς ἐπάνω προεῖπον. Vide lib. V. c. 97. — *Ibid.* Μελιτειέων recte Casaub. conf. V. 97, 5. & Steph. Byz. Μελιτσαίων ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. Ex ceteris nil adnotatum. Mox *vers.* 6. Μελιτσαίων dant iidem Aug. & Regii & Vesont. cum ed. 1. — *Ibid.* ἐπιμένειν. ἔτι μένειν voluit Scaliger; sed probum & Polybianum verbum est ἐπιμένειν, pro simplici μένειν. Vers. 5.

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Vers. 1. Νικίας. Conf. Thucyd. lib. VII. c. 50 sqq. & Plutarch. in Nicia p. 538 sqq. — *Ibid.* τὸ περὶ τὰς Συρακούσας στράτευμα. τὰ - - στρατεύματα solus Vesont. sed & in hoc vera lectio ab eadem manu indicatur intra lineas. — *Ibid.* σελήνης. Mendose ἐλλήνης ed. 1. cum Med. Vers. 1.

Vers. 2. παρὰ τοῦτο Casaub. cum Vrb. & Vrsino. Corrupte πᾶσι τοῦτο ed. 1. cum reliquis codicibus. conf. ad Vers. 2.

Digitized by Google

Verſ. 2. VIII. 2, 9. — *Ibid.* κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοῦ νύκτα ποιησαμένου τὴν ἀναζυγήν. αὐτοῦ, quod habent editiones omnes, utrum ex conjectura ductum ſit, an ex msto libro, neſcimus. αὐτῷ habent Vrb. Aug. Regii, Veſont. Tubing. & Vrſin. Ceterum non inſequente nocte, ſi Thucydidem audimus Plutarchumque, diſceſſum molitus eſt Nicias; ſed uſque ad proximum pleniluniun manere conſtituerat: nec inſequente nocte, ſed octavo demum die in Syracuſanorum pervenit poteſtatem.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. δυνατὰς ἦν οὐχ οἷον παραλιπεῖν &c. Particulam ἄν adjicias, an minus, parum intereſt. Sed ad παραλιπεῖν neceſſario deſiderari *particula negans* videtur; & utique οὐχ οἷόν ἐ᾽ παραλιπεῖν vel οὐχ οἷόν μὴ παραλιπεῖν ſcriptum oportuiſſe putemus. Prætermitti illa particula utcumque potuiſſet, ſi poſt ἀλλὰ ſequeretur negatio; quemadmodum latine dicimus *non modo hoc*, (pro *non modo non hoc*,) *ſed ne illud quidem*.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐμπείροις. Mendoſe ἐμπειρίοις ed. 1. invitis noſtris msstis. — *Ibid.* μέχρι τῶν προειρημ. Perperam τῶν deeſt Regiis & Tubing.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Περὶ δὲ τῆς τῶν κλιμάκων θεωρίας. De hoc argumento dicturum ſe promiſerat lib. V. c. 98. — *Ibid.* τοιοῦτός τις. τις deeſt Regiis, Veſont. & Tubing.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. οἷον γὰρ ἂν δέκα τινῶν, — „ſcil. pedum, aut cubitorum, aut orgyarum.“ REISK. — *Ibid.* συμβαίνῃ. Vide Suidam in Δαψίλων. — *Ibid.* τὰς κλίμακας. Articulum, quem adjiciendum Reiſkius monuit, non neglexit Suidas l. c. — *Ibid.* δαψιλῶν recte edd. cum Vrb. & Regiis & Aug. a prima manu. Sic etiam debuit Suidas, apud quem corrupte quidem δαψίδων legitur, quod ex δαφιλῶν ortum. non ex δαψιλῶς.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὴν δ᾽ ἀπόβασιν, *diſtantiam vero ab imo muro*. — „ἀπόβασις eſt idem, quod ἀπόστασις τῆς κλίμακος ἐν τοῖς κάτω πρὸς τῷ ἑξάφει μέρεσιν ἀπὸ τοῦ τείχους.“ REISK. — Vide ad VIII. 6, 4. Dubitatio vero, quæ de menſurarum ratione, hic & verſ. præced. tradita, oborta Reiſkio erat, nemi-

Digitized by Google

neminem turbabit geometricarum rationum paululum peritum. — *Ibid.* γίγνωνται. Perperam γίγνονται ed. 1. Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* ὀρθότερα. ὀρθώτερα ed. 1. Aug. Regii, Veſont.

Verſ. 8. ὕψους. ὕψος ed. 1. Reg. F. & Reg. G. a ſecunda manu. Sic & Veſont. in contextu, ſed ὕψους intra lineas. — *Ibid.* ἐπιπέδοις correxit Caſaub. ὑποπέδοις ed. 1. conſentientibus omnibus msstis. — *Ibid.* πολυπραγμονεῖν τὰ παρὰ τῶν μαθηματικῶν, *tractare, diſcere ea, quæ traduntur a Mathematicis.* Sic ex Caſauboni emendatione, quæ ſpecie non caret, & analogiæ eſt conſentanea. Rectius vero, judice Reiſkio, abeſt τὰ ab edit. 1. cum qua conſentiunt ſcripti libri omnes, niſi forte articulum agnoſcit unus codex Med. e quo nihil notavit Gronovius. — „πολυπραγμονεῖν παρά τινος (ait REISKIVS) eſt, *aliquid ab aliquo ſedulo diligenterque percunctando requirere, ſciſcitari.*“ — Sic igitur ad πολυπραγμονεῖν intelligendum fuerit αὐτὸν, ſcil. τὸν πρέπον τῆς λήψεως, & ſententia erit: *qui eum diſcere volent a Mathematicis.* Verſ. 8.

CAPVT XX. Cap. XX.

Verſ. 1. γεγεωμετρημένας correxit Caſaub. γεωμετρημένας ed. 1. Aug. Regii, Veſont. putamus & ceteri codd. — *Ibid.* τελείως Caſaub. cum msstis noſtris. τελέως ed. 1. Verſ. 1.

Verſ. 3. τὸ περιλαμβανόμενον τῇ στρατοπεδείᾳ χωρίον, *ſpatium* vel *area quam occupant* vel *comprehendunt caſtra.* Vtique mendoſum eſt παραλαμβανόμενον, quod h. l. habent vulgo omnes, ſcripti & impreſſi. Conf. V. 24, 2, ubi in eadem fere connexione περιλαβομένων correxerat Caſaubonus, pro περιβαλομένων, quod tamen ibi teneri debebat & a nobis revocatum eſt. — *Ibid.* κατὰ λόγον recte Caſaub. cum ora ed. 1. & ora Aug. ab ant. manu; ſic vero & Med. in contextu, ni fallimur, & codex Vrſini. κατ' ὀλίγον ed. 1. & Aug. in contextu Vrb. Regii, Veſont. Tubing. Conf. ad VIII. 2, 6. Verſ. 3.

Digitized by Google

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐν τοῖς περὶ τὰς Τάξεις ὑπομνήμασιν. παρὰ cum περὶ commutatum, cum persæpe aliàs, tum modo nunc vers. præced. vidimus, in παραλαμβανόμενον pro περιλαμβανόμενον. Commodissime autem τὰ περὶ τὰς Τάξεις ὑπομνήματα *commentarios Tacticos* latine reddi posse putavimus. Sunt enim αἱ τάξεις non solum *ratio instruendæ aciei*, ut III. 72, 11. & c. 109, 2. (quæ proprie ἡ παράταξις dicitur, VI. 26, 11. & persæpe aliàs) sed omnes eæ partes, circa quas versatur ipsa illa ars, quam vulgatissimo vocabulo τὴν Τακτικὴν vel τὰ Τακτικὰ vocant Græci: quas partes succincte enumeravit Aelianus, Tactic. c. 4. Quare ipsi commentarii Tactici sive Ars Tactica Aeliani, in vetustissimis quidem exemplaribus, hunc titulum habent, περὶ στρατηγικῶν Τάξεων. Quod autem ὑπομνήματα dicit Polybius, id est, *Commentarios;* (non τὸν περὶ τὰς Τάξεις vel περὶ τῶν Τάξεων λόγον, quemadmodum *disputationem de forma Reipublicæ Romanæ*, libro sexto Historiarum insertam, τὸν περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας λόγον vocat V. 111, 10.) satis significare videtur, *peculiari scripto Præcepta Tacticæ artis a se esse exposita:* quod scriptum etiam diserte laudatum videmus ab Aeliano & Arriano in Tacticis. Vide Testimonia Veterum de Scriptis Polybii, collecta a nobis Tom. V. p. 24 sq. Dubitavimus aliquantisper, recte ne περὶ τὰς Τάξεις in accusativo dicatur, cum περὶ τῶν Τάξεων dicendum videri posset: sed bene id habet, eademque ratione dictum est, qua ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις τρόπος IX. 1, 4. & ὁ περὶ τὰς πράξεις ibidem; & τὰ περὶ τὰς γενεαλογίας καὶ μύθους IX. 2, 1. & sexcenta id genus alia. Lectionem illam περὶ Παρατάξεων, quam nullus codex in contextu habet, ingenio docti alicujus viri deberi, qui mendosam esse scripturam librorum παρὰ τὰς Τάξεις vidisset, satis intelligitur. Et in commentariis περὶ Παρατάξεως, id est, *de instruenda acie*, ne proprius quidem locus futurus erat, de his rebus, quas hic dicit, commentandi.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 5. Οὐ γὰρ οἶομαι τοῦτό γε μετρίως ἡμῖν ἐπιτρέπειν οὐδένα, διότι &c. Perperam ὑμῖν, pro ἡμῖν, habent Regii. & Vesont. In ὑποίσειν vero consentiunt scripti & editi omnes; nisi quod unus Reg. G. corruptissime prorsus ὑπομήσειν habet. Verba autem ista sic vertit Casaubonus: *neque enim fore arbitror, qui modestia quadam nobis objiciant.* Et Ernestus in Lexic. Polyb. ὑποφέρειν τι τινί, interpretatus est *objicere, excipere.* Ac sane, sive ὑποίσειν sive ἐποίσειν legamus, de notione verbo isti h. l. subjecta non dubitare nos sinit connexio sermonis. Iam vero verbo quidem ὑποφέρω ab Henr. Stephano in Thes. Gr. Ling. cum Guil. Budæo videmus hanc significationem tribui, *objicio, exprobo.* At unicus locus, ad quem hi provocant, est ille Herodiani, Historiar. II. 5. ubi vulgo sic legitur: ὡς, εἴ τι ὑποπτεύσετε, ἑτέροις ὑποφέρειν τὸ ἔγκλημα. Sed ibidem non solum Andr. Schotti codex mstus ἐπιφέρειν, non ὑποφέρειν, dabat, verum in eamdem scripturam ἐπιφέρειν probatissimi quique codices, Vindobonensis, Venetus, & Bavaricus, quem ipsi contulimus, consentiunt. Quae scriptura, monente etiam Andr. Schotto, haud dubie auctori Herodiano jam pridem restitui debuerat. Nam ὑποφέρειν τί τινι, *objicere alicui aliquid, culpam in aliquem conferre,* nusquam aliàs, quod sciamus, reperitur: vulgatissima vero dictio est, & Polybio juxta cum optimis quibusque scriptoribus frequentata, αἰτίαν, διαβολὴν, ὑπόνοιαν, ἔγκλημα (& similia) ἐπιφέρειν τινί. vide III. 5, 4. V. 41, 3. &c. Quare quo frequentius & aliàs ὑπὸ & ἐπὶ permutata inter se a librariis novimus, eo minus dubitandum duximus, quin ἐπιφέρειν hoc loco restitueremus Polybio. Ceterum, adverbio μετρίως quamnam notionem nunc subjicerit scriptor, haud satis adparet. Casauboni quidem istam interpretationem, *modestia quadam,* vix ferendam esse, nemo putamus dubitaverit. Miramur intactum relictum esse hunc locum a Reiskio. Ernestus in Lexico Polybiano, hunc ipsum locum citans, μετρίως *facile, temere* exponit: quae commodissima sane foret sententia,

Vers. 5.

Digitized by Google

Vers. 5. tentia, *id quidem neminem puto mihi facile* (vel *temere*) *objecturum;* sed exempla hujus usus requirimus, quae nusquam comparent. Nos hunc noſtrum locum conferentes cum illo, quem XVII. 15, 4. legimus, putavimus, μετρίως Polybium dixiſſe pro *convenienter, recte, cum ratione, jure aliquo, merito;* eadem prorsus ratione, qua latine, *modo ac ratione*, dicimus, pro *bono modo, recte, convenienter.*

Ibid. τοὺς ὀρεγομένους αὐτῆς recte Caſaub. τοὺς ὀρεγ αὐτὴν ed. 1. cum mastis noſtris.

Vers. 6. *Vers.* 6. χάριν τῆς ἐν ἑκάστοις ἐπιφάσεως, *oſtentationis cauſa; ut in eorum quoque gloriari aliquis poſſit.* In eandem ſententiam commode Caſaubonus: *ad inanem ambitionem ſpeciem.* Neſcimus vero quid Erneſtus ſpectarit, cum in Lexic. Polyb. hunc locum citans ſcripſit, ἡ ἐν ἑκάστοις ἐπίφασις, *judicium de ſingulis rebus.* Vocabulum ἐπίφασις obverſatum fuiſſe animo docti viri videtur. — *Ibid.* στωμυλίας correxit Caſaub. Et ſic habet cod Veſont. στομυλίας, per ο breve, edit. 1. cum Aug. & Regiis: fortaſſe ne id quidem male. — *Ibid.* πολύ τι μᾶλλον ἐπιπλημμάζων. Adverbium μᾶλλον non ad πολὺ referendum, ut πολὺ μᾶλλον ſit *multo magis:* ſed conſtructio verborum in hunc modum intelligenda, ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἀποδημμάζων πολύ τι, id eſt, *ego vero potius valde improbans* &c. Qua notione, *potius, quin potius, immo vero*, paſſim illam particulam frequentat noſter, ut II. 56, 2. II. 71, 1. IX. 23, 4. &c. quo & pertinere videtur I. 55, 7.

Ibid. Poſt ἐπιτάττειν, monente etiam Reiſkio, comma interpoſuimus, quo magis adpareret ratio conſtructionis; ad quam non ſatis adtendens Caſaubonus, alienam Polybio ſententiam adfinxit, cum graeca verba inde a παραλήψεως δὲ ita vertit: *ſic etiam praecipiendi, ut neceſſaria praſidia earum rerum quas uſus quotidianus poſtulat, aliquanto longius repetantur, acerrimus ſim auctor.* — *Ibid.* Φιλοτιμότατος. In ω longum & hoc loco & vers. 9. conſentiunt cum editis codices noſtri omnes; cum tamen, ex

prae-

Digitized by Google

præceptis grammaticis, præcedens ſyllaba longa τι neceſ- Verſ. 6.
ſario ε breve requireret. — *Ibid.* Φιλοτιμότατός εἰμι καὶ σπουδάζων. Languere videri poteſt καὶ σπουδάζων, poſt Φιλοτιμότατος, quod fortius eſt. Id putamus ſpectans Reiſkius, Φιλοτιμοτάτως εἰμὶ κατασπουδάζων legendum ſuſpicatus eſt; ſed minus etiam concinna ac prorſus inuſitata videbatur periphraſis hujuſmodi, εἰμὶ κατασπουδάζων, pro κατασπουδάζω. Cogitaveramus Φιλοτιμότατός εἰμι κατασπουδάζων, ut participium penderet a nomine Φιλοτιμ. Sed ne hoc quidem ſatis placuit: itaque in vulgata adquieſcimus.

Verſ. 7. ἢ τοὺς αὐλητικῆς reſtituimus ex mſstis noſtris Verſ. 7.
Aug. Regiis, Veſont. & Tubing. ἢ τῆς αὐλητικῆς dabant edd. — *Ibid.* τὸ τέλος ἑκατέρου τῆς τῶν προειρημ. συνεργίας. — „Legendum tranſpoſitis vocabulis τῆς ἑκατέρου τέλος redit ad artem ſaltandi & tibiis canendi: τῶν προειρημένων redit ad rythmos, præcepta muſica & palæſtrica exercitia.“ REISKIVS. — At, interjecta particula ἢ, diſtinxerat Polybius τοὺς ὀρχηστικῆς & τοὺς αὐλητικῆς ἐφιεμένους, quare τὸ τέλος ἑκατέρου ad utramque harum artium referendum videtur.

Verſ. 8. ἀσχάλλειν recte Caſaub. cum Aug. & Vrſino. Verſ. 8.
Perperam ἀσχάλειν ed. 1. Regii, Veſont. putamus & Vrb. — *Ibid.* εἰ δεήσει τῶν ἐκτὸς ἐπιτηδευμάτων μέχρι τινὸς ἀναλαμβεῖν, ſi alias nonnullas artes, extrinſecus adſumendas, oporteat ipſos aliquatenus delibare. ἀναλαμβάνειν τὰς τέχνας, eſt, *addiſcere*, *attingere*, *tractare artes*; quo pertinet etiam fortaſſe illa phraſis ἀναλαμβάνειν βίβλον, *attingere*, *tractare*, *legere librum*, III. 9, 2. & alibi. Sed cum quarto caſu, non cum ſecundo, conſtruitur illud verbum. Quare h. l. videri poterat, ad τῶν ἐκτὸς ἐπιτηδευμάτων interciditſe aut intelligendum eſſe pronomen τι vel τινά. Sed, ni nos ratio fallit, pendet ille genitivus τῶν ἐπιτηδευμάτων a phraſi μέχρι τινός, & ἀναλαβεῖν μέχρι τινὸς τῶν ἐπιτηδευμάτων idem valet ac ἀναλαβεῖν τὰ ἐπιτηδεύματα μέχρι τινὸς ſc. μέρους, ſive ἀναλαβεῖν μέρος τι τῶν ἐπιτηδευμάτων.

Verſ.

Digitized by Google

Vers. 9. *Vers.* 9. τοὺς περὶ τὰς βαναύσους τέχνας ἀσκοῦντας. — „Subaudi ἑαυτοὺς aut τὰ σώματα. Solent Græci ἀσκεῖν in activo pro ἀσκεῖσθαι usurpare. vid. Dion. Chrysost. p. 616, 3. Arrian. Dissert. Epict. p. 253. ult. & p. 399, 1. Dion. Cass. p. 922, 66. & p. 1111, 8. Diodor. Sic. T. I. p. 153, 22. Item Latini *exercere* simpliciter dixerunt pro *exercere se*, ut apud Ciceronem de Orat. II. 71. *ut M. Lepidus, cum cæteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset;* ubi male editio Pearcii ad *cæteris* addit *se*." REISKIVS. — Eodem modo verbo composito utitur Polyb. I. 63. 9. ἐν τοιούτοις πράγμασιν ἐνασκήσαντες. Dicunt autem promiscue ἀσκεῖν τέχνην, & ἀσκεῖν (scil. ἑαυτὸν, aut τὸ σῶμα, aut τὴν ψυχὴν) περὶ τέχνην, & ἀσκεῖν (τὸ σῶμα, τὴν ψυχὴν vel ἑαυτὸν) πρός τι, velut apud Xenoph. II. 1, 20. ἀσκεῖν τὰ σώματα πρὸς ἰσχύν. Eademque ratione cognatæ significationis verbum ἐκπονεῖν non modo cum accusativo construitur, ut ἐκπονεῖν τὰ καλὰ, ἐκπονεῖν τὸ σῶμα, ἐκπονεῖν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, τὰ περὶ τοὺς θεούς, (quam in partem exempla collecta vide a Zeunio in Indice Græcitatis ad Xenoph. Cyropæd.) verum etiam absolute; id est, non disserte expresso accusativo, ἐκπονεῖν πρός τι, ut apud eundem Xenoph. in Memorab. Socr. lib. II. c. 4, 13. ἢ μᾶλλον ἀσκῆσαι, ἢ πρὸς μάθησιν ἐκπονῆσαι (nempe τὴν ψυχὴν vel ἑαυτὴν, quoniam præcessit hoc ipsum nomen ἡ ψυχή.) Quod eo monuimus, quoniam in prædicto Xenophontis loco præter rationem (ut nobis quidem persuasum est) eruditus editor, quem paulo ante nominavimus, mendosam judicans vulgatam scripturam, aut τὰ πρὸς μάθησιν legendum statuit, aut (quod ipse prætulit ediditque) προμάθησιν (una voce) ἐκπονῆσαι.

Ibid. προαιρουμένων. Monuerat Reiskius, aut delendum esse articulum τῶν, quem ante προαιρουμένων repetunt vulgo editi cum mss^tis, aut addendum πάντων vel ἄλλων. Haud dubie tollendus fuit, quem inseruit imperitia hominis, qui connexionem sermonis non habuerat perspectam. Satis adparet naturalis ordo constructionis, τῶν προ-

προειρημένων διαφέρειν περὶ τὰ πάλιστα. Magis corrupte, quam ceteri, Reg. F. & Tubing. dant τῶν προειρημένων διαφέρειν. — *Ibid.* ὁμολογήσεις ſcripſimus cum Aug. & Veſont. Perperam ὁμολογήσεως edd. ὁμολογήσεσι Regii.

CAPVT XXI. Cap. XXI.

Verſ. 1. Οἱ δὲ πλεῖστοι &c. — „Fragmentum hoc univerſe quidem cum ſuperioribus cohæret: ſic tamen, ut intermedia quædam deſint; quod apparet e verbo προειρημένων, quod redit ad πόλεων. id tamen non præceſſit.“ REISKIVS. — Plerique codices mſsti Fragmentum hoc a ſuperiori diſtinguunt. Verſ. 1.

Verſ. 4. τοῦτου δ' ἐστὶν αἴτιον. Sic correxit Caſaub. cum quo neſcimus an faciat Med. e quo nil notatum. Ex codice Vrbinate nunc & abhinc nihil amplius proferre nobis licet, niſi quæ Caſaubonus in ora Baſileenſi adnotavit: quæ a Spalletto nobiſcum ex illo codice communicata ſunt, non ultra caput proxime præcedens progrediuntur. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐκπλήττεσθαι &c. — „Forte ſic ordinanda ſunt verba: ποτὲ μὲν ἐκπλήττεσθαι, θαυμάζοντας, εἰ δυνατόν.“ REISKIVS. Verſ. 5.

Verſ. 7. ἀδίκημα. — „Recte reddidit Caſaubonus ἀδίκημα per vocabulum *error*. τὸ δίκαιον ſæpe *verum* & *rectum* eſt. vide Kypke T. I. p. 374. Obſervv. ad N. T. Adeoque ἀδίκημα eſt aberratio a vero, etiam in opinatione.“ REISKIVS. — *Ibid.* περὶ τὰς τῶν πόλεων ἀποφάσεις· περὶ τὰς τῶν πολλῶν ὑπὲρ τῶν ἠρεινῶν πόλεων ἀποφάσεις ſuſpicatus eſt idem Reiſkius. Poſſis minori molitione περὶ τὰς ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀποφάσεις conjicere. Sed ne hac quidem novatione opus videtur. Bene habet vulgata ſcriptura, intelligenda per ellipſin præpoſitionis περὶ, quæ ad τῶν πόλεων omiſſa eſt, ne bis eadem vox concurreret. Similima ratione Diodorus Siculus lib. I. c. 6. ait: περὶ τῶν μυθολογουμένων ἑκάστου τῶν ἀθανάτων, τὰ μὲν πολλὰ συντάξασθαι πειρασόμεθα, id eſt, *de eis quæ de unoquoque deorum* Verſ. 7.

Verſ. 7. *rum fabuloſe narrantur* &c. Iurares, ſcribendum fuiſſe ὑπὲρ vel περὶ ἑκάστου.

Ibid. πλείους οἰκίας ὑπολαμβάνουσι κατέχεσθαι. Aut πλείοσιν οἰκίαις legendum contendit Reiſkius, aut πλείους οἰκίας ὑπολαμβ. κατέχειν, in activa verbi forma. — Niſi forte κατέχεσθαι in medio genere haud incommode ponitur, pro *in ſeſe comprehendere.*

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὰς οἰκίας τῶν οἰκοδομιῶν. Non ſatis liquet, quid ſit quod dicit οἰκίας τῶν οἰκοδομιῶν, *domos* vel *ædes ædificationum* aut *ædificiorum.* An οἰκοδομίας dicit *integras ſeries ædificiorum, inſulas, domos complures continentes?* An verborum ſententia non alia niſi hæc eſt: *non enim in aedificando ædes eriguntur ad lineam, quæ inclinationi ſoli ad rectos angulos inſiſtit?* Reiſkius putavit pro οἰκοδομιῶν ſententiam poſtulare ὀρεινῶν, vel βουνωδῶν, aut ἐν βουνοῖς ᾠκοδομημένων. Eodem jure dicere liceret, ſententiam requirere τὰ τείχη τῶν οἰκιῶν, *muros ædium.* Nos quidem nihil immutare auſimus. Quod vero deinde pro μὴ τοῖς ἐγκλίμασι τῶν ἐδάφων Reiſkius ſcribendum contendit μὴ ἐν τοῖς κλίμασι τῶν ἐδάφων, haud dubie fefellit virum doctum conjectura; & nihil facit ad illius ſtabiliendam ſententiam, quod paulo poſt τὰς ἐν τοῖς κλίμασιν οἰκίας ſcribit Polybius. Recte vero ἐγκλίμασι habent h. l. editi, pro mendoſo ἐγκλήματι quod eſt in Aug. Regiis & Veſont. — *Ibid.* οἰκοδομεῖσθαι. Poſſis ἐνοικοδομεῖσθαι conjicere, ut ab hoc verbo pendeant dativi τοῖς ἐγκλίμασι & τοῖς ἐπιπέδοις. Nunc iidem dativi pendebunt a verbis πρὸς ὀρθάς. — *Ibid.* βεβηκένοι, *ſtare, inſiſtere.* conf. VIII. 6, 10. & Adnot. ad VIII. 6, 4.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τοῦ φαινομένου παιδικῶς ὅπως (ſive παιδικῶς πῶς malueris) τὸ λεγόμενον. In latina verſione præteriit hæc verba Caſaubonus; nec defectum (ut paſſim aliâs fecit) ſupplevit Gronovius. In eiſdem interpretandis, ab auctoris ſententia plurimum aberravit Reiſkius, græca tali modo conſtituenda ſuſpicatus: Γνοίη δ' ἄν τις ἐκ μὲν τοῦ φαινομένου παιδικῶς, ἀλλ' ὅμως, τὸ λεγόμε-

λεγόμενον. Nobis ſententia Polybii haud obſcura videtur; in verbis non omnia ad liquidum perducta ſunt. Recte Caſaubonus παιδικῶς edidit, cum παιδικὼς daret editio 1. cum msstis. In ὅμως, quod nullo modo videtur eſſe hujus loci, cum editis conſentit Aug. ὅπως ex ingenio, ut ipſe ait, reſcribere juſſerat Vrſinus; id ipſum vero exhibuerunt codices noſtri Regii, Veſont. & Tubing. e quibus adoptavimus. Iam non aliud quidem in promtu habemus exemplum, ubi ὅπως eadem ratione, qua enclitica particula πως uſurpetur: ſed quemadmodum ὅπως ſæpe idem fere quod πῶς valet, ſic & eamdem vim ac enclitica particula πως poterit habere. Igitur παιδικῶς ὅπως fuerit *puerili quadam ratione.* ἐκ τοῦ φαινομένου eſt *ex eo quod adparet, quod manifeſtum eſt.* Et totius ſermonis hæc fuerit ſententia: *Cognoſcat vero aliquis ex eo quod vel puerili quadam ratione cuivis adparet; ex ratione quæ vel pueris perſpicua atque evidens eſt.* Sic XVII. 1, 12. ἁπλοῦν λόγον καὶ φαινόμενον dicit *ſermonem ſimplicem atque planum, perſpicuum, facile omnibus intelligendum, nihil reconditi habentem.* Verſ. 9.

Verſ. 10. εἰ γὰρ νοήσαι τις. Sic recte Caſaub. & ſeqq. In νοήσαι conſentiunt Vrb. Aug. Regii, Veſont. Tubing. Mendoſe νοήσας ed. 1. & Med. νοήσει præter rationem voluit Reiſkius. τις carent Aug. Regii, & Veſont. ſed habent cum editis Vrb. & Med. item Aug. in ora ab antiq. manu. Quod ſi ab omnibus abeſſet, non magnopere deſideraſſemus: ſed oblatum a probis codicibus, & jam receptum ab editoribus, loco noluimus movere. — *Ibid.* εἰς ὕψος ἀνατεταμένας τὰς ἐν τοῖς κλίμασιν εἰκίας. Ante εἰς ὕψος ſcripti omnes cum editis articulum τὰς ponunt, quem eumdem deinde repetunt iidem ſcripti libri ante ἐν τοῖς, excepto Med. qui habet τὰς εἰς ὕψος ἀνατ. καὶ ἐν τοῖς, quod eodem modo habuiſſe videtur codex Hervagii. Hinc τὰς εἰς ὕψος ſervavit editor, καὶ vero ante ἐν τοῖς delevit, & eodem modo poſteriores editores. Nobis Polybiano ſtylo convenientius viſum eſt, delere cum Reiſkio articu- Verſ. 10.

Digitized by Google

Vers. 10. lum ante εἰς ὕψος, eumdemque cum pleriſque codicibus ante ἐν τοῖς κλίμασιν reponere. ἀνατεταμένας recte edidit Caſaub. cum Aug. Regiis, Veſont. Tubing. Sic ἀνάτασις εἰς ὕψος, *altitudo*, V. 44, 3. & aliâs. Mendoſe ἀνατεταγμένας ed. 1. Med. & Vrb. — *Ibid.* ἰσοϋψεῖς recte edd. ἰσοϋφεῖς Vrb. Aug. Regii, Veſont. — *Ibid.* κατὰ τὰ τέγη. Perperam τὰ deeſt Regiis & Veſont. — *Ibid.* οἰκιῶν. οἰκειῶν ed. 1. & codd. Regii; eodemque modo fuerat in Aug. & Veſont. ſed in his correctum ab antiq. manu.

Ibid. παράλληλον ἔσται τοῦτο τῶν τοῖς λόφοις ὑποκειμένων - - ἐπιπέδων. τῷ - - ὑποκειμένῳ - - ἐπιπέδῳ malimus cum Reiſkio. Invenitur quidem & aliâs παράλληλος cum genitivo caſu, pro dativo conſtructum, VI. 41, 3. ſed haud ſatis aptus videtur pluralis numerus.

Cap. XXII.

CAPVT XXII.

De Argumento hujus Eclogæ confer Liv. XXVI. 37 ſq. Cæterum *de ingenio & moribus Hannibalis* conſuli poteſt Dio Caſſius (laudatus ad h. l. a Reiſkio) in Excerpt. Peireſc. XLVII. T. I. p. 21 ſeqq. ed. Reimari, & alii qui ibi a docto editore laudantur ſcriptores.

Vers. 2. *Verſ.* 2. διὰ τοῦ πρεσβύτου Μάγωνος. *Per Magonem majorem* vertit Valeſius. Ad quæ verba GRONOVIVS: „Quis igitur, ait, minor Mago? neque enim quiſquam auctorum fratrem Annibalis, aut quem infra vocat Magonem Samnitem, [cap. 25, 4.] aut cujus mentio eſt lib. VII. c. 2. Magonem vocat alterius Majoris reſpectu Minorem. Scriberem πρεσβευτοῦ, & verterem *per legatum Magonem.*“ — *Mago* ille quis fuerit, qui poſt Haſdrubalem rebus Pœnorum in Hiſpania præfuit, ſatis ex Livio & Appiano diſcimus: nempe idem ille frater Hannibalis, cujus III. 79, 4. & 114, 7. mentionem fecit Polybius; qui poſt pugnam Cannenſem victoriæ nuncius ab Hannibale Carthaginem, & paulo poſt a Pœnis cum novis copiis in Hiſpaniam miſſus eſt, de quo vide quæ collegimus ad Appiani Hiſtor. Hannib. c. 20. Vnde vero factum ſit, ut nunc πρεσβύτης

hic

Digitized by Google

hic Mago adpelletur, nos quidem non adſequimur. πρεσβευτεῦ, pro πρεσβύτου, nobis pariter venerat in mentem. Sed nec hoc facit ſatis: nam ſi Romano more *legatum* Hannibalis Magonem dixit, (conf. VI. 35, 4.) eodem modo Haſdrubalem legatum dicere poterat; at hunc non πρεσβευτὴν, ſed πρεσβύτερον dicit. Vtique uterque frater, Haſdrubal & Mago, natu minores videntur fuiſſe Hannibale: ſed ex his duobus Haſdrubal ſenior fuit, minor natu Mago. Itaque aut νεωτέρου ſcribendum fuit pro πρεσβύτου, (conf. XXXI. 20, 8.) aut hæc vox plane omittenda. Et quoniam intelligi non poteſt, quo pacto factum ſit, ut νεωτέρου in πρεσβύτου corrumperetur a librariis, probabile ſit nobis, nude διὰ τοῦ Μάγωνος ſcripſiſſe Polybium; vocabulum vero πρεσβύτου, cum in ora alicujus codicis pro ſynonymo τοῦ πρεσβυτέρου aut pro diverſa lectione eſſet notatum, iniquo loco in contextum eſſe inſertum. Ac fortaſſe ipſum illud πρεσβύτου genuina Polybii ſcriptura erat pro πρεσβυτέρου, quod temere in illius locum ſubſtitutum videri poteſt, eodem modo quo lib. XXXI. 20, 8. ex Vrſini conjectura vulgo πρεσβυτέρου editum eſt, (quod & nos ibi non recte tenuimus,) pro πρεσβύτου, quod & Vrſini codex & Bavaricus dabat. Recte vero ſervarunt editores πρεσβύτου XXVIII. 19, 4. cum utroque loco dicatur de *natu majore* ex duobus fratribus. Verſ. 2.

Verſ. 3. οἱ γὰρ τοὺς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὺς ἀποκτείναντες ἅμα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἦσαν οὗτοι. Quænam vis hic inſit voci ἅμα, haud ſatis adparet. An *eodem tempore*? ut hoc dicat: *Nam hi ſunt, qui eodem tempore, quo iſta in Italia geſſit Hannibal, Scipiones in Hiſpania occiderunt.* An intercidit nonnihil, ad illam particulam ἅμα pertinens, veluti ἅμα τῷ τοῦ Γέτκωνος Ἀσδρούβᾳ, *ſimul cum Aſdrubale, Giſconis filio?* (Conf. Liv. XXV. 32 ſqq. & Appian. Hiſpan. c. 16.) aut aliquid, quo ſignificaretur, has res in Hiſpania *auſpiciis Hannibalis* eſſe geſtas? Verſ. 3.

Verſ. 4. διὰ Μυτίλου. — „Hic eſt qui *Mutines* a Livio dicitur in fine libri XXV. [& ſæpe alibi, præſertim. Verſ. 4.

Vers. 4. XXVI. 40.] Libyphœnicum generis, Hippone oriundus: quem in locum Hippocratis Hannibal in Siciliam miserat, ut testis est Livius. Hic postea præfectura sua spoliatus ab Hannone, ad Valerium Lævinum Cos. transfugit, eique Agrigentum prodidit, quam ob causam civitate Rom. donatus est, ut præter Livium lib. XXVI. [c. 40. & XXVII. 5.] docet Varro apud Asconium in Pisonianam. Μουτίνας dicitur a Zonara Tom. II. Annal. ex Dione." VALESIVS.

Vers. 6. *Vers.* 6. Οὕτω μέγα τι χρῆμα &c. — „Hanc sententiam ex codice Vrbinate refert Casaubonus in Fragmentis, & libro IX. insertam fuisse testatur: ex quo patet, recte hoc Fragmentum libro IX. Polybii a nobis adscriptum fuisse." VALESIVS. — Nempe in cod. Peiresciano ad alias Eclogas in ora notatus erat numerus libri, e quo ductæ essent, ad alias non notatus; & in his quidem Valesius conjecturam aut certas quasdam rationes secutus definivit, quoad fieri poterat, ad quemnam librum quæque Ecloga pertineret. Scripta vero hæc sententia in codice Vrbinate est ad oram Excerptorum ex libro IX. & quidem eo fere loco, ubi desinit Excerptum Antiquum de Arte Imperatoria, cap. 21. & ubi incipit Excerpt. de Agrigento cap. 27. Quare hanc Eclogam de Hannibale inter utraque illa Excerpta inseruimus. Conf. notata ad initium cap. 12. In eodem vero cod. Vrb. sententia ista his verbis comprehensa legitur: Οὕτως μέγα τι φύεται χρῆμα καὶ θαυμάσιον &c. atque hanc veram putemus Polybii scripturam, quam in contextum receptam vellemus.

Ibid. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν, *secundum id quod initio constitutum est.* Sic XVI. 34, 11. pro κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς στάσιν, pariter σύστασιν haud dubie legendum.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἦχε. conf. ad III. 111, 3. εἰς ἐπίστασιν ἄγειν τινά, familiaris Polybio dictio, X. 40, 4. XXVIII. 3, 6. & alibi. ἦγε legendum monuerat Valesius. Sed præstat præteritum perfectum, quod & ad codicis scripturam propius accedit.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. Τυὰς μὲν &c. Carthaginenſes avaritiæ, Romani crudelitatis Hannibalem accuſabant: vide cap. 26, 11. — *Verſ.* 9. ἀναστέλλονται. *Texerint* vertit Valeſius, nempe *ingenium*. Rectius, *ſeſe continuerint, ſeſe repreſſerint* vel *inhibuerint*. — *Verſ.* 10. τὰς τῶν φίλων παραθέσεις eſſe *amicorum ſuggeſtiones*, recte monuit Erneſtus, conf. c. 23, 5. c. 26, 1 & 10. Minus adcurate Valeſius, *amicorum gratia, ob amicorum gratiam*. Quas παραθέσεις nunc dicit Polybius, ὑποβολὰς dicit c. 24, 3. aliâs vero ὑποθέσεις. Verſ. 8 ſqq.

CAPVT XXIII. Cap. XXIII.

Verſ. 1. Γνοὺς δ' ἄν τις ἐπὶ πολλῶν τῶν ἤδη γεγενότων, ἐπιστήσας. Nuſquam orationem diſtinxerat Valeſius, nec Gronovius. Erneſtus poſt τις comma poſuit, quaſi ἐπὶ πολλῶν &c. penderet ab ἐπιστήσας. At ἐπιστῆσαι ἐπί τι dicitur, & poteſt etiam abſolute ἐπιστῆσαι poni, *animum advertere*; ſed ἐπιστῆσαι ἐπί τινος numquam reperitur. Diſtinctionem poſuimus poſt γεγενότων, ut connexio atque ordo orationis clarius pateret. Sententiam auctoris, nobis judicibus, rectiſſime Valeſius expreſſit, cujus verſionem fere ad verbum tenuimus. Verſ. 1.

Verſ. 2. νομίσας βεβαίως ἐνδεδέσθαι τὴν Σικελιωτῶν ἀρχὴν, *poſtquam exiſtimavit, ſatis firmiter ſibi conciliatum ſe habere Siculorum imperium.* Verſ. 2.

Verſ. 6. Χάρητος. — „Vide Diodorum Sicul. T. II. p. 78. & ibi Weſſeling.“ REISKIVS. — Ad hunc vero locum pertinere idem Reiſkius putavit minutum illud fragmentum, in ora cod. Vrb. conſervatum, quod poſuimus cap. 40, 1. Verſ. 6.

Verſ. 9. Χρυσόγονος. Confer VII. 12, 6. & ibi notata. Verſ. 9.

CAPVT XXIV. Cap. XXIV.

Verſ. 3. ὑποβολάς. Manifeſte τὰς τῶν περιστάσεων καὶ τῶν φίλων ὑποβολὰς dicit, quas cap. 22, 10. & locis ibi citatis τὰς παραθέσεις dixit, quas aliâs ὑποθέσεις dicit. Verſ. 3.

Digitized by Google

Vers. 3. Attigimus hunc locum in Adnot. ad II. 7, 7. Quam alienum vero a scriptoris sententia sit *ὑπερβολὰς*, sentire debuerat Valesius, cum *τὰς τῶν περιστάσεων ὑπερβολὰς* interpretatus est *casuum quibus conflictatus est magnitudinem*, *τὰς τῶν φίλων ὑπερβολὰς* vero *amicorum discrepantiam*: ut mirum sit utique, nullam viro doctissimo de illa voce suspicionem esse obortam. *ὑποβολὴν* pro *ὑπομνήσεως*, id est, pro *admonitione* vel *suggestione* usurpavit Xenoph. Cyropæd. III. 3, 37. Verbi vero *ὑποβάλλω*, eadem notione usurpati, plura etiam exempla Guil. Budæus & Henr. Stephanus congesserunt. Idem vocabulum *ὑπερβολὴ*, alia quidem notione, cum *ὑποβολὴ* perperam a librariis commutatum vidimus III. 104, 4. Perspicacissimum REISKIVM deseruit h. l. acumen: „Post *τὰς δὲ τῶν φίλων* (ait) videtur *διαφορὰς* deesse, id quod etiam latina Valesii subjiciunt. Si quis tamen tueri vulgatam velit, poterit *ὑπερβολὰς* a communi repetitum subaudire. *ὑπερβολαὶ τῶν φίλων* sunt *amici, in suo quisque genere excellentes in utramque partem.*" —

Ibid. καὶ διὰ μιᾶς γνώμης ἱκανὴν τοῦ πράγματος ἔμφασιν λαβόντος. Vocabulum *ἔμφασις* Polybius hoc loco (quemadmodum cap. 1, 6.) usurpat pro *ἐμφάνεια* vel *ἐμφανισμὸς*, ab *ἐμφανὴς*, *perspicuus*, *clarus*, *manifestus*, vel *ἐμφανίζω*, *declaro*, *palam ostendo*. Sic *ἐμφάσεως χάριν* IX. 1, 6. est *perspicuitatis causa*, *quo clarius res pateat*. Iam *ἔμφασιν λαβεῖν* dupliciter dictum intelligi potest: sive de homine, sive de re. Si de homine intelligas, fuerit *ἔμφασιν λαβεῖν πράγματος* eodem modo dictum, ut *ἔννοιάν τινος λαβεῖν* I. 4, 9. & I. 57, 3. ubi etiam adjicitur *ἱκανὴν ἔννοιαν λαβεῖν*. (Aliter eadem dictio, *ἔννοιαν λαβεῖν*, usurpatur hoc ipso cap. lib. IX. 24, 7.) Isto igitur modo si accipias hanc dictionem *ἔμφασιν λαβεῖν*, suspicari licet, tenendo scripturam codicis *λαβεῖν*, ita medendum esse hianti orationi, ut legamus: *ἄλλως τε, καὶ διὰ τὸ ἐκ μιᾶς γνώμης ἱκανὴν τοῦ πράγμ. ἔμφασιν λαβεῖν*, scil. *τοὺς ἀκούοντας*, id est, *præsertim quoniam ex una quadam sententia satis*

Digitized by Google

satis perspicuam certamque notitiam hujus rei capere pos- Vers. 3.
sunt lectores Sed ἔμφασις ad *rem* potius pertinere videtur, quæ *clara & perspicua* est, quam ad *notitiam quæ homini inest*; ut *res* dicatur ἔμφασιν λαβεῖν, id est, *perspicuitatem accipere*. Ad quam sententiam adcommodata est emendatio nostra, τοῦ πράγματος ἔμφασιν λαβόντος, pro λαβεῖν. Quod si tenendum urgeas *infinitivum*, in eamdem sententiam majore opus fuerit mutatione, legendumque καὶ διὰ τὸ ἐκ μιᾶς γνώμης ἱκανὴν τὸ πρᾶγμα ἔμφασιν λαβεῖν. Quam autem μίαν γνώμην, *unicam sententiam* dicit, illa est, quam aperuit Hannibal Monomachus, collata cum Hannibalis & cæterorum Hannibalis amicorum de eadem re sententia.

Vers. 4. μεγίστης προφαινομένης &c. Habet Suidas in Vers. 4.
Ἀνήνυτον.

Vers. 5. δοκεῖ, *fertur*, *perhibetur*. cf. ad cap. 25, 1. Vers. 5.

Vers. 6. ἀνθρωποφαγεῖν. Sævitatis istius vulgo accu- Vers. 6.
sari solitum esse Hannibalem, intelligitur ex Varronis consulis oratione apud Livium XXIII. 5. *Militem, natura & moribus immitem ferumque, insuper dux ipse efferavit, -- vesci humanis carnibus docendo. Hos, infandis pastos epulis*, &c.

Ibid. περὶ Στρατηγημάτων est unus ex LII. Titulis, per quos distributa erant Excerpta, ex Romanæ historiæ scriptoribus Græcis jussu Constantini Porphyrogeniti collectæ. Sub eo Titulo igitur eadem hæc disputatio Polybii fuit relata: nescimus an uberius, quam hîc; certe nihil, vel parum admodum hoc loco prætermissum a compilatore videtur.

Vers. 7. τοῦ δὲ πράγματος ἔννοιαν λαβεῖν. Satis adpa- Vers. 7.
ret, alia nunc notione dictionem ἔννοιαν λαβεῖν accipi, atque eis locis, quæ paulo ante ad vers. 3. citavimus. Nec tamen significat *periculum facere*, quæ Valesii est interpretatio, quam & nos imprudentes tenuimus: sed *rem in animum admittere*, *in animum inducere*, *seria de re cogitare*, ut XVII. 11, 4. XVII. 14, 3.

Digitized by Google

Vers. 8. *Vers.* 8. Τούτου δ' ἀνδρὸς εἶναί φασιν ἔργα καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν εἰς Ἀννίβαν ἀναφερόμενα περὶ τῆς ὠμότητος· οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν περιστάσεων. *Hujus igitur viri esse dicunt etiam facinora in Italia commissa, quæ Hannibali vulgo tribuuntur, crudelitatem quod adtinet: neque vero minus casuum atque temporum* (scil. esse dicunt illa facinora.). Commode & post Ἰταλίαν, & post ἀναφερόμενα, levibus incisis distinguetur oratio, quo clarius pateat ratio constructionis. Haud magni momenti est, quod Reiskius monuit, ἔργα καὶ τὰ &c. idem esse ac si dixisset καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔργα. Immo vero significanter vocabulum ἔργα initio ponitur: *in Hispania sævam sententiam proposuerat* Hannibal ille Monomachus: *ad eumdem igitur virum dicunt referenda etiam sæva facinora, quæ in Italia patrata sunt.* Φασὶν, *dicunt*, nempe *Pœni*, & omnino illi, qui crudelitatis crimen ab Hannibale amoliuntur, conf. c. 26, 11. περὶ τῆς ὠμότητος, *crudelitatem quod adtinet;* qua ratione præpositio περὶ accipitur I. 82, 6. XVI. 20, 8. & sæpe aliâs. Duo capita accusationis proferuntur contra Hannibalem, alterum *crudelitatis*, de quo agitur hoc capite, alterum *avaritiæ*, de quo cap. seq. Verba, οὐχ ἧττον δὲ τῶν περιστάσεων manifeste referuntur ad τούτου δ' ἀνδρός. Dixerat, cap. 22, 10. multa facta imperatorum, non tam ipsorum ingenio & moribus esse tribuenda, quam partim amicis, partim temporibus. Eam sententiam ubi ad facta adplicat, quæ Hannibali tribuuntur, primum de *amicis* loquitur; & quidem quod ad *crudeliter* facta adtinet, cap. 24. quod ad *avare*, cap. 25. deinde de *temporibus*, cap. 26. Quæ cum plana mihi videantur, miramur, REISKIVM quid commoverit, ut ad hunc locum sic commentaretur: „Verba περὶ τῆς ὠμότητος οὐχ ἧττον καὶ τῶν περιστάσεων videntur e margine irrepsisse, ubi aliquis hunc argumenti indicem adscripserat, memoriæ suæ adminiculum." —

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Cap. XXV.

Verſ. 1. *δοκεῖ* & *videtur* poteſt verti, & *fertur*, *perhibetur*, qua notione ſæpe uſurpatur illud verbum apud Polybium, intelligendo *πολλοῖς*, vel *τοῖς ἀνθρώποις*. Manifeſte iſta notione accipitur cap. 24, 5. Conf. II. 33, 1. IX. 43, 2. X. 3, 5. &c. Verſ. 1.

Ibid. Μάγωνι *τῷ τὰ κατὰ* Βρεττίαν *χειρίζοντι*. Articulum *τὰ* adjicere juſſerunt Gronov. & Reiſk. Et poſtulabat eum reliqua ratio grammatica, tum uſus Polybianus, de quo vide Lexic. Polyb. in *χειρίζειν*. Ex ipſa autem orationis connexione manifeſtum fieri videtur, *Magonem* hunc, *qui res in Bruttiis adminiſtravit*, eumdem eſſe cui cognomentum *Samnitis* fuiſſe mox verſ. 4. ait. Ejuſdem cognominis *Samnitem* aliquem *Hamilcarem* memorat Appian. Punic. c. 68. *Mago* vero hic *Samnis* (cujus maximam fuiſſe poſt Hannibalem in Pœnorum exercitu in Italia auctoritatem dignitatemque, ac fere parem Hannibalis poteſtati, ait fuiſſe verſ. 6.) idem fuiſſe videtur qui fœderi, ab Hannibale cum Philippo rege inito, nomen ſubſcripſit, lib. VII. 9, 1. Nam alter quidem Mago, Hannibalis frater, de quo ad cap. 22, 2. diximus, per id tempus non amplius cum fratre in Italia erat. Alium *Magonem*, *Bruttium* cognomine, commemorat Polybius XXXVI. 1, 8. & 3, 1. quem eumdem eſſe Reiſkius putavit cum hoc qui nunc *res Pœnorum in Bruttis adminiſtraſſe* dicitur, in quo nos aſſentiri viro docto vetat temporum ratio, quia legatio illa, cujus ſocium Magonem iſtum Bruttium Polybius facit loco citato, ſexageſimo fere anno poſt hoc tempus, in quo nunc verſatur hiſtoria, peracta eſt. Credi autem poteſt, fuiſſe Magonem iſtum Bruttium filium hujus Magonis Samnitis, qui res in Bruttiis adminiſtravit, ac fortaſſe & ipſe ex ea re *Bruttius* a nonnullis fuerat cognominatus.

Verſ. 2. *Ταύτην δὲ ἱστορίαν* &c. Rurſus nodum in ſcirpo quæſiſſe nobis acutiſſimus REISKIVS videtur, ad hunc locum ita ſcribens: „Poſt *χειρίζοντι* deeſt *Ζήτει ἐν σῷ περὶ Ἡθῶν*, aut tale quid. Nam hiſtoria ipſa, quam Verſ. 2.

Digitized by Google

Verſ. 2. designat his verbis *ταύτην δὲ τὴν ἱστορίαν*, hic abeſt, & relata fuit ab Excerptore ad alium quemdam titulum." — Immo vero, *hiſtoria hæc*, quam dicit, vel potius *res*, quam *a Carthaginenſibus percunctando accepiſſe ſe* ait, (id enim ſonat græcum vocab. *ἱστορία*) eadem ipſa eſt, quam mox ex Maſiniſſæ ore narrat, a quo confirmatam ſibi eamdem & enucleatius etiam expoſitam dicit. Quo vero planius pateat orationis connexio, commodum fuerit, in fine hujus verſus, pro *puncto majore* poſt Καρχηδονίων, *minus punctum* ponere, & verba illa Ἐπιχώριοι γὰρ uſque γινώσκουσιν *parentheſeos ſignis* includere.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἐπιχώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις &c. Ἐγχώριοι legit Suidas in Ἀνέμων στάσεις, & in Ἔγχωρίου, ubi hæc Polybii verba profert. Vtrumque vero recte dicitur. Apud Michaëlem Apoſtolium his verbis proverbium illud continetur: Ἐπιχώριοι οὗροι ἴσασι, id eſt, τὸν ἐπιτήδειον ἄνεμον. De dictione ἀνέμου στάσις diximus ad I. 48, 2.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Φέροντας ἀπολογισμούς. Valeſius: *argumenta afferebat.* Satis fuerat, *diſſerebat.* — *Ibid.* Μάγωνος τοῦ Σαυνίτου &c. Vide ad verſ. 1.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἔφη γενναιότατα κεκοινωνηκότας ἑαυτοῖς πραγμάτων τοὺς προειρημένους. Valeſius: *Inter cetera enim ajebat, ante dictos homines jam inde a prima ætate in republica ſimul verſatos.* At de *republica* ne γρὺ quidem in græcis Polybii. κοινωνεῖν τινι πραγμάτων eſt *conſilia* (atque etiam *arma*) *cum aliquo communicare, communibus conſiliis agere, juvare aliquem*, I. 6, 7. II. 42, 5. IX. 31, 4. quod & κοινοπραγίαν & κοινοπραγεῖν dicit Polybius. In verbis πρὸς τοῖς ἄλλοις non dubitamus mendum ineſſe: certe eam vim hoc loco non habent, quam Valeſius eis ſubjecit, *inter alia*, aut *præter alia*, quæ vulgo eis ſubjecta eſt: ſatis enim intelligitur, opponi inter ſe hæc duo, πρὸς τοῖς ἄλλοις κεκοινωνηκότας ἑαυτοῖς πραγμάτων, & οὐδέποτε μετεσχηκέναι τῆς αὐτῆς πράξεως ἀλλήλοις. Quid vero illorum verborum loco ſcripſerit Polybius,

Digitized by Google

lybius, confidentius definire nos quidem non ausimus. Vers. 4. Sed videtur utique πρὸς τοὺς ἄλλους legendum; quod sive *adversus alios* intelligi possit, sive magis generatim *respectu aliorum, alios quod attinet.* (cf. V. 56, 8. V. 105, 6. IX. 42, 1.) Vt sententia hæc sit: *alios quidem quod attinet,* (nempe sive minores duces Pœnorum, ubi quærebatur quod cuique mandatum vel negotium daretur; sive hostes, cum quærebatur, qua ratione bellum esset adversus eos administrandum) *communi consilio semper egerant omnia, consilia semper secum communicaverant, semper studiosissime sese mutuo adjuverant.* Quod si tamen liceret longius nonnihil a vestigio scripturæ recedere, fatemur, πρὸς γὰρ τἄλλα nos malle, *ceteris in rebus, ceteras res omnes quod attinet.*

Ibid. ἀλλήλοις scribendum fuisse pro ἀλλήλους, res ipsa docet, & Gronovius Reiskiusque monuerunt.

Vers. 6. μᾶλλον ἑαυτοὺς ἢ τοὺς πολεμίους στρατηγεῖν. Vers. 6. Defendi fortasse tenerique hæc scriptura ita potest, ut verbum στρατηγεῖν ea notione accipiatur, qua nomen στρατήγημα vulgatissime frequentatur, ut sit *machinationibus, artibus, dolis uti, quibus solent imperatores:* quam in partem exempla nonnulla post Gu. Budæum, H. Stephanus (Thes. Gr. Ling. T. III. col. 1069. e. & g.) ex Plutarcho & Gregorio Nazianz. protulit. Et eadem ratione, ut hoc loco, cum accusativo constructum verbum illud apud Polyb. III. 71, 1. habent codices nostri Vat. Flor. Aug. & Vrsini, στρατηγεῖν τοὺς ὑπεναντίους, ubi καταστρατηγεῖν habent editi cum Bav. & Reg. A. — (Atque id notatum velimus ad illum locum, quod, nescimus quo casu, a nobis & in Scholio infra contextum & in uberioribus Adnotationibus prætermissum nunc demum animadvertimus. Nempe ita *in Scholio ad* III. 71, 1. scriptum oportuerat: „πρὸς τῷ, πρὸς τὸ *edd. cum Bav. & Aug.* — *Ibid.* καταστρατηγεῖν. στρατηγεῖν *absque præpositione,* ed. 2, *cum Aug. Vat. Flor. Vrsin.*“ — Et in Adnotatione ad eum locum sic erat scribendum: — „*Ibid.* πρὸς τῷ dederunt

Verſ. 6. runt Vat. Flor. Reg. A. & cod. Vrſini: ſic & correxit pro ſuo more Scaliger. *πρὸς τὸ* edd. cum Bav. & Aug. Conf. ad I. 26, 3. & 30, 3. — *Ibid.* *καταστρατηγεῖν* ed. Caſaub. cum Bav. Reg. A. B. Mendoſe *καστρατηγεῖν* ed. 1. *στρατηγεῖν* ed. 2. cum Aug. Vat. Flor. Vrſin.") — Vt eo redeamus, unde digreſſi ſumus: ad locum hunc, in quo verſamur, hæc monuit REISKIVS: — „*στρατηγεῖν*, æque ac *καταστρατηγεῖν* Valeſii, [id in margine poſuerat Valeſius] ab h. l. alienum eſt. Sententia poſtulat *δεδιέναι*, vel ſimile quid: *eos non tam hoſtes, quam inter ſe reformidaſſe.*" — Nos quidem ſatis commodam ſententiam ineſſe verbo *στρατηγεῖν*, ea ratione qua diximus acceptio, putavimus. Si quid mutandum foret, *παρατηρεῖν* utique, quam *δεδιέναι*, mallemus, id eſt, *ſeſe mutuo obſervare*; quod verbum haud ita longe a ſcriptura librorum recedit.

Cap. XXVI. **CAPVT XXVI.**

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *ἀντιπαρατατ]όντων* defendi quidem poſſe ait Reiſkius, & *ἑαυτοὺς* ſubaudiri; ſed maluerat tamen ille *ἀντιπαραγόντων*. Nos, licet alibi nonniſi in paſſivo vel medio *ἀντιπαρατάτ]εσθαι* occurrat, ut II. 43, 9. XXII. 10, 1. & 11, 5. tamen adquieſcendum hoc loco in codicis ſcriptura putavimus: quæ ſi minus ferenda eſſet, neſcimus quidni *ἀντιπαρατατ]αμένων* mallemus. Particulam *καὶ*, ad *πλείοσι*, ſolenni more redundare, recte Reiſkius monuit.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *αὐτὸς συμπαρεῖναι*. De *αὐτὸς*, pro *αὐτοῖς* ſcribendo, ſimpliciter monuit Reiſkius. Et ſatis erat monuiſſe: nam vel ſemel monito lectori per ſe res evidens videri debebat. *συμπαρῆται*, quod pro *συμπαρεῖναι* habet editio Gronovii, eſt vitium typographicum ex editione Valeſii in Gronovianam traductum, de quo ipſe monuerat Valeſius in erratorum indice, & corrigendum curavit Erneſtus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *μὴ κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων συγκαταφθείρῃ τοὺς ἰδίους στρατιώτας*. Cum *συγκαταφθερῇ* vulgo ſcriberetur: neſcimus quid in mente habuerit REISKIVS,

Digitized by Google

KIVS, monens: „Forte μὴ καὶ αἱ μεταβολαὶ τῶν πραγμάτων συγκαταφθείρῃ &c.“ — An ἡ μεταβολὴ voluit? an συγκαταφθείρωσι? Sed non tanta opus erat novatione. Satis fuit συγκαταφθείρῃ, & planus sensus: *verebatur, ne, ubi res mutarentur*, (id est, *si res novas molirentur cives & ad Romanos deficerent*) *simul cum civitatibus milites suos amitteret.* Nam καταφθείρειν non modo est *perdere, corrumpere, devastare*, verum etiam *amittere*, ut III. 64, 8. quemadmodum & διαφθείρειν, III. 60, 5. Vers. 6.

Vers. 7. μετανιστὰς εἰς ἄλλας πόλεις. *transductis in alias urbes civibus.* Id Herdoneensibus accidisse docet Liv. XXVII. 2. Vers. 7.

CAPVT XXVII. Cap. XXVII.

De Fragmenti hujus argumento confer Livium XXVI. 40. Ad hoc autem caput referendum erat, & quidem ante ea, quæ hoc Excerpto continentur, reponendum illud minutum Fragmentum, quod *ex Stephano Byzantino* retulimus in *Spicilegio Fragmentorum ex lib.* IX. n. II. Tom. V. p. 37.

Vers. 1. Inter προειρημένα & διαφέρει verbum διεφθαρμένα interserverat ed. 1. cum Med. Regiis, Vesont. & Tubing. Idemque verbum ex codice Memmiano etiam adnotavit Gronov. in ora sui exemplaris. Importunum adsumentum, (quod, ut Reiskius monuit, ex fine & initio utriusque hinc & illinc proximæ vocis monstrose coaluit) delevit Casaub. cum Vrb. Aug. & Vrsin. In Aug. a recentissima manu inter lineas scriptum est. — *Ibid.* ἀλλὰ καὶ κατά. Caret καὶ ed. 1. cum Regiis, Vesont. Tubing. Et ab Aug. statim aberat, sed mox a primi scribæ manu suppletum. Vers. 1.

Vers. 4. ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου καὶ περιῤῥῶγος. Casaubonus πέτραν ἀκρότομον interpretatus est *rupem nudi præduriique saxi;* pariterque Ernestus, *petram durissimam:* nempe Suidam secuti, apud quem Ἀκρότομος πέτρα exponitur Vers. 4.

Digitized by Google

Vers. 4. nitur ἡ σκληρὰ καὶ ἄτμητος, id est, *petra dura & quæ secari non potest.* In eamdemque sententiam apud Hesych. ἀκροτόμῳ· λίθῳ σκληρῷ τέμνοντι. Nos vero rectius ab Henr. Stephano πέτραν ἀκρότομον *præaltam petram & abruptam expositam putemus*, (quam *abscissam* latine dicimus,) nempe, *cujus extremitates*, ut ait ille, *quasi ferro sectæ sunt*; vel, quæ *a summo ad imum abscissa est.* Nec obstat, quod adjicit Polybius καὶ περιῤῥῶγος, id est, *& circumcirca abruptæ:* nec enim aspernatur scriptor noster synonymorum cumulationem. *Altitudinis* notionem vocabulo ἀκρότομος inclusam, pariter & Suidas & Hesychius adnotarunt.

Ibid. περιῤῥῶγος. περίῤῥωγος dabant edd. consentientibus msstis. Accentum in penultimam deduximus, analogiam vocabuli ἀποῤῥώξ secuti, & Suidam in hac voce, ubi fragmentum citavit, quod & ipsum nobis visum est colorem habere Polybianum. vide Fragm. Polyb. Grammat. num. CV. — *Ibid.* αὐτοφυῶς. Parum convenire hanc scripturam ratus Gronovius, αὐτοφυοῦς ex ed. 1. revocavit, provocavitque ad XIV. 10, 5. διαφέρει δ' ὀχυρότητι καὶ φυσικῇ καὶ χειροποιήτῳ. Gronovium secutus est Ernestus. Nobis visum est, probatiorum codicum scripturam tenere. A qua parte stet Med. incertum: hoc tantum videmus, nil ex eo adnotasse Gronovium.

Vers. 7. *Vers.* 7. Διὸς Ἀταβυρίου. De *Atabyrio Jove*, a Rhodiis culto, conf. scriptores laudatos nobis ad Appiani Mithrid. c. 26. — *Ibid.* καθάπερ καί. Perperam abest καὶ ab ed. 1. invitis msstis.

Vers. 8. *Vers.* 8. Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου. Vid. Thucyd. VI. 4. — *Ibid.* ὁ θεὸς οὗτος correxit Casaub. monente Vrsino. ὁ θεὸς οὕτω ed. 1. Aug. Regii, Vesont. Ex Med. & Tubing. nullus discessus ab exemplo Casauboniano notatur.

Vers. 9. *Vers.* 9. ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου νεὼς συντέλειαν μὲν οὐκ εἴληφε. Cum πολυτέλειαν vulgo darent omnes, sic monuit REISKIVS: „Est aliquid abhorrens in ipsa dictione πολυ-

πολυτέλειαν οὐκ ἔλαφε, pro πολυτελῶς μὲν οὐ πεκόσμηται. Vers. 9.
Pulchre ſanarunt hoc vitium, de quo ipſa dictionis inconcinnitas admonet, Cluverius & Weſſeling. ille Sicil. Antiq. lib. I. p. 205. hic ad Diodor. Sicul. T. I. p. 607. reponentes *συντέλειαν, perfectum quidem & excædificatum non eſt illud templum.* Poſſit quoque legi ἀποτέλειαν vel ἐπιτέλειαν. De Cluvero jam admonuit Gronovius." — Amat iſtam dictionem Polybius, *συντέλειαν λαβεῖν.* vide I. 38, 6. VIII. 35, 10 &c. Quod ſi vero preſſius inſiſtere velimus codicum ſcripturæ, παντέλειαν legemus, quod Erneſto in mentem venit, & paulo etiam ſignificantius eſt, *non quidem omni ex parte abſolutum eſt.* Quare receptum hoc velit. Habet idem vocabulum Polybius I. 48, 9. Quod ſequitur κατὰ δὲ τὴν ἐπιβολήν, opponitur τῇ συντελείᾳ vel παντελείᾳ, unde etiam magis adparebat emendandi neceſſitas, quam cum maxime extra dubitationem ponunt ea, quæ de illo templo Diodorus ſcribit XIII. 82.

Ibid. οὐδ' ὁπολου ex mſstis noſtris revocavimus, qui in hoc conſentiunt. Unus Auguſtanus in ora, ab antiqua quidem manu, habet οὐδ' ὁτιοῦν, quod amplexus eſt editor Baſileenſis. Quam ſcripturam cum altera quodammodo componens Caſaubonus, οὐδ' ὁπολου οὖν edidit, quod tenuere poſteriores. Nec vero opus erat adjecta particula οὖν, quam omittere in illa locutione conſuevit Polybius. Vide IV. 21, 6. IV. 65, 3. V. 21, 7. &c. ὁτιοῦν, quod eſt in ed. Herv. ex ὅτου οὖν corruptum putavit Reiſkius.

Verſ. 10. Ἀγάθυρνα. Hoc loco mentionem hujus urbis feciſſe Polybium intelliges, ſi cum Stephani Byz. teſtimonio Livium contuleris XXVI. 40. ſub finem. Vers. 10.

Verſ. 11. Ὁ δὲ Μάρκος &c. Vide Livium ibidem. Vers. 11.

CAPVT XXVIII. Cap. XXVIII.

Pertinet hoc Fragmentum ad *ſocietatem belli ab Aetolis cum Romanis & Lacedæmoniis initam adverſus Philippum & Achæos, quorum fœderati erant item Acarnanes.* vide Liv. XXVI. 24 ſeqq." ΡΕΙΣΚΙΥΣ. — Recte: ſed quæ

quæ Livius l. c. exponit, pertinent ea ad A. V. 543. Polybii vero hiſtoria h. l. verſabatur in rebus A. V. 544. quod cum ex ipſa ſerie Excerptorum intelligitur, tum ex cap. 39, 2. collato cum Liv. XXVI. 24 extr.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ὅτι μὲν οὖν &c. *Aetoli* hominis hanc eſſe orationem, ex toto cap. 31. ſatis adparet. *Chlæneæ* homini nomen fuiſſe, diſcimus ex cap. 31, 7. 32, 6. &c. — *Ibid.* Μαχεδόνων. Sic ſcribendum fuiſſe, res ipſa docebat. Simillimum librariorum errorem notavimus ad IV. 1, 5. & ad IV. 29, 1. In aliorum auctorum ſcriptis eamdem incuriam a librariis admiſſam notavit Dorvillius ad Charitonem p. 606. — *Ibid.* τοῖς Ἕλλησι δουλείας. τῆς, pro τοῖς, Aug. Regii, Veſont. Sed in ora Aug. correctum ab antiq. manu. — *Ibid.* οὐδ' ἅλλως εἰπεῖν οὐδένα πέπεισμαι τολμῆσαι. Caſaubonus: *perſuaſus ſum, fore neminem qui negare auſit:* quaſi ἅλλως εἰπεῖν idem ſonaret ac ἀντειπεῖν, *contradicere, negare;* quod veremur, ut ferat uſus ſermonis. Nobis οὐδ' ἅλλως ἀντειπεῖν videtur legendum, id eſt: *neque alias* (vel, *neque facile, neque temere*) *fore qui contradicat.* Particula οὐδὲ refertur ad id quod ſequitur, σκοπεῖν δέ. Poſt οὐδένα, malim ἄν τολμῆσαι.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀπῴκισαν & Χαλκιδεῖς correxit Caſaub. Mendoſe ἀπῴκησαν & Χαλκηδεῖς ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* In ὧν μέγιστον conſentiunt libri omnes. Imperite δὲ μεῖζον ora ed. 1. neſcimus unde.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πολλοῦ γε. Perperam πολλοῦ δὲ Reg. F. Tubing. — *Ibid.* ἐθελοντήν. ἐθελοντὶ voluit Scaliger, citra neceſſitatem.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. σὺν καιρῷ. ἂν καὶ σὺν καιρῷ Reg. F. & Tubing. male. — *Ibid.* προστήσεσθαι recte edd. cum Aug. προσθήσεσθαι Regii, Veſ. Tub.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. κατέφθειρε δ' αὐτῶν τὰς οἰκίας. Sic ed. 1. cum Aug. Vrb. & ceteris omnibus codd. niſi quod in Regiis, Veſont. & Tub. perperam inter κατέφθειρε & δ' αὐτῶν interſeritur μέν. Ad αὐτῶν intelligendum ὑμῶν, *veſtrum ipſorum, veſtras domos.* Neque vero videmus, quid amplius

Digitized by Google

amplius desideremus, aut cur sive Casauboni egeamus emendatione, sive Reiskii, qui *κατάθεις δ' ἀναστῶν τὰς οἰκίας* conjectatus est, id est, *e fundamento revellens domos.*

Vers. 7. *ἀποτεμόμενος* Casaub. & seqq. Et sic ora Aug. ab ant. manu. Mendose *ἀποτεμούμενος* ed. 1. consentientibus msstis & Aug. in contextu. — *Ibid. προσένειμε τὴν μὲν Ἀργείοις* &c. — „Quæ Polybius hic *de agro Spartano* dicit, *a Philippo rege, Amyntæ filio*, accisо, & *Argivis aliisque distributo*, de eo silent omnes præter Pausaniam p. 152. [voluit haud dubie p. 154. lib. II. c. 20.] & p. 549. [VII. 11.] Vt Philippus ea in Lacedæmonios acerbitate sit usus, eo tempore factum necesse est, quo post Chæronensem victoriam Græciæ imperator est renunciatus. vide infra, p. 788." [c. 33, 8 seqq.] REISKIVS. — *Ibid.* Τεγεάτας. Corrupte *γεάτας* Regii & Tubing. — *Ibid.* Μεγαλοπολίτας. Μεγαπολίτας sola ed. 2. operarum errore. Vers. 7.

Vers. 8. *ἔναυθμα.* Mendose *ἔνασμα* Regii & Vesont. sicut habebat codex Peiresc. in Diodori Fragmentis, Tom. II. ed. Wesseling. p. 556. In ora Aug. scholion est, *ἀρχὰς, ἐμπυρεύματα*, nempe ex Suida in Ἐναύσματα. Conser quæ de usu hujus vocabuli monuerunt Valesius & Wesseling. ad Diodor. l. c. — *Ibid. καταλιπέσθαι. κατὰλειπεσθαι*, in passivo, utique legendum, ut perspecte correxit Scaliger in ora sui libri. Et sic Aug. intra lineas, & consentiunt Regii & Vesont. in quibus *καταλίπεσθαι* statim quidem erat, sed id mutatum in *καταλείπεσθαι.* Vers. 8.

CAPVT XXIX.

Cap. XXIX.

Vers. 1. λέγειν perperam abest a Regiis, Ves. & Tub. — *Vers.* 2. *οὐδεὶς ἐστι τῶν ὄντων οὕτως ἀπράγμων. οὐδεὶς τῶν ὄντων* Casaubonus intellexit *nemo vivus, nemo eorum qui vivunt:* in quo haud satis scimus, an consentientem habeat usum sermonis. Quum igitur vocem *οὕτως* ignorent libri, videndum est, an verior sit REISKII emendatio, *τῶν ὄντων ἀπραγμόνων: quotquot sunt otii amantes,* Vers. 1.

Verſ. 2. *tes, & a rerum, quæ in republica geruntur, percuſſatione alieni, nemo tamen eſt omnium tam ignarus, ut fando non audiverit.* — *Ibid.* πέπυσται recte Caſaub. cum Veſont. πέπισται ed. 1. & Regii. πέπεισται Aug. — *Ibid.* Ἀντίπατρος μὲν ἐν τῇ περὶ Λαμίαν μάχῃ &c. Vide Diodor. Sicul. lib. XVIII. c. 12 ſeq. & c. 17 ſq. Apud Stephanum Byzant. ubi Polybius auctor citatur, pro Λάρισα, quod vulgo editur cum accentu in antepenultima, Λαρισὰ penacute ſcribendum eſt. cf. XX. 11, 4. — *Ibid.* ὁμοίως Caſaub. cum Vrb. Aug. Regiis, Veſont. Tubing. & Vrſin.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Φυγαδοθήρας. Et de nomine, & de re, quæ hic agitur, confer Plutarchum in vita Demoſth. p. 859. — *Ibid.* ἐπὶ τοὺς ἀντειρηκότας, *adverſus oratores qui adverſus Macedonas ſermones ad populum fecerant.* vide Plutarch. l. c. Haudquaquam opus eſt, ut cum Reiſkio ἀντειρηκότας ſuſpicemur, quod ille *rebellantes*, tamquam *tuantes* eſt interpretatus. Temere etiam Vrſinus ἀντιφθηκότας. — *Ibid.* λελυτηκότας. Corrupte λελυτιακότας ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* τι τήν. Mendoſe τιμὴν ed. 1. Regii, & Veſont. — *Ibid.* οἰκίαν. οἰκέαν ed. 1. & Veſont. In latina verſione commodius fuerit, ad verba *regiam Macedonum* adjicere *familiam* vel *domum.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πλὴν ἑνὸς αὐτοῖς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους. Sic recte Caſaub. cum ora ed. 1. quæ habuit ex ora Aug. ubi ita correctum ab ant. manu. Eodem vero modo alter Med. in contextu habet, alter in ora. πλὴν ἐν αὐτοῖς τοῦ τῶν Αἰτ. ed. 1. in contextu cum Aug. Regiis, Veſont. & altero Med. Vnde Reiſkius legendum putavit πλὴν τῶν ἄλλων τοῦ τῶν Αἰτ. &c. Vocabulum Αἰτωλῶν in ἐτωλῶν corrupit Reg. G. qui error notandus ob alium ſimilem cap. 31, 4.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Κασσάνδρῳ. Καπάνδρῳ ed. 1. Aug. Veſont. Κασάνδρων Regii. — *Ibid.* προσφάτως correxit Caſaub. cum Vrſino. ἀπροσφάτους ed. 1. invitis msstis noſtris. ἀπροσφάτως Aug. Regii, Veſ. Tub.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 7. *ἐπάνειμι.* — „Non *redeo;* nam hunc Antigonum antea non commemoraverat, ſed *converto me ad.*“ REISKIVS. — *Ibid. ἐπὶ τὸν τελευταῖον Ἀντίγονον.* Cum vulgo conſentientibus msstis legeretur *ἐπὶ τὸ τελευταῖον Ἀντιγόνου*, monuit GRONOVIVS: „Locutus eſt in proximis de Antigono Gonata: nunc nulla addita diſtinctionis nota ait, *ſe acceſſurum ad noviſſima Antigoni facta*, ut vertit interpres, [Caſaubonus,] quaſi de eodem Antigono ſermo procederet, cum tamen ſequentia de Antigono Tutore agant, quod nemo poteſt neſcire. Ne putes, hanc ambiguitatem a Polybio eſſe: nam ille ſcripſit, quomodo poſthac legendum eſt, *ἐπὶ τὸν τελευταῖον Ἀντίγονον*, *ad poſtremum Antigonum.*“ — Gronovii emendationem calculo ſuo adprobavit Reiſkius; nec tamen recepit Erneſtus, quippe cui conſtitutum erat, a Caſauboniano non recedere exemplo. Eodem vero modo jam correxerat Scaliger in ora ſui libri. Verſ. 7.

Ibid. τὴν ἐκ τούτου πρᾶξιν. Sic, ut edidit Caſaubonus, eſt in ora Aug. ab antiq. manu. Abeſſe poterat præpoſitio *ἐκ*, ſed amat eam, pleonaſtica quadam ratione ſic adjectam, Polybius. cf. I. 81, 6. II. 40, 5. III. 6, 13. III. 7, 2. &c. Quod ex codicum ſcriptura, *τὴν ἐμὴν ἐκ τούτου*, REISKIVS collegit, Polybium dediſſe *τὴν ἑλληνικὴν τούτου πρᾶξιν*, id ita interpretatur ipſe: — „Libertatis (inquit) hæc reſtitutio & liberatio Lacedæmoniorum & Peloponneſiorum a tyrannide Cleomenis, erat Antigoni poſtremi *ἑλληνικὴ πρᾶξις*, *negotium græcum*, non ideo ſolummodo, quod in bonum Græcorum ceſſit, ſed etiam quod ea ſolum res Antigono cum Græcis communis fuit. Reliqua enim bella omnia cum barbaris Thracibus geſſit; neque ante iſtud Cleomenicum bellum Antigono fuit cum Græcis ulla rerum communio, neque poſtea. Recte igitur *ἡ ἑλληνικὴ Ἀντιγόνου πρᾶξις* appellatur hoc bellum.“ — Nobis quidem vir doctus ſententiam ſuam non perſuaſit. — *Ibid. ἀκάκως* recte edd. Corrupte *ἄκος* Aug. Regii, Veſ. Tub.

Digitized by Google

Vers. 10. *Vers.* 10. *ἐσομένην* cum Vrsino correxit Casaub. Mendose *ἔσω μένειν* ed. 1. consentientibus msstis, — *Ibid. καταστήσηθε. καταστήσηθαι* ed. 1. & Regii. In lat. versione, *si vestrum semel imperium* &c. deletam malim vocem *semel*, & totam phrasin sic redditam: *si vos imperium in Peloponnesios vobis erigeretis.* — *Ibid. πρὸς δὲ τούτῳ, praterea.* Immo vellemus, refragantibus licet libris, obtemperassemus REISKIO, perspectissime monenti *πρὸς δὲ τοῦτο* esse scribendum, id est, ut ipse interpretatur, *ad hoc autem efficiendum accommodatissimum a natura factum Cleomenem*, scil. *πρὸς τὸ καταστήσασθαι ἐπὶ τὴν Πελοποννησίων ἀρχὴν τοὺς Λακεδαιμονίους*, [sic h. l. scripsit Reiskius, quasi in contextu paulo ante legeretur *ἐὰν ὑμεῖς εἰς τὴν Πελοπ. ἀρχὴν καταστήσησθε*] *ad constituendum & constabiliendum Lacedamoniis principatum Peloponnesi.* — Nisi forte eâdem sententia perinde *πρὸς τούτῳ*, atque *πρὸς τοῦτο*, dicere potuit, quemadmodum etiam promiscue *πρός τι* & *πρός τινι εἶναι* scriptum reperimus, de quibus diximus ad I. 26, 3. Sed quandoquidem *πρὸς τούτῳ* vulgo diversa notione frequentatur, commodius utique *πρὸς τοῦτο* videtur.

Vers. 11. *Vers.* 11. *ἀφελούμενος* correxit Casaub. Et requirebatur utique futurum tempus. Perperam *ἀφελόμενος* ed. 1. cum msstis.

Vers. 12. *Vers.* 12. *ὀφέλετε* Casaub. cum Vrsino. Mendose *ὀφείλεται* ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* Particulam *ὅτι* non magis Vrsinus agnoscit, quam ed. 1. codicesque nostri: itaque in scholio infra contextum scribendum fuit: *Ex conject. inseruit Casaubonus:* non, *Ex Vrsini conject.* Recte vero fuisse insertam ab hoc Editore, & necessario fuisse inserendam, res ipsa docet & universa connexio orationis. Quod vero mox *κυριεύσαντας* & deinde *ἦν ἁρπάσαν* habet editio 1. in eo quidem refragantur codices nostri omnes, cum quibus *κυριεύσαντες* & *οὐ διήρπασαν* recte edidit Casaub. — *Ibid. ἐφ' ὅσον.* Satis fuerat *ὅσον.* Sed nec illud aspernandum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXX.

Cap. XXX.

Verſ. 1. *ἱκανὸν ὑπόδειγμα αἱ περὶ τοὺς* &c. Sic ex perſpecta Vrſini conjectura edidit Caſaub. Sic vero & ora codicis Aug. a manu (ut mihi videtur) primi ſcribæ. Corrupte ed. 1. cum msstis *ἱκανὸν ἀποδέδειγμαι περὶ τοὺς* &c. De *Thermo* & rebus ibi a Philippo geſtis, vide lib. V. c. 8. ſeq. — *Ibid.* Μεσσηνίους. Μεσην. Aug. Reg. G. De re confer lib. VIII. c. 10. Verſ. 1.

Verſ. 3. *Αἰτωλοὶ γὰρ μόνοι μὲν τῶν Ἑλλήνων ἀντεφθαλμ. πρὸς Ἀντίπατρον.* Vide Diod. Sic. XVIII. 24 *ſq.* — *Ibid. ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας.* conf. ſupra c. 29, 2. — *Ibid. πρὸς τὴν Βρέννου.* Caret *τὴν* ed. 1. cum Regiis & Veſont. — „Aetolorum ſtrenuam operam in bello Galatico ad Delphos Græciæ præſtitam celebrat Pauſanias [lib. X. c. 22.] p. 851 ſeq.“ REISKIVS. — Conf. Polyb. infra, cap. 35. Verſ. 3.

Verſ. 6. *οὐχ οἷόν δεῖν ἠσσωμένους βλάπτειν* &c. Sic ſatis integra atque emendata oratio videtur. Et conſentiunt cum ed. 1. ſcripti libri omnes. *ἠσσωμένους* non neceſſe eſſe in præteritum *ἠσσημένους* mutare, vidimus ad IX. 3, 8 & 10. (*ἠσσημένους* autem habent h. l. ed. 2 & ſeqq. non *ἡττ/ημένους*, quod in ſcholio minus adcurate dictum.) Tum vero *δεῖν βλάπτειν* idem ſonare videtur ac *βλάψειν* in futuro; ut non opus ſit *δεῖν* in *δεῖ νομίζειν* mutare cum Reiſkio. Vrſinus vero quid profeciſſe ſibi viſus ſit, *οἷον δεῖν* in *οἷόν τ' ἦν* mutans, nos quidem haud perſpicimus. Ferri poſſet *οὐχ οἷους τ' εἶναι.* — *Ibid.* Μεσσηνίων. Μεσηνίων Aug. Regii, Veſont. pro more. Verſ. 6.

Verſ. 7. *Φίλιππον δὲ πάντως πέπεισμαι* &c. Sic, plane ut Reiſkius, jam pridem correxerat Scaliger in ora ſui libri. Verſ. 7.

Verſ. 8. *σύμαρῶς ἐστι συλλογίσασθαι* Non ſolicitari debuit haec conſtans librorum ſcriptura. Adparet, *σύμαρῶς* ad verbum *συλλογισ.* eſſe referendum, non ad *ἐστί.* — *Verſ.* 9. *πρὸς μόνους Αἰτωλοὺς* correxit Caſaub. cum Vrſino. *πρὸς μόνον Αἰτωλοὺς* ed. 1. cum msstis omnibus, ex- Verſ. 8. 9.

Digitized by Google

Verſ. 9. cepto Aug. in quo tamen & ipſo primum μόνου fuerat, mox vero correctum ab eadem manu. Sæpius quidem adverbio μόνον utitur Polybius, ubi commodius videri poterat nomen adjectivum; ſed inter præpoſitionem & nomen ſubſtantivum intercluſum adverbium ferri nullo pacto potuit. Cæterum notum eſt, quam exiguo apice differat forma illa compendioſa, qua terminatio ους exprimitur, ab ea quæ terminationem ον indicat.

Cap. XXXI.

CAPVT XXXI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. προεισδεδεμένους. Perperam προεισδεδομένους Regii & Veſont. — *Ibid.* βουλευομ. βουλομ. Veſont. & ſic rurſus idem verſ. 4.

Verſ. 2 3. *Verſ.* 2. Ἂν δὲ καὶ προκατέχεσθε. Omnino Εἰ, pro ἄν, deſiderari videtur. Nec enim per ſe, in hac connexione, commoda erat particula ἄν, &, ſi ſervatam velimus, ſequi debebat conjunctivus verbi modus, non indicativus. προκατέχεσθαι mendoſe dant Aug. Regii & Veſont. — *Verſ.* 3. ὑμῖν πρὸς ἡμᾶς. Perperam ὑμῖν πρὲς ὑμᾶς Aug. Regii, Veſont.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἢν οὗτοι παρ' ἕκαστον ὑμῖν ὀνειδίζουσι. Ingenioſa utique emendatio; cujus ſicut veritatem præſtare non auſimus, ſic commodius certiuſve nihil habemus, quod in medium proferamus. Quo pacto in lectione editionis Hervagianæ adquieſcere potuerint Vrſinus atque Scaliger, haud ſatis perſpicimus; illud videmus, poſt ὀνειδίζουσι in illa editione puncto majori diſtinctam eſſe orationem, quod tamen parum confert ad planiorem reddendam ſententiam. εἰσὶν, quod ibidem legitur, poſſimus ex εἰς ἦν corruptum ſuſpicari, ſi quid juvarent ea quæ ſequuntur. Cogitet eruditus perſpicaciorque Lector. REISKIVS nunc quidem non ſatisfacit, cui viſus erat Polybius ita ſcriptum reliquiſſe: εἰ δὴ εἰσὶν, ὡς λέγουσιν, οἳ τοῦτον ἕκαστον ὑμῖν ὀνειδίζουσι. Quorum verborum hanc voluit eſſe ſententiam; *ſi modo ſalus & libertas iſta vera eſt, quam*

Digitized by Google

quam ajunt esse illi, qui vobis haec tanta beneficia identidem contumeliose exprobrant. Vers. 4.

Ibid. μετὰ δὲ ταῦτα. — „Hic redundat δὲ more Homerico & Herodoteo: nam proximum δὲ praemissum poterat sufficere. vide p. 822, 7." [id est lib. X. c. 16, 7.] REISKIVS. — Vide quae notavimus ad I. 29, 6. I. 30, 14. II. 37, 3. — *Ibid.* βουλευόμενοι. Aut βουλευσάμενοι legendum contendit Reiskius, aut delendam particulam καὶ quae sequitur.

Ibid. εἴλεσθε μετέχειν Αἰτωλοῖς. Et in versione latina hoc jam expresserat Casaubonus, & graecum vocabulum in ora Basileensi notaverat. Timidiuscule, quod mireris, Reiskius ad vulgatam lectionem ἐν πολλοῖς (in quam conjurarunt libri omnes) sic monuit: „Videtur in his verbis latere Αἰτωλοῖς." — Nos quidem non dubitandum duximus, quin in contextum adoptaremus emendationem, quae nobis certissima visa est. Simili ratione vocabulum Αἰτωλῶν cap. 29, 4. in ἐντολῶν corruptum vidimus a negligentiori quodam librario. — *Ibid.* τὸν πρώην. Mendose τῶν πρώην ed. I. Regii, Vesont.

Vers. 5. παρεγράφη. — „*Circumscripta*, h. e. *finita*, *interenta*, *exstincta sunt*. Sic Aristides 61. II. p. 246, 16. παραγράφεσθαι τὰς συμφορὰς dixit, *calamitates ex hominum memoria delere*. Idem T. I. p. 566, 16. δεῖν τὰ μὲν χρηστὰ τῇ μνήμῃ σημειοῦσθαι, τὰ δὲ φαῦλα τῇ λήθῃ παραγράφεσθαι, *oblivione concludi*, *consepiri*. Alia exempla hujus usus dedi ad Diodori Siculi T. I. p. 51, 13. Sic Nonster infra p. 1019, 16. [XVI. 12, 10.] ἀναπαράγραφον ποσότητα, & ἀπαράγραφον, dixit *eam quantitatem*, *quae aut aegre aut plane nullo modo potest definiri & circumscribi*." REISKIVS. — In eamdem partem interpretatus est ERNESTVS in Lexico Polyb. „παραγράφεσθαι (ait) *circumscribi e rationibus*, *libro* &c. id est, *tolli*; quod, quae sublata & omissa volumus, ea circumducimus. Hinc Josephus XVI. 11, 5. παραγραφὴ κακῶν, *sublatio malorum & liberatio a malis*." — At *circumscribere* ista notione non tam est, Vers. 5.

Digitized by Google

Vers. 5. παραγράφων, quam περιγράφειν, (conf. Suid. in Περιγράψαι,) quod verbum & ipsum frequentissime notione *finiendi* usurpatur, & sæpe perperam a librariis mutatum est in παραγράφειν, ut perspecte eruditeque monuit Wesseling. ad Diodor. l. c. Interdum tamen ipsos etiam veteres auctores verbo παραγράφω pro περιγράφω usos esse intelligitur ex Harpocratione, qui ad vocem Παραγραφὴ monet, Hyperidem oratorem μέχρι παραγραφῆς dixisse, pro μέχρι τινὸς ὡρισμένου χρόνου καὶ παραγεγραμμένου, ὅ ἐστιν περιγεγραμμένου, *ad definitum aliquod & circumscriptum tempus*; qua ratione apud Polybium, loco a Reiskio citato, itemque XVII. 13, 3. occurrunt adjectiva verbalia δυσπαράγραφος & ἀπαράγραφος, *definitu, explicatu difficilis*. Hoc vero loco, in quo versamur, verbum παραγράφη ex illo fori usu intelligi debet, quo παραγραφὴν *præscriptionem* dicunt, id est, *exceptionem quæ ab agendo removet accusatorem*. Nempe eadem ratione παραγραφῆναι dicitur ea res, quæ *jam præscripta* est, id est, *jam olim judicata atque decisa; de qua quid statui debeat jam ita definitum est, ut non amplius in quæstionem disceptationemque adduci possit*. Conf. Suid. in Παραγράφεται & in Παραγραφή.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἢ δι' Αἰτωλῶν - ἢ διὰ Μακεδόνων. Speciosæ utique atque admodum probabiles sunt Reiskii emendationes, ἤδη Αἰτωλῶν & ἢ νῦν Δία Μακεδόνων, præsertim hæc posterior, si conferas c. 32, 7. Ex eodem vero loco suspicari etiam possis, pro ἢ δι' Αἰτωλῶν, non ἤδη hoc loco, sed ἢ τοι Αἰτωλῶν scribendum. Quoniam vero ferri pariter vulgata scriptura posse videbatur, in quam consentiunt libri, loco eam movere noluimus. — *Ibid.* δεῖ μετά. Perperam δεῖ με μετὰ ταῦτα ed. 1. invitis libris nostris, excepto Reg. G. — *Ibid.* μηδετέρου bene Casaub. & seqq. ex Vrsini emendatione. μὴ δι' ἑτέρου ed. 1. cum mss tis.

Ibid. εἰ προσέσχετε τὸν νοῦν, τούτων νῦν ἐντεταμένως. Sic Casaub. & seqq. nisi quod προσέσχεσθε, in verbo medio, dant cum ed. 1. in quo nescimus an cum his faciant

Digitized by Google

ciant codices Vrb. & Med. e quibus in hoc verbo nulla diſcrepantia adnotata nec a Caſaub. nec a Gronovio. προσέχετε dant Veſont. & Tubing. προσέχεται Aug. & Regii; ſed in Aug. inter lineas ab antiqua & eadem (ut videtur) manu correctum προσέσχετε, quod adoptandum utique putavimus. Nuſquam enim apud Polybium quidem, quod meminerimus, in medio genere uſurpatur hoc verbum. τὸν νοῦν poſt προσέσχετε nullus codex in contextu agnoſcit: ſed, pro τούτων νῦν ἐντραπέντες, (in quod conſentiunt Vrb. Aug. in contextu, Regii, Veſont. Tubing.) τούτων τὸν νοῦν ἐντραπέντες habet ed. 1. cum Med. Et Aug. in ora ab antiqua manu habet τὸν νοῦν, quæ verba neſcias utrum ad προσέσχετε relata voluerit librarius, an ut diverſam lectionem adtulerit pro νῦν, quod ipſum eo credibilius eſt, quod nec neceſſariæ ſunt hæ voces ad verbum προσέσχετε, & quod alii libri (ut dixi) τὸν νοῦν pro νῦν habent. Probabile autem porro eſt id quod a Scaligero notatum videmus, has ipſas voces τὸν νοῦν ex τὸ νῦν eſſe corruptas. Quæ momenta ſi in unum colligas, veriſimile fiet, ſic ſcripſiſſe Polybium: δικαίως οὐ προσέσχετε τούτων τὸν νῦν ἐντραπέντες. Genitivus τούτων, quem uno conſenſu agnoſcunt codices omnes, non placuit Vrſino & Reiſkio; quorum ille prorſus eum deletum voluit, hic in accuſativum τούτους mutatum; ſine cauſa. Nam ἐντραπῆναί τι vel τινὰ quidem dicimus, *revereri aliquem* vel *aliquid*; ἐντραπῆναι vero, *curare aliquem* vel *aliquid*, *rationem alicujus habere*, non magis cum accuſativo, veluti infra cap. 36, 11. & XXII. 27, 6. quam cum genitivo caſu, & cum hoc quidem frequentius, conſtruitur; quam in partem plura exempla collegit Henr. Stephanus in Theſ. Gr. Ling.

Verſ. 6.

CAPVT XXXII.

Cap. XXXII.

Verſ. 4. Ὥσπερ δὲ καί. καὶ bene h. l. habet ex more Polybiano, nec ſolicitari debuit a Reiſkio, qui deletum voluit. Neque incommode καὶ poſt συμβαίνει poſuit Caſubo-

Verſ. 4.

Digitized by Google

saubonus pro διὰ, quod ibi habebat ed. 1. cum msstis: sed ibi quidem lubentes adsentimur Reiskio, satis fuisse, simpliciter delere importunam vocem διά. — *Ibid.* ἐμπεριέχεται. ἐμπεριέχεσθαι edd. cum Regiis, Vesont. Tubing.

Vers. 7. 8. *Vers.* 7. θέσθαι ex msstis & ed. 1. restituimus. θέσει ed. 2 & sqq. propagato operarum errore. — *Vers.* 8. ἀνασκευάσειν Reiskius etiam suaserat, interpretatus, *fore ut evertamus, ut labefactemus.*

Vers. 9. *Vers.* 9. πρὸς αὐτοὺς Αἰτωλούς. — „Forte πρὸς αὐτοὺς καὶ Αἰτωλούς, *cum iis*, Græcis puta, *& Aetolis*. Aut αὐτοὺς cum τοὺς est mutandum." REISKIVS. — Immo signate πρὸς αὐτοὺς Αἰτωλοὺς dicit, *cum solis Aetolis.* Nempe nunc non cum his solis, sed simul cum barbaro populo & extraneo Græciæ hoste (populo Romano) societas proponebatur Lacedæmoniis. conf. c. 37, 5 seqq. — *Ibid.* εὐηθέστατος ὑπάρχειν perfecte correxit Casaub. εὐηθεστάτους h. l. rursus ed. 1. cum msstis, ut supra.

Vers. 10. *Vers.* 10. Χλαυνέαν Casaub. cum Vrsino & Vesont. Χλαυνέα ed. 1. Aug. Regii.

Vers. 11. *Vers.* 11. Παραγιγνόμεθα. Perperam παραγινώμεθα Aug. in subjunct. — *Ibid.* Commodius sic distinguetur oratio: Παραγιγνόμεθα μὲν οὖν, ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου πεπεισμένοι δεῖν ἡμᾶς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι. *Adsumus persuasi de hoc ipso nobis esse verba facienda* &c. Scilicet verba ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου non pendent a παραγιγνόμεθα, sed a ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, tum vero ὑπὲρ τοῦ &c. declarat quid sit *hoc ipsum*. Vide Adnot. ad IX. 3. 9. Pro ἡμᾶς perperam est ὑμᾶς in ed. 1. & Med. Et pro πυθέσθαι in ed. 1. Regiis & Vesont. — *Ibid.* ἀκούσαντας τῆς ἐπιφορμῆς. Reiskius inserendam putavit præpositionem περὶ, quæ tamen haud incommode subintelligi poterat. — *Ibid.* τῶν ἐλπίδων. — „Subaudi τῶν αὐτῶν." REISK.

Vers. 12. *Vers.* 12. ταύτων τὴν ἡσυχίαν ἔχειν. Recte hoc dictum, nec debuit solicitari: *abstineatis his rebus, nihil vos immiscentis*

Digitized by Google

ſeeatis his rebus. Dicunt enim Græci ἡσυχίαν ἄχειν vel ἄγειν περί τινος, & τινὸς abſque præpoſitione.

CAPVT XXXIII.

Cap. XXXIII.

Verſ. 1. διαλεχθέντας. Sic ante Caſaub. correxerat Scaliger. Præſtabat vero διαλεχθέντα, atque id receptum malimus cum Reiſkio. Verſ. 1.

Verſ. 4. Φιλόμηλος Caſaub. cum Vrſin. & Aug. De illa *Onomarchi* & *Philomeli* expeditione vide Diodor. Sicul. XVI. 30. & quos ibi laudavit Weſſeling. Verſ. 4.

Verſ. 6. αὐτὸν ἐπιδοὺς ſcripſimus cum Aug. Regiis, Veſont. αὐτὸν edd. conf. ad verſ. 9. & 11. — *Ibid.* ἐπανείλετο. Frequentiſſime utitur hoc verbo Polybius, nec umquam aliter quam in medio genere. — *Ibid.* ἐλευθερίας. Temere ἐλευθερείας ed. 1. Verſ. 6.

Verſ. 8. Νὴ Δία recte ad ſequentia retulit Caſaubonus. Perperam mssti & ed. 1. jungunt cum ſuperioribus. νὴ Δία ἀλλὰ, *at enimvero, at mehercle;* cum orator reſpondet ad objectionem. conf. c. 36, 8. Verſ. 8.

Verſ. 9. καλούμενος δὲ &c. Confer lib. XVII. c. 14. — *Ibid.* καὶ πολλάκις ὀνομαζόμενος. Intelligimus, ſi abeſſet verbum ὀνομαζόμενος, neminem illud facile deſideraturum fuiſſe, & percommode καὶ πολλάκις referri potuiſſe ad καλούμενος δέ. Sed id ipſum argumento eſt, non eſſe temere a librario aliquo adſutum; præſertim quum ſatis conſtet, amare Polybium copiam verborum. Eſt autem ὀνομάζειν idem quod ἀνομαστὶ vel ἐπ' ὀνόματος, καὶ μετ' ὀνείδους (ut ait Reiſkius) ἐπικαλεῖν, *nominatim citare aliquem, nomen ejus ſermone celebrare, ſemper in ore habere, iterum iterumque vocitare.* Nec videmus cur Erneſtus, ſe non ſatis concoquere hoc verbum in hac re & ſententia, profeſſus ſit. — *Ibid.* ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου φίλων. Sic edd. cum quibus putamus faciunt Med. & Vrb. ἐν Πελοποννήσῳ Aug. Regii & Veſont. quod commodius videri poterat: ſed illud amat Polybius. Sic ὑπὸ τῶν ἐκ Μακεδονίας βασιλέων II. 40, 5. οἱ ἐκ τῆς πόλεως, *oppidani,* IV. Verſ. 9.

71,

71, 11. & id genus alia. — *Ibid.* αὐτὸν ἐπέδωκε imprudentibus nobis propagatum est ex ed. Ernest. Rescribe αὐτὸν cum superioribus editionibus & mssts. Vnus Aug. αὑτὸν habet, ex correctione. conf. ad vers. 6.

Vers. 10. *Vers.* 10. πρᾶξαι. πράξαι Aug. & Regii. — *Ibid.* Ante τὴν τοιαύτην temere τοὺς inserit Med. — *Ibid.* αὐτὸν ἐπέδωκε edd. & mssti. Vnus Aug. αὑτόν.

Vers. 11. *Vers.* 11. κἀκείνους καὶ τούτους, *& illos, & hos. Illi* sunt οἱ ἀστυγείτονες, *finitimi*, nempe Argivi & alii, qui nominantur cap. 28, 7. Conf. Pausan. p. 154. *Hi* sunt Lacedæmonii, de quibus in tertia persona loquitur, (sicut cap. seq. vers. 3.) sermone ad Chlæneam Ætolum converso. Expeditior autem certiorque erat ista Casauboni emendatio, τοὺς in τούτους mutantis, quam si cum Scaligero ἐλθόντας aut aliquam similem vocem excidisse statueremus. Nam, & ad sententiam, & ad verbum κἀκείνους, nihil commodius convenientiusque, quam καὶ τούτους. Et simillimo modo, ut hic, sæpius in his Excerptis peccarunt librarii. — *Ibid.* διὰ λόγου recte Casaub. cum mssts. Imperite διαλόγου ed. 1.

Vers. 13. *Vers.* 13. ὀνείδους καὶ προφορᾶς. Sic recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Vrsino. Mendose προσφορᾶς ed. 1. Regii, Vesont. & codex Dorvillii; quod frustra defendit vir eruditus ad Charit. p. 144. Nam quod in Lexicis nonnullis προσφορὰ latine redditur *reprehensio*, (vid. H. Steph. Thes. T. IV. col. 119.) illius significationis nullum aliud adferunt exemplum, nisi hanc ipsam mendosam in Polybii editione Basileensi scripturam. Notus verbi προφέρειν apud Homerum usus, simillimus latino *objicere*. Suidas: Προφέρει, ὀνειδίζει.

Cap. XXXIV. CAPVT XXXIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. ὠνείδισας recte Casaub. ὀνειδίσας ed. 1. cum mssts nostris.

Vers. 3. *Vers.* 3. πάντας ὑμᾶς. Verius videtur ἡμᾶς, quamquam in vulgatam consentiunt omnes. — *Ibid.* Ἀθηναίους

Digitized by Google

θαίους καὶ τοὺς τούτων προγόνους ἀγωνοθετεῖν. Recte Reiskius monuit, τούτων referri ad *Lacedæmonios*, apud quos verba facit orator, quos etiam ipsos adlocutus erat initio orationis: sed nunc ad Aetolos conversa est oratio. Eodem modo τούτους cap. 33, 11. & τούτοις cap. 35, 7. ad eosdem refertur Lacedæmonios. Rursus vero, ubi ad Lacedæmonios se convertit, οὗτοι sunt Aetoli: ut cap. 36, 2. Pariter apud Demosthenem, ubi Athenienses adloquitur, οὗτος est adversarius; ubi ad adversarium convertit orationem, οὗτοι sunt Athenienses. ἀγωνοθετεῖν satis notum est dici proprie de eis qui *ludos gymnicos curant, apparant, eis præsunt, palmasque victoribus proponunt & distribuunt.* Hinc translato usu ad alia certamina, ἀγωνοθετεῖν τινι, apud Plutarchum & Libanium, ut monuit ad h. l. Reiskius, est *auctorem alicui certaminis aut victoriæ esse.* Et ἀγωνοθετεῖν τινας nunc apud Polybium est *aliquos veluti spectaculi caussa contendere inter se, ut bella invicem gerant;* vel simpliciter idem quod ἐν ἀγῶνι τιθέναι, εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι, *incitare ad bellum, in certamen committere.* Eadem sententiâ διαγωνοθετεῖν τὰ κατά τινας dicit Noster XXVI. 7, 7. *bellum inter aliquos suscitare.* Et Iosephus Ant. XVII. 3, 1. citatus ab Ernesto, ἀγωνοθετεῖν στάσιν, *seditionem ciere.* συμβάλλοντες correxit Casaub. cum Vrsin. & Reg. G. Atque ita debuerant Aug. Reg. F. & Vesont. in quibus est συμβάλοντες, quod in συμβαλόντας mutavit editor Basileensis. Vers. 3.

Vers. 4. τῶν διαδεξαμένων. scil. τὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀρχήν, vel τὰ τοῦ Ἀλεξ. πράγματα, ut est c. 29, 1. Ceterum notum est, nude etiam ac simpliciter τοὺς διαδόχους dici *Alexandri successores.* — *Ibid.* τολμᾶτε. τολμᾶται ed. 1. Med. & Regii. Vers. 4.

Vers. 5. ἂν ἔξει. Certissima nobis haec visa est emendandi ratio. ἂν ἕξει Aug. & Tub. ἂν ἔξει Regii, Vesont. & cod. Vrsini; nempe neglecta ultima vocali, quae pro more inter lineas fuerat scripta. Non placet παρέξει, quod suasit Reiskius, idem esse aiens atque ἐνδέξεται, Vers. 5.

Digitized by Google

ξεται, iis licebit, fas & integrum erit; & longius abeſt, quod eidem in mentem venit, ἴσως ἂν καλῶς ἔξει, eos decebit. Imo poſt ἄν, in hac quidem connexione, deſiderabatur optativus modus.

Verſ. 6 ſqq. *Verſ.* 6. ἐπὶ διαιρέσει τοῦ τῶν Ἀχ. ἔθνους. Conf. II. 43, 10. — *Verſ.* 7. πρὸ τοῦ Ἀλεξ. τὸν Ἡτειρ. Vide II. 45. — *Verſ.* 8. κατὰ κοινόν. κατὰ τὸ κοινὸν ſoli Regii. — *Ibid.* οἵους ἡμεῖς monente Caſaubono correxit Gronov. & tenuit Erneſtus. Perperam οἷους ὑμεῖς ed. 1. 2. cum msstis.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ὃν Τίμαιος μέν. Sic percommode Caſaub. & ſeqq. ὡς Τίμαιος μὲν ed. 1. conſentientibus omnibus codicibus; quod tenendum fuiſſe videbitur nonnullis. — *Ibid.* ἐπὶ Ταινάρῳ correxit Caſaub. cum Vrſino. ἐπί τε μάρῳ ed. 1. ἐπὶ τεμάρῳ Vrb. Med. Reg. F. Veſont. Tubing. Sic & Aug. in quo tamen pro τε inter lineas eadem manu ſcriptum ταϊ, & in ora ἴσως Ταινάρῳ. ἐπί τε μάρῳ Reg. G. *Templi Neptuni in Tænaro*, Laconiæ promontorio, meminit Pauſan. III. 14. & 25. — *Ibid.* καὶ τὸ ἐν Λεύκαις ἱερὸν Ἀρτεμ. Nil variant libri. Confer Polyb. IV. 18.

Verſ. 10. 11. *Verſ.* 10. Φάρυκος. Φάρακος Regii & Veſont. — *Verſ.* 11. τὴν τῶν Παμβοιωτίων πανήγυριν. Conf. IV. 3, 5.

Cap. XXXV. CAPVT XXXV.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. εἰ διὰ μίαν Caſaub. cum ora ed. 1. & ora Aug. ab antiq. manu. Corrupte εἰ δημίαν (ſic) ed. 1. & Regii. εἰδημίαν Aug. Veſont. putamus & alii. — *Ibid.* τὸν πλέω τοῦ βίου χρόνον. βίος, non de ſinguli hominis vita, ſed *ævum*, *tempus*, *hominum vita*, ut V. 33, 7.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἅμα γὰρ τῷ correxit Caſaub. ἅμα γὰρ τὸ ed. 1. cum msstis noſtris. — *Ibid.* Πτολ. τὸν Κεραυνόν. τὸν carent Regii, Veſ. & Tub. De re, quæ hic agitur, conſule Pauſaniam in Phocicis, id eſt, lib. X. cap. 19. — *Ibid.* οἱ περὶ Βρέννον Caſaub. cum Vrſino. οἱ περὶ Βέργον ed. 1. Regii, Tub. Veſ. οἱ περὶ Βέργον Vrb. Aug. οἱ περὶ Βέργους ora ed. 1. ex ora Aug. antiq. manu.

Verſ.

Verſ. 5. ἔχων πολλὰ λέγειν. ἔχων carent Regii, Veſ. Tub. Verſ. 5.

Verſ. 6. ὠνείδισαν — „ſcilicet Aetoli. Subito convertit orationem ab Aetolis rurſus ad Lacedæmonios, & paulo poſt rurſus ab his ad illos, quemadmodum fieri ſolet ἐν τοῖς ἀναγωνίοις.“ REISK. — Conf. ad cap. 34, 3. — *Ibid.* ἐν Δίῳ. vide IV. 62. — *Ibid.* ἐν Δωδώνῃ. vide IV. 67. — *Ibid.* ἐχρῆν. ἔχρην ſola ed. Caſaub. invitis msstis. — *Ibid.* τοῦτο πρῶτον. Mendoſe τοῦτον Reg. F. Veſ. Tub. & carent πρῶτον. τοῦτο Reg. G. & caret πρῶτον. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἐξηγήσασθε. Temere ἐξηγήσεσθε ed. 1. — *Verſ.* 8. Cum in editione Baſileenſi eſſet οὐ τοῖς ἄρχουσι, notavit Caſaubonus ad oram ſui libri: „Videtur deeſſe aliquid, velut οὐκ ἄλλοις ἢ.“ — Verſ. 7. 8.

CAPVT XXXVI. Cap. XXXVI.

Verſ. 1. πρᾶξιν. πράξιν Aug. Regii, Veſont. Verſ. 1.

Verſ. 7. ἑαυτοὺς προσνέμειν recte Caſaub. cum Vrſino. ἑαυτοῖς ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 8. παραβήσεσθε. Mendoſe παραβήσεσθαι ed. 1. conſentientibus codd. — *Ibid.* ποιήσετε. ποιήσεται Regii & Veſont. Verſ. 7. 8.

Verſ. 9. ἐν στήλῃ γεγονότα καὶ καθιερωμένα. Videntur hæc non debuiſſe ſolicitari. Reiſkius tamen, aut delendum καὶ poſt γεγονότα, contendit, aut ſi conjunctionem ſervatam velis, pro γεγονότα legendum γεγραμμένα. — *Verſ.* 10. Poſt πῶς δὲ τούτους inſertum μὲν voluit idem Reiſkius. — *Ibid.* βουλεύεσθαι. Vitioſe βουλεύεσθε ed. 1. cum msstis. Verſ. 9. 10.

Verſ. 11. In hiatu verba τοῖς δ' εὐεργέταις οὐ ponenda monuit Reiſkius. In eamdem ſententiam Caſaubonus, in verſione, lacunam ſupplevit. Suſpicari tamen aliquis poſſit, conſulto iſta verba per apoſiopeſin ab oratore eſſe prætermiſſa. — *Verſ.* 12. τοῖς σώσασι Caſaub. cum Vrb. & Vrſino. Perperam τοῖς σώμασι ed. 1. cum ceteris codd. — *Ibid.* Pro ὃ νῦν, corrupte ἓν ἦν Reg. F. & Veſont. ἐν ἦν Reg. Verſ. 11. 13.

Digitized by Google

Reg. G. — *Ibid.* ἀξιοῦντες. Mendose ἀξιῶν Regius uterque & Vesont.

CAPVT XXXVII.

Cap. XXXVII.

Vers. 1. *Vers.* 1. κρινέσθω edd. cum ora Aug. ab antiq. manu. κρίνεσθαι Aug. in contextu, Regii, Vesont. — *Ibid.* Φιλοτιμότερον correximus. Φιλοτιμώτερον edd. cum msstis. conf. ad cap. 20, 6. Verba παρὰ τοῖς Φιλοτιμότερον διακειμένοις sic interpretatus est REISKIVS: ab hominibus elegantioribus, qui nimis difficilem & miseram & putidam diligentiam in demonstrando, aut etiam sui nimiam jactationem, pro illiberali affectatione fastidiunt." — *Ibid.* οἱ οὗτοί Φασιν perspecte Casaubonus. De οὗτοι, quod ad Aetolos nunc refertur, conf. notata ad cap. 34, 3. & c. 35, 6. Sic mox vers. 2. τὴν πρὸς τούτους συμμαχίαν. Iam vero diserte quidem dixerat Aetolus Chlæneas, esse hoc τὸ συνέχον, sed re ipsa satis significaverat in fine suæ orationis, (cap. 31.) caput esse hoc causæ: quare & Lyciscus cap. 32, 6. ait: Χλαινέας ἀπότομόν τινα συγκεφαλαίωσιν ἐποιήσατο &c. Est autem συγκεφαλαίωσις idem quod τὸ συνέχον. — *Ibid.* ἐπάνιμεν. ἐπάνειμεν ed. 1. cum msstis.

Vers. 2. *Vers.* 2. ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχαῖς εἶναι. Hæc Casaub. sic vertit: *Manebit namque idem, qui fuit in principio, rerum status.* Quam in sententiam, ut Reiskius monuit, in græcis sic fere scriptum oportebat: ταὐτὰ γὰρ τοῖς ἐν ἀρχῇς εἶναι.

Vers. 4. *Vers.* 4. ὦ Κλεώνικε. — „Hic est ille *Cleonicus* Naupactius, qui etiam negotio conciliandæ pacis inter Aetolos & Philippum Achæosque post bellum Sociale fuerat adhibitus, ut narravit p. 613 sqq. [V. 102.] quæ pax etiam hic loci voce τότε designatur." REIRKIVS. — *Ibid.* ἔχοντες recte Casaub. cum Aug. & Vrsin. ἔχοντας ed. 1. cum ceteris codd.

Vers. 5. *Vers.* 5. τῶν βαρβάρων. *Barbaros* Romanos dicit. cf. V. 104, 1. Nempe quia ἀπόφυλοι, ut ait mox vers. 7.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 8. ἐπισπᾶσθαι. ἐπασπᾶσθαι voluit Reiſkius, in præterito, quoniam ſequitur ἐπεσπασμένοι. Sed & illud ferri poteſt. — *Verſ.* 9. τῆς αὐτῶν δυνάμεως. Imperite & invitis mſstis τῆς αὐτῆς δυνάμεως ed. 1. — *Ibid.* ἀπαθοῦντας correxit Caſaub. cum Vrſino. Mendoſe ἀπωθοῦντας ed. 1. ἀποθοῦντας Aug. Regii, Veſont. Verſ. 8. 9.

Verſ. 10. αὐτοῖς ἐπισπασάμενοι, *ſibi*, id eſt, *adverſus ſe attrahere.* Revocavimus ſcripturam conſtantem & unice veram librorum omnium. Eodem modo Lacedæmoniis paulo ante dixerat, verſ. 8. εἰς κατὰ σφῶν αὐτῶν, id eſt, *adverſus ſe ipſos advocare barbaros.* Videtur autem αὐτοὺς h. l. in editionem Caſaub. ex typothetæ errore irrepſiſſe: certe in verſione ipſe etiam interpres *adverſus ſeſe* ſcripſit. — *Ibid.* τηλικοῦτον νέφος recte Caſaub. cum Vrſino. conf. V. 104, 10. τηλικοῦτον ἐφ' οἷς ed. 1. Aug. Regii, Veſont. Tub. nec dubitamus quin & Med. quamquam ex hoc nil notatum. ἐφ' ἧς Vrb. — *Ibid.* ἐπισυστήσας rurſus correxit Caſaub. cum Vrſino. Vitioſe ἐπισυστήσαι ed. 1. Regii, Veſont. Tubing. Et ſic primum fuerat etiam in Aug. ſed ibi alterum cornu literæ τ eraſum, ut ſit σ. Verſ. 10.

CAPVT XXXVIII.

Cap. XXXVIII.

Verſ. 2. ἡματέρους. Perperam ἥμισυ Regii & Veſont. — *Ibid.* καθ' οὓς καιροὺς ὁ Ξέρξης ἀπέστειλε πρεσβευτὰς &c. „Herodotus libro VII. [c. 133.] pluribus hanc hiſtoriam exſequitur. Sed *Darium*, non *Xerxem*, miſiſſe hos legatos narrat. Ergo hoc loco notare licet Polybii μνημονικὸν σφάλμα, niſi dicamus bis a Perſis idem factum.“ PALMERIVS. — Confer Suidam in Δᾶτις καὶ Ἀρταφέρνης. Verſ. 2.

Ibid. ἀπώσαντας. ἀπέσαντας mendoſe ed. 1. Regii, Veſont. — *Ibid.* προσπιβάλλοντας τῇ γῇ. Intelligi τι, ut monuit Gronov. ad I. 42, 9. Licet vero præceſſerit ἀπώσαντας in aoriſto, non tamen neceſſe puto, ut προσπιβάλλοντας contra librorum conſenſum in προσπίπτοντας mutemus, quod voluit Reiſkius; qui & mox κελεῦσαι ἀπαγγέλλειν ſcribere juſſit pro κελεύειν ἀπαγγείλαι, quæ

Vers. 2. bene habere nobis visa sunt. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν — „sunt *imperata*, *postulata*; sive ea quæ Xerxes nuncio mandaverat, sive potius ea quæ per nuncium Lacedæmoniis imperabat. vide ad Lysiæ p. 153, 1. dicta. [nempe in Animadverss. ad Græcos auctores Vol. II. p. 41.] Suidas: Ἐπαγγέλλει, ἐπιτάσσει. Et est verbi hic usus multo creberrimus." REISKIVS. — Idem vir doctus in Indice Græcitat. Demosth. verbum ἐπαγγέλλειν interpretatur *denunciare*, *sive indicando rem factam*, *sive imperando faciendam*. De qua quidem posteriori significatione satis jam monuerat H. Stephanus in Ἐπαγγέλλω, & in Ἐπαγγέλλομαι. τὰ ante κατὰ τὴν ἐπαγγ. perperam omittunt Regii, Vest. Tub. Habet articulum Aug. cum editis.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐθελοντὴν Casaub. cum Aug. Regiis, Vesont. Tub. ἐθελοντὶ ed. 1. Med.

Vers. 4. *Vers.* 4. καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας προκινδυνεύειν. Et nude positum sæpius absque regimine, & cum genitivo casu, & cum præpositione ὑπὲρ constructum reperitur verbum προκινδυνεύω. Passim vero ὑπὲρ a librariis nostris cum περὶ commutatum videre licet, veluti VI. 56, 12. X. 46, 3. quare & nunc ὑπὲρ scriptum reliquisse Polybium suspicati eramus. Si quis tamen omnino servatum περὶ cupierit, ne cum hoc quidem pertinacius contendemus. Rectius vero fortasse prorsus *delebitur præpositio*, quod Scaligero & Reiskio placuit; quemadmodum &, paulo ante, nudum genitivum casum cum ed. 1. agnoscunt codices omnes.

Vers. 5. *Vers.* 5. Ἄξιόν γε. In vulgato ἐξόν γε (quod Casaubonus interpretatus est, *licitum est scilicet vobis*) adquiescat cui hoc placere potest. Nobis Reiskianum illud Ἄξιόν γε, ironice dictum, *decet profecto*, *si diis placet*, *tantorum virorum nepotes* &c. tam mirifice excogitatum & unice verum visum est, ut, quamquam ab illo cum dubitationis significatione propositum, non dubitandum duxerimus, quin in contextum reciperemus. Eodem verbo utitur Noster cap. 33, 13. ἄξιόν γε τὸ γεγονὸς ὀνείδους. Et diverso

diverso quidem vocabulo, sed in eamdem sententiam, eademque orationis structura; cap. 39, 4. καλόν γε, ait, ταύτης τῆς συμμαχίας μετασχεῖν. ἄξιον enim, sequente infinitivo, idem sonat ac καλόν ἐστι, *decet*, *convenit*: itaque &, quod h. l. ἄξιον dicit, ei vers. seq. opponitur αἰσχρόν. Vers. 5.

Ibid. Ἀκαρνάσι. Sic h. l. omnes, cum acuto accentu. Ex ratione vero, quam alibi secuti sumus, Ἀκαρνᾶσι referribere debueramus. — *Ibid.* Βοιωτοῖς, Θετταλοῖς. καὶ Βοιωτοῖς, Θετταλοῖς ed. 1. cum msstis. Βοιωτοῖς καὶ Θετταλοῖς Casaub. & seqq. Conjunctionem prorsus delevimus, quod & maluerat Reiskius, & suadebat Polybii usus.

Vers. 6. εἴ γε μόνον. Sic Casaub. cum Vrsin. & Aug. inter lineas quidem scripta particula γε, sed id ab antiqua, & (ut videtur) a prima manu. In Vrb. (referente Casaub. in ora Basil.) inter εἰ & μόνον est ϑυ, quod quid valeat nescire se fatetur Casaub. Vers. 6.

Vers. 7. προσδοκᾶν. προδοκᾶν ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* ἀπεργασομένους & προσειλῆφασι suo ex ingenio correxit Casaub. Vers. 7.

Vers. 8. οἵ γε Casaub. cum Vrsino. Quoniam vero οἱ δὲ est in ed. 1. consentientibus msstis, quæri cum Reiskio poterit: „num ergo legendum οὐχ οἵδε — *nonne hi sunt qui* &c.? — *Ibid.* Πύλον &c. Vide IV. 16 seqq. & IV. 25, 6. Vers. 8.

Vers. 9. καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. Respicit cap. 34, 6 sq. — *Ibid.* περί τε. κατά τε maluerat Reiskius, ob sequens κατὰ πάσης &c. Commoda quidem emendatio, sed minus necessaria. Vers. 9.

CAPVT XXXIX. Cap. XXXIX.

Vers. 1. μισῆσαι. Minus recte μισῆσαι Aug. & Vesont. Sic nempe solent illi in optativo, spreta grammaticorum lege. — *Ibid.* ὅτι recte edd. οὗτοι Vrb. Aug. Regii, Tub. οὗ Vesont. Vers. 1.

Vers. 2. Οἰνιάδας καὶ Νῆσον. conf. Liv. XXVI. 24 seq. — *Ibid.* ταλαιπώρων correxit Casaub. ταλαιπώρων ed. 1. cum msstis. Vers. 2.

Digitized by Google

mastis. — *Ibid.* Ἀντιγονίων τέλων. Liv. XXVI. 26. Ἀντιγονείων Vesont. Vulgatam nominis formam probat Steph. Byzant.

Vers. 3. *Vers.* 3. τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας &c. Vide lib. XVIII. c. 21, 7. In *conditionibus conscriptis, quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent Aetoli*, hanc refert Livius XXVI. 24. ut *urbium*, quæ caperentur, *solum tectaque & muri, cum agris, Aetolorum, alia omnis præda populi Romani esset.* — *Ibid.* εἰκὸς ἐστι πάσχειν τοῖς - - ποιοῦσι. Nil variant libri. Vtique commodius videri poterat τοὺς - - ποιοῦντας, quod malle se ait Reiskius.

Vers. 4 sqq. *Vers.* 4. κατὰ προαίρεσιν. — „καὶ ταῦτα κατὰ προαίρεσιν. *idque studio, & data opera, atque consulto*, non coactos, ut olim Thebani erant." REISKIVS. — *Vers.* 5. ἐψηφίσωντο ἐκκαιδέκατον τοῖς θεοῖς. Vide Herodot. VII. 132. & quos ibi citavit Valkenar. — *Vers.* 6. κακοπραγμοσύνην ex Vrb. recepit Casaub. & ex ora ed. 1. quæ habet ex ora Aug. Recte vero: nam aliud est κακοπραγμοσύνη, nempe *nequitia, improbitas, malæ artes;* aliud κακοπραγία, *infelicitas, res adversæ.* — *Vers.* 7. ὁρμήσατε καὶ μὴ μετάσχητε. ὁρμήσαντες μὴ μετάσχητε alter Med.

Cap. XL. CAPVT XL.

Vers. 1. *Vers.* 1. Τὸ γὰρ τοιοῦτον ἔθος &c. Quum non liqueret, de quonam *more Atheniensium*, quave ex occasione, hoc dictum esset, eo loco inseruimus minutum hoc Fragmentum, quo oræ codicis Vrbinatis inscriptum illud esse docuit Casaubonus. Reiskius (animadvv. ad Polyb. p. 735 *seq.*) putavit, pertinere ad IX. 23, 6. Licebat etiam conjectare, in concilio illo Lacedæmonum, in quo habitæ sunt orationes, quas hactenus vidimus, adfuisse quoque Atheniensium legatos, qui de rebus, ad communem Græcorum salutem pertinentibus, mandata haberent. Eosdem Athenienses deinde tertio abhinc anno legatos ad Philippum Aetolosque ad dirimendum inter hos bellum misisse, discimus ex Livio XXVII. 30. Fortasse vero agebatur de legatione

Digitized by Google

tione, ab Acarnanibus Athenas missa, qua auxilium ab Athenienſibus petierint Acarnanes.

Verſ. 2. Προθυμίαν γὰρ φίλων &c. In codd. msstis proxime hæc ſequuntur poſt extrema verba capitis præcedentis. Et nullam quidem in aliis codd. lacunæ aut hiatus adeſt indicium; unus codex Vrb. diſerte indicat, aliud Fragmentum ab his verbis incipere. Suſpicamur autem, eſſe hæc verba *nuncionum, ab Acarnanibus ad Philippum miſſorum*, qui, *quanto res in diſcrimine eſſet*, docentes, *omittere Philippum, id quod in manibus erat, cœgerunt bellum*, ut ait Livius XXVI. 25. Nam quod βούλονται verſ. 3. in plurali numero dicit, poterit ad *Macedonas* referri. Nec magnopere obſtat, quod ad annum ſuperiorem hæc res a Livio videtur referri; nam ſi conferas Liv. XXVI. 26. intelliges, ad initium A. V. 544. rem illam pertinere. — REISKII ad h. l. hæc eſt Adnotatio: „Fragmentum hoc non pertinet ad orationem Lyciſci; ſed videtur potius reliquum eſſe ex oratione Chlæneæ, aut alicujus alius, Aetolorum partes defendentis, & Lacedæmonios ad eorum atque Romanorum fœdus invitantis, & illam orationem Acarnanicam refutantis." — Verſ. 2.

Ibid. συμφόρως μὲν γινομένην. — „συμφόρως hic eſt, raro ſenſu, pro ἐν τῷ δέοντι καιρῷ, προσηκόντως." REISK. — *Ibid.* μεγάλην παρέχεσθαι χρείαν. Sic libri noſtri omnes, Aug. Med. Regii, Vet. Tub. Item Memmianus & Leidenſis, teſte Gronovio. — *Ibid.* ἀνωφελῆ. Mendoſe ἀνωφελεῖν ποιεῖν Regii & Tubing.

Verſ. 3. μὴ τοῖς ῥήμασι μόνον. καὶ ante μὴ temere inſerunt Regii. ῥήμασι vero cum Scaligero correxit Caſaub. Mendoſe πράγμασι ed. 1. conſentientibus omnibus msstis. Sed, ut propius ad ſcripturæ veſtigia accedens, ſic verius rectiuſque fuerat putamus γράμμασι, quod etiam ipſum in ora Baſil. notavit idem Caſaubonus. γράμματα autem intelligi debebunt *conditiones ſcripti fœderis*, & ipſum *fœdus ſcripto conſignatum*, quemadmodum XI, 6, 2. Eoque credibilius eſt, vocabulum πράγματα Verſ. 3.

Digitized by Google

quod h. l. libri habent, ex γράμμασι corruptum a librariis esse, quoniam eodem modo XI. 6, 3. vocabulum πράγματα ex γράμματα manifeste ab eisdem librariis corruptum est; quod perspecte ibi Casaubonus vidit correxitque.

Vers. 4 sqq. *Vers.* 4 seqq. Duo Fragmenta, a Suida conservata, huc fuisse a nobis reponenda, docet Livius XXVI. 25. ad quem etiam provocavit Casaubonus in Polybii Fragmentis. Pars fragmenti prioris repetitur apud eumdem Suidam in θυμομαχοῦντες.

Vers. 5. *Vers.* 5. μήτε πῦρ ἐναύειν. Fortasse μηδὲ πῦρ τούτῳ ἐναύειν.

Cap. XLI.

CAPVT XLI.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῆς πόλεως. De *Echino* agi, Thessaliæ urbe, constat ex vers. 11. ubi situm etiam urbis describit. Eam urbem in Aetolorum tunc fuisse potestate; aut certe Aetolis fœderatam, cum ex cap. 42. intelligitur, tum ex XVII. 3, 12. & XVIII. 21, 3. — *Ibid.* δύο. Mendose δίο ed. 1. & Reg. F. — *Ibid.* χελώνας κατεσκεύαζε χωστρίδας. *Aggestitias testudines* vocat Lipsius Poliorcet. I. 8. *testudines ad congestionem fossarum* Vitruvius X. 20. ubi earum construendarum rationem docet. Eodem pertinet *testudo æquandi loci caussa facta* apud Cæsarem Civil. II. 2. Conf. Polyb. X. 31, 8 & 10. & mox hoc cap. vers. 4.

Ibid. στοὰν, *porticum.* Confer Adnot. ad I. 48, 2, Scilicet στοὰ in urbium oppugnatione sunt *plures in unum ordinem junctæ vineæ; sub quibus* (ut ait Vegetius IV. 15.) *subsidentes* (sive cum aliis *obsidentes* malis) *tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta.*

Vers. 3. 4. *Vers.* 3. γέῤῥων. γεῤῥῶν ed. 1. consentientibus msstis, ut jam alibi observavimus. — *Vers.* 4. ἀνωμαλίας. — „Herwag. ἄνω κάνας. [& sic scripti libri omnes.] Iuvat interdum tam portentosa exempla mendarum proponere, ut adolescentes criticæ dediti assuescant natales errorum eos deprehendere, qui cernuntur in permutandis similibus literarum ductibus." REISKIVS.

Vers.

Digitized by Google

Ibid. ἐπὶ τῆ τῶν ἐσχαρίων ἐφόδῳ, *quo promoveri baſes poſſent.* Caſaubonus: *dum baſes promoverentur.* An, *in via qua promovebantur baſes?* ἐσχάριον eſt *baſis turris mobilis* vel *teſtudinis*, ut monuit Vitruv. X. 20. Conf. Diodor. Sicul. XX. 91. & ibi Weſſeling. Verſ. 4.

Verſ. 5. δεύτερον &c. Decem verba, uſque καὶ τὰ, deſiderantur in Regiis, Veſont. & Tub. — *Ibid.* ἐμπυρισμοὺς ἔχε. Verbum ἔχε, quod aberat ab editis, inſeruimus cum Aug. & altero Med. Mendoſe ἔλε habet Vrb. & alter Med. ἐμπυριαμοὺς dedit Vrb. Aug. & alter Med. ἐμπιριαμοὺς ed. 1. & alter Med. ἐμπρησμοὺς Caſaubonus, ſua auctoritate. Quod uſum vocabuli ἐμπυριαμὸς improbat Phrynichus p. 148. id quidem turbare neminem debet: confer Pollucem IX. 156. & ibi Iungerm. — *Ibid.* καταπελτικὰ recte Caſaub. pro mendoſo καταπλαστικὰ, quod habebat ed. 1. cum msstis. Verſ. 5.

Verſ. 6. ἐφεστήκει correxit Erneſtus. Mendoſe ἐφιστήκει ed. 1. 2. cum msstis, quod in ἐφεισστήκει debuerat mutari. vide I. 6, 1. II. 28, 9. III. 105, 4. &c. Verſ. 6.

Verſ. 8. ταλαντιαῖος. Licet ſequatur τριακονταμναίους in accuſativo, ad λίθους relatum, percommode tamen ταλαντιαῖος λιθοβόλος dicitur, *balliſta talentaria*, id eſt, *emittens lapides ſexaginta librarum pondere.* Vide Lipſii Poliorcet. lib. III. dial. 3. p. m. 130. Verſ. 8.

Verſ. 9. βλάπτεσθαι μηδέν. Poſt βλάπτεσθαι, comma ponunt, & dein μηδὲ habent mssti & ed. 1. Id ſi verum eſt, oportet nonnihil excidiſſe. μηδὲν correxit Caſaub. Verſ. 9.

Verſ. 11. Ἐχιναιεῖς. Ἐχινάεις edd. cum Aug. Ἐχεναεῖς Regii & Veſont. — „Ἐχινάεις recte formatur ab Ἐχίναι & Ἐχινάδες. Num autem ab Echino, Theſſaliæ oppido, ſic formetur gentile, dubito. vid. Steph. Byz. h. v. & v. Ἀλόπη.“ REISKIVS. — Stephanus ſcilicet gentile hoc ὁ Ἐχινεὺς facit, & Ἐχιναμὸς. Apud Heronem (nobis cap. 42, 1.) editum eſt Ἐχιναίων, Caſaubonus vero in Fragmentis Polybii ex eodem Herone Ἐχιναιέων ediderat. Tum cap. 43, 3. Caſaubonus quidem Ἐχινάεις Verſ. 11.

Digitized by Google

edidit, sed in texto & in Herone edito est Ἀχαιοῖς, quod ex Ἐχινοῖς utique corruptum videtur. Nam quod in ora Heronis editi quæritur: An Ἐχιναῖς? in eo scripturam Casauboni in mente habuit editor.

Cap. XLII.

CAPVT XLII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Πόπλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων &c. Ex Libro manuscripto Anonymi Tactici, ut ait, primus hoc caput edidit Casaubonus in Fragmentis Polybii. (Conf. Præfationem nostram, Tomo I. Polybii præmissam, pag. 13. num. IX.) In Heronis editione legitur id Fragmentum p. 323. Mirum vero est quod accidit h. l. CASAVBONO. Nam licet Imperatoris Romani nomen bis in hoc Fragmento, Πόπλιος, diserte edatur, nec *Marci* ullius fiat mentio; tamen, perinde ac si Μάρκος legeretur, hanc Adnotationem adjecit ille: — „*Marcus* Consul, est M. Fulvius Nobilior, qui cum collega Cn. Manlio Volsone honorem illum gessit circa finem Olympiadis CXLVII. [nempe A. V. 565.] Hic Fulvius cum exercitu in Epirum & Græciam venit." — Imo vero de *Publio* agitur, non de *Marco*: & A. V. 544. non 565. pertinet hæc res. *Publius* igitur, quem hic dixit Polybius, est *P. Sulpicius Gallus*; qui cum Consul esset A. V. 543. sub finem ejus anni in Macedoniam missus, Lævino successit. vide Liv. XXVI. 22. Eidemque prorogatum in sequentem annum imperium est, hac lege, ut *omnem exercitum, præter socios navales, juberetur dimittere*. Liv. XXVI. 28. Itaque Aetoli quidem, ut ait Polybius in fragmento nostro vers. 2. pedestri exercitu ad Echinum accesserunt, Publius vero cum sua classe, Philippum coacturi, ut ab oppugnatione desisteret; sed utrique nihil ad liberandam urbem profecerunt. Idem Sulpicius apud Nostrum lib. X. 41, 1. rursus simpliciter Πόπλιος vocatur, in rebus anni ab V. C. 546. atque etiam tum classi præfuit, nam per plures continuos annos quotannis prorogatum ei imperium est. cf. Liv. XXVII. 22. &c.

Ibid. Ἐχινάδων. vide ad cap. 41, 11.

Vers.

Verſ. 2. *παραγενόμενοι αὐτοί.* Poſſis *αὐτοῦ* vel *αὐτῷ* ſuſpicari. — *Ibid. ὁ μὲν Πόπλιος. μὲν*, omiſſum a Caſaubono, adjeci ex Herone edito. — *Ibid. προσβαλόντας* ex Herone ed. recepi. *προσβάλλοντας* Caſaub. & ſeqq. in Fragm. Polybii. Verſ. 2.

Verſ. 3. Verbum *ἀπελπίσαντας* præterniſerat Caſaubonus & ſequentes Polybii editores; ſed habet illud Hero editus. — *Ibid. θαλάσσης. θαλάττης* Hero ed. Verſ. 3.

CAPVT XLIII. Cap. XLIII.

Verſ. 1. *Ὁ γὰρ Εὐφράτης* &c. — „Fragmentum hoc videtur nonnulla neceſſitudine cum illo conjunctum eſſe, quod p. 1380, 27 ſqq. [nobis lib. VIII. c. 25.] legitur." REISKIVS. — Nempe utrumque Fragmentum pertinet ad res ab Antiocho in ſuperiori Aſia geſtas; ſed illud agit de re annis ſuperioribus geſta. — *Ibid. διὰ Συρίας.* Mendoſe *τὸν διὰ Συρίας* ed. 1. cum mſstis omnibus, excepto altero Med. Hinc deinde *τότον* habet ed. 1. cum illo Med. in quo eſt *τὸν* ante *διά*. Alter Med. *τῶν διὰ* habet; & ſic Vrſinus, neſcimus utrum ex ing. an ex ſuo codice. Rectius articulum ante *διὰ* delevit Caſaub. Mox in *τότον* cum Caſaub. conſentiunt codices omnes, excepto altero Med. de quo ſupra diximus. Verſ. 1.

Verſ. 2. *δοκεῖ μὲν οὖν τὴν Ἐρυθρὰν ἐμβάλλειν θάλατταν. Videtur in mare Erythræum ſe exonerare.* Immo *fertur, perfibetur.* conf. ad IX. 25, 1. — *Ibid.* Pro *οὐ μὴν*, miro errore, eſt *σημεῖον* in ed. 1. & Med. Ceteri libri in veram conſentiunt ſcripturam, quam edidit Caſaub. Verſ. 2.

Verſ. 3. *καθ' οὓς ἂν πλείους τόπους.* — „Plebeia eſt dictio, idem ſignificans atque *καθ' ὅσα ἂν πλείους τόπους, quæ plura ad loca diſpergantur.* Similiter Diodorus Siculus T. II. p. 447, dixit *ἐκλέξαντες οὓς ἐδύναντο πλείστους.* Dicere quoque licuiſſet *καθ' ὅσους ἂν πλείους.* vid. p. 284. [III. 51, 10.]" REISKIVS. Verſ. 3.

Digitized by Google

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πλεῖστος γίγνεται τῷ ῥεύματι κατὰ Κυνὸς ἐπιτολήν. Eamdem rem, ſatis quidem obviam, monuerat etiam de Pado fluvio, lib. II, c. 16, 9.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. συῤῥύσεως recte Caſaub. & ſeqq. cum Vrſin. & Aug. συῤῥήσεως ed. 1. cum ceteris. — *Ibid.* ἐπὶ τὰς ἀρδεύσεις. Fortaſſe fuſius aliquanto Polybius h. l. dixerat *de irrigatione arvorum ex Euphrate fluvio*, eaque occaſione uſus erat illo vocabulo Φρεατοτύπανα, quod ex Polybio citavit Heſychius. Vide Polybii Fragm. Gramm. n. CXXXV. Tom. V. p. 100 ſq. & quæ ibi adnotavimus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. συμβαίνει γίγνεσθαι. Ita hoc dictum eſt, tamquam id *fieri ſoleret*. Sed ex eo, quod ſequitur καταγόμων μὲν ὄντων τῶν πλοίων, *quum magno onere premuntur naves*, intelligitur, egiſſe hoc loco Polybium de re ſemel geſta; nempe de expeditione quadam Antiochi, qua copias navibus per Euphratem ſecundo fluvio deportavit. Ad *id tempus*, ſi quid videmus, refertur particula τότε, non ad ortum caniculæ, ut Reiſkius voluit, cum agri ſunt irrigandi. Pro συμβαίνει γίγνεσθαι vero, aut συνέβη γενέσθαι aut συνέβαινε γίγνεσθαι ſcriptum putemus reliquiſſe Polybium. — *Ibid.* Pro μὲν ὄντων, perperam eſt μενόντων una voce in ed. 1. & msstis. — *Ibid.* τῶν πλοίων. Articulus abeſt a Regiis & Veſont.

Cap. XLIV. CAPVT XLIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ῥωμαῖοι πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν. — „Videtur hoc Fragmentum ad illam Legationem pertinere, quam teſte Livio XXVII. 4. M. Atilius & Manius Acilius ad Ptolemæum Philopatorem A. V. 543. [A. V. 544.] obiere.“ REISKIVS. — Neque vero obſtat, quod de *frumento petendo* tacet Livius.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ὥστε τὸν Σικελικὸν μέδιμνον πεντεκαίδεκα δραχμῶν ὑπάρχειν, *ut medimnus (tritici) Siculus drachmis quindenis veniret*. Hoc pretium ſi conferas cum eis pretiis, de quibus diximus ad II. 15, 1. invenies quintuplo majus ea, quod Ciceronis ætate legitimum erat in Sicilia; ſed qua-

Digitized by Google

quatuor & viginti partibus majus eo, quo Polybius ſua memoria ſæpius veniiſſe in Gallia Ciſalpina ait tritici medimnum Siculum.

CAPVT XLV.

Cap. XLV.

Verſ. 2. Ἀρσινόη. Inter complures hujus nominis urbes, eam, quam octavo loco poſuit Stephanus, *Aetoliæ* eſſe ait. Ea vero Ἀρσινοΐα vocatur in Excerptis Valeſianis, nobis lib. XXX. 14, 5. Fortaſſe autem hoc libro nono de *cædibus illis inteſtinis Aetolorum ad Arſinoën patratis* verba fecerat Polybius, quarum deinde in tranſcurſu, loco modo citato, mentionem facit. Verſ. 2.

Verſ. 3. Ἀτελανοὶ παρέδοσαν ἑαυτούς. Livius XXVI. 16. in rebus anni ab V. C. 543. *Atella & Calatia in dedi. tionem acceptæ.* Verſ. 3.

Verſ. 4. Φόρουννα, πόλις Θρᾴκης. Philippum ſub finem anni 543. vel ſub initium anni 544. expeditionem in Thraciam ſuſcepiſſe, docet Livius XXVI. 25. Occaſione ejus belli mentionem facere hujus urbis potuit Polybius. Verſ. 4.

Quod vero in Scholio infra contextum retulimus Fragmentum, in eo per errorem operarum Gronovii, propagatum in Erneſtinam editionem, Συνία ſcriptum erat pro Ξυνία. Vide Spicilegium noſtrum Reliquiarum ex Polybii libro IX. Tomo V. p. 37. num. III.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

Lib. X.

LIBRI X.

RELIQVIAS.

Cap. I.

CAPVT I.

„Fragmentum hoc pertinet ad narrationem de *Tarento a M. Fabio Cunctatore recepta.*" REISKIVS. — Vide Livium XXVII. 15.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ῥηγίνων, ex ingenio correxit Gronov. Sic vero eſt in Aug. & Reg. E. (nam in eo codice, quem hac nota *Reg. E.* inſignivimus, continetur magna pars Excerptorum Antiquorum ex hoc libro decimo, quod jam monuimus, ubi de illo codice verba fecimus, in Præfat. Tom. II. p. XIII ſeq.) Ῥηγίνον Regii & Veſont. Ῥηγίνων ed. 1. 2. cum Med. Sed *Rheginorum* in verſ. lat. jam ſcripſerat Caſaub.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Σικελικόν. Σικελιακὸν Regii, Veſont. Tubing. — *Ibid.* ἔχει δὲ τῶν τε Sic ſcripſimus cum Vrb. Aug. & Reg. E. ἔχει τῶν τε ed. 1. cum Reg. F. G. Neſcimus quid Med. e quo nil notavit ad h. l. Gronov. ἔχει τῶν γε Tub. ἔχει τῶν βαρβ. Veſont. ἔχει δὲ τῶν βαρβ. ed. 2 & ſeqq. cum Vrſino.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καί τινα μέρη τῶν Δαυνίων. Quum Σαυνίτων vulgo legeretur conſentientibus libris, monuit ad h. l. GRONOVIVS: „Quid *Samnitibus* cum Magna Græcia ſit, & cur inter tam propinquos mari Siculo populos numerentur, vix diſpicio. Diſerte Samnitas a Magna Græcia Livius ſecernit, XXXI. 7. *Nec Tarentini modo, oraque*

illa

illa Italiæ quam Majorem Græciam vocant, sed Lucanus & Bruttius & Samnis a nobis defecerunt. Verum & ex accentu liquet, depravatum esse nomen. [Scilicet, si de *Samnitibus* ageretur, Σαυνιτῶν oportebat.] Scribo Δαυνίων. Nam cum recenseat aliquas *Dauniorum* partes, respicit ad divisionem Iapygiæ in lib. III. factam." — Vide lib. III. c. 88. Adoptavimus Gronovii emendationem, non ob ista Livii verba, quippe quibus & Bruttii & Lucani a Magna Græcia separantur, qui tamen ab aliis & ab ipso Polybio recte eidem accensentur; sed quod *Dauniis*, non *Samnitibus*, hic locus, hæc sedes erat. Dicit autem, *Dauniorum partes nonnullæ;* quia major pars Dauniæ mediterranea erat. Vers. 3.

Vers. 4. Καυλωνία recte utique Casaub. Καυλωνὰ ora Aug. ab antiqua eaque prima manu. Ceteri omnes Καυλώα. Vers. 4.

Vers. 5. Quatuor verba ἀπὸ Σικελίας καὶ τοὺς per errorem prætermissa sunt in edit. 3 & 4. — *Ibid.* λιμέσι. Perperam λιμένσι ed. 1. Reg. F. G. Vat. Tub. — *Vers.* 6. τοῦ τόπου recte Casaub. τοῦτό που ed. 1. Hinc mox post εὐδαιμονίας supplendum verbum συλλογιζόμενος putavit Scaliger. — *Ibid.* ὄρμους. ὄρνους Reg. F. G. Vesont. μ cum ν commutato, ut passim alibi. Vers. 5. 6.

Vers. 8. τὰς ἀλλαγὰς καὶ μεταθέσεις. Casaub. *ad permutandas aut transferendas merces.* Dubitamus an μετάθεσις de *transferendis mercibus* recte dicatur: & malimus utique διαθέσεις. Frequentissime in præpositionibus peccarunt librarii: cujus erroris novum exemplum habemus proximo *versu* 10. ubi in mendosum ὑπερβολὴν, pro ἐπιβολὴν, cum editis consentiunt libri omnes, excepto uno Reg. E. ac fortasse codice Vrsini: Vrsinus certe, sic corrigere jubens, non, ut alibi, suo ingenio eam emendationem acceptam refert. Pro ἐμπορίῳ *vers.* 8. ἐμπορείᾳ dant Aug. & Reg. E. ut sæpe aliis probati libri, conf. ad I. 82, 6. Vers. 8.

Vers.

Digitized by Google

Vers. 9. *Vers.* 9. οὐδέπω γὰρ συνέβαινε τότε τὴν τῶν Βρεντεσινῶν ἐκπίπτειν πόλιν. Βρεντεσινῶν recte Casaub. cum Aug. & Vrsin. Βρενδεσινῶν Reg. E. Βρετεσινῶν ed. 1. Med. Βρετσεσιῶν Reg. F. G. Vesont. Tub. Quæ autem de *Brundusio* hic dicit Polybius, non satis concordant cum his, quæ & de antiquitate hujus urbis & de præstantia portus Brundusini alii tradunt scriptores. Vide Iustin. XII. 2. & Strab. III. p. 382. De scriptura nominis diximus ad II. 11, 17. & III. 61, 1.

Cap. II. CAPVT II.

Narrationis ordo. Notabile hoc fragmentum *de ingenio Scipionis*, tum de *primis ejus rebus in Hispania gestis*, primum ex Excerptis Antiquis editum est in editione Basileensi, inde a verbis, quæ in nostra edit. sunt cap. 2, 5. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τότε &c. Cum autem initium ejusdem hujus Eclogæ, usque ad verba τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπραγμένοις, (cap. 3, 2. nostræ editionis) a Suida insertum esset suo Lexico in Πόπλιος, præpositis ante verba Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, hisce: Πόπλιος. Περὶ τούτου τοῦ στρατηγοῦ ζητοῦσί τινες, τίνι τρόπῳ ἐγένετο ἐπιφανέστατος, ἀπὸ πόλεως φύσεως ἢ τριβῆς ὁρμηθείς. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι &c. Casaubonus, monitus ab Vrsino, ista verba, quæ apud Suidam quidem leguntur, nec vero sunt in codicibus qui Excerpta Antiqua exhibent, reliquo Excerpto præposuit; in quo eum secuti sunt posteriores Editores. Valesius vero, in Excerptis de Virtutibus & Vitiis, ex Codice PeirescIano editis, primam Eclogam ex Polybii libro X. ab his incipit verbis: Ὅτι μέλλοντες ἐπιρρεῖν τὰ πραχθέντα Ποπλίῳ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν &c. usque ad παραβολώτατα τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. (cap. 2, 1-4. nostræ edit.) Tum docet idem VALESIVS, *in eisdem Excerptis de Virt. & Vitiis post* πεπραγμένων. *continuo sequi illa verba* Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι *& cætera, quæ edita sunt* [in Excerptis Antiquis] *lib.* X. *c.* 2. Quare nos non dubitandum duximus, quin Valesianum hoc Excerptum cum Excerpto Antiquo eadem ratione conjungeremus, reiectis illis

illis verbis, quæ ex Suida præposuerat Casaubonus; præsertim quum satis adpareret, ipsa illa Suidæ verba, quæ supra adposuimus, ex eisdem Polybianis verbis, quæ Valesius ex codice Peirescіano edidit, esse contracta.

De rebus, quæ hac Ecloga exponuntur, conferendus Livius lib. XXVI. c. 41 seqq. Sed in temporum ratione nonnihil a Livio discedit Polybius. Livius captam a Scipione novam Carthaginem statuit eo anno quo consulatum gessere M. Claudius Marcellus IV. M. Valerius Lævinus II. id est A. V. 544. At profitetur ipse Lib. XXVII. c. 7. *quasdam esse, qui anno insequenti captam tradiderint.* In horum vero numero fuisse Polybium, ipse locus, quem tribuit ille huic rei in libro X. historiarum, post Tarentum receptam, (X. 1. coll. Liv. XXVII. 15.) satis evincit. Recepta est enim Tarentus a Fabio Consule A. V. 545. Et præterea ex eis, quæ ipse Polybius dixit lib. IX. c. 1. intelligebatur etiam, decimum hunc librum, in quo nunc versamur, res comprehendere, duobus posterioribus annis Olympiadis CXLII. id est annis ab V. C. 545 & 546. gestas. Constat autem sibi Polybius in temporum ratione, quibus cæteras res in Hispania a Scipione gestas scribit. Rursus enim res anno insequenti in Hispania gestas refert ad eum annum quo cecidit Consul Marcellus, id est, ad A. V. 546. ut adparet ex serie narrationis earum rerum, quæ in Excerptis Antiquis cap. 29 & 31. (nobis X. 32 & 34.) exponuntur: quas easdem res Scipionis Livius XXVII. 17. in annum eum retulit, qui postremum Marcelli consulatum præcessit, id est, in A. V. 545. conf. Liv. XXVII. 22 & 27. Ceterum etiam omnino paulo majorem natu Scipionem, cum res in Hispania gereret, Polybius facit, quam Livius. Hic enim lib. XXVI. 18. (in rebus anni 543.) *quatuor & viginti ferme annos natum* Scipionem facit cum Proconsul creatus est in Hispaniam; ut, ex ejusdem Livii ratione, idem Scipio anno sequenti, Novam Carthaginem capiens, annum egerit quintum & vicesimum. Polybius vero diserte X. 6, 10. *septem & viginti annos natum* Scipionem,

Chronologia.

Digitized by Google

Chronologia. pionem, cum Novam Carthaginem caperet, scribit. Contra vero, quod idem rursus Polybius X. 3, 4. ait, Scipionem, quo tempore patrem in pugna ad Padum e præsenti vitæ periculo eripuit, id est A. V. 536. *decimum septimum annum egisse*, id rursus magis cum Livii ratione, quam cum ipsius Polybii, consentire videtur. Nam qui A. V. 536. natus est annos 17. is A. V. 544. (quo Proconsulem creatum Scipionem, ut diximus, Livius tradit) erit annos natus viginti quatuor, quos Scipioni eo tempore Livius tribuit; anno vero ab V. C. 545. non erit annos natus *septem & viginti*, quos Polybius Scipioni illo anno tribuit, sed annos *viginti sex*. Sed hæc quidem minutiora. conf. ad c. 3, 4.

Vers. 1. *Vers.* 1. προεπιστῆσαι, *prius attentos reddere*. Sic recte Valesius & Gronovius, ex codicis Peiresciani (ut putamus) præscripto. Quod προσεπιστῆσαι editio Ernestina habet, casu potius ac temere, quam consilio & ratione, factum videtur.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐπιτυχῇ recte Casaub. cum Suida & Vrb. Mendose ἐπὶ τύχην ed. 1. ἐπὶ τύχῃ Aug. Reg. E. F. G. Tub. ἐπιτύχῃ Vesont. — *Ibid.* ταὐτομάτῳ restituimus ex ed. 1. cui adsentiuntur Aug. Regii tres, Vesont. Tub. putamus & Vrb. & Med. τῷ αὐτομάτῳ Suidas & Vrsin. τῷ ταυτομάτῳ minus recte ed. Casaub. & seqq.

Vers. 6. 7. *Vers.* 6. ἐν ἑκάστοις πραττόντων. ἓν ἕκαστον πραττόντων correxit Scaliger; ingeniosa ratione nec tamen necessaria. — *Vers.* 7. ὑπάρχει. ὑπάρχον Suidas: recte fortasse, (intelligendo ἐστὶ ex præcedentibus,) ut ex hoc corruptum sit ὑπάρχειν, quod habent libri nostri.

Vers. 8 sqq. *Vers.* 8. Ἐμοὶ δέ. Etiam Suidas cum codd. nostris conjunctionem omittit, sed ille post Πόπλιος inserit hæc verba, φησὶν ὁ Πολύβιος. — *Ibid.* ἐσχηκέναι. ἔσχε solus codex Peiresc. — *Vers.* 9. περιποιῆσαι τῇ πατρίδι. τῇ πατρίδι περιποιῆσαι Suidas. — *Vers.* 10. παραβάλλεσθαι recte ex Suida adoptavit Casaub. monitus etiam ab Vrsino. —

Vers.

Verſ. 11. *ἀεὶ. αἰεὶ* Reg. E. & ſic mox rurſus. — *Ibid.* Verba *καὶ πιστοτέρας* deſunt Reg. E. Verſ. 11.

Verſ. 12. Verba *ἐνεργάζομ.* uſque *πολλοῖς* omiſit Suid. De ipſo verbo *ἐνεργάζομ.* conf. c. 3, 2. — *Ibid. ἐπινοίας* recte Caſaub. cum Suida. *ἐκνοίας* h. l. ed. 1. cum mſstis. Sed cap. 5, 7. omnes in verum conſentiunt. — *Ibid. προθυμοτέρους* recte Caſaub. cum Reg. E. *προθυμωτέρους* ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſont. Verba *καὶ προθυμ.* omiſit Suidas. — *Ibid. κατασκευάζε. παρασκευάζε* Suid. Verſ. 12.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 1. *ὅτι δ' ἀνὴρ.* Colorem Polybianum habet *διότι*, quod eſt apud Suidam. — *Ibid. συμβεβιωκότων* ed. Caſaub. & ſeqq. cum Suida, monente etiam Vrſino. Sicut hoc loco, ſic rurſus cap. 9, 3. vitioſe codices omnes *συμβεβηκότων* dant. — *Ibid. ὑπ' αὐγὰς* cum Vrſino correxit Caſaub. *ὑπ' αὐτὰς* ed. 1. Aug. Vrb. Reg. E. Veſont. *ὑποστὰς* Suidas. *ὑπ' αὐτοὺς* Reg. F. G. Tubing. Recte omnes V. 35, 10. — *Verſ.* 2. *καὶ λόγου* caret ſolus Reg. E. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. *ἔφη γάρ. Narrabat autem (Lælius).* In vivis ne adhuc fuerit Lælius hic A. V. 588. quo tempore primum Romam venit Polybius, ut ex ipſius ore audire rem potuerit, non habemus dicere. Potuit vero ex Lælio filio, Africani minoris amico, qui a patre acceperat, cognoſcere. Exſtitiſſe *Lælii librum de Vita Scipionis*, notavit Scaliger in ora ſui Polybii: eum vero librum nulli ſcriptori memoratum novimus. P. Tuberoni, Africanum avunculum laudanti, orationem ſcripſiſſe C. Lælium, docet Cicero de Orat. II. 84. ſed is Lælius fuit filius, & Africanus minor, cujus ſoror, L. Aemilii filia, mater fuerat illius Tuberonis. — *Ibid. περὶ τὸν Πάδον.* Vide Adnot. ad III. 65, 1. Verſ. 3.

Verſ. 4. *τότε γὰρ ὡς ἔοικεν ἑπταπαιδέκατον ἔτος ἔχων Eo tempore annos circiter decem & ſeptem natus.* Ex ea ratione, quam tradit cap. 6, 10. (de qua diximus ad initium cap. 2.) oportebat nunc *unum* ponere *octavum tum* Verſ. 4.

Digitized by Google

Vers. 4. *decimo.* At nec præcise hunc annum definit, sed adjecta dubitationis aliquam significationem ὡς ἔοικε, quod verbum vel eodem modo accipi poterit, ut δοκεῖ mox vers. 5. *fertur*, *perhibetur*; vel usitato modo, *ut videbatur*, scil. eis qui ei pugnæ intererant, aut *ut videbatur Lælio.* Ceterum parum utique interest. Id vero mirum videri debet, quod in illius pugnæ narratione lib. III. c. 65. ne verbo quidem mentionem hujus rei fecit Polybius: cujus silentii causa poterat in eo fortasse quæri, quod incerta quodammodo ejus rei fama fuerit, ut ex Livio XXI. 46 extr. intelligitur; sed, quandoquidem nunc ipsum Lælium testem ejus rei advocat Polybius, probabilior etiam fit suspicio illa, quam in Adnot. ad III. 65, 11. alia ratione nisi significavimus, intercidisse ibi partem aliquam narrationis Polybianæ. — *Ibid.* βοηθῆσαι. Perperam βοῆσαι Reg. F. G. Vat. Tub.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐπὶ ποσόν. Corrupte ἐπίσων Reg. F. G. & Tubing. conf. Adnot. ad II. 30, 7. — *Ibid.* δοκεῖ, *fertur*, *perhibetur.* conf. ad IX. 25, 1.

Vers. 7. *Vers.* 7. ὅταν εἰς αὐτὸν ἀναρτηθεῖεν ὑπὸ τῆς παιρίδος αἱ τῶν ὅλων ἐλπίδες. Cum ἀναγκασθεῖεν darent libri omnes, CASAUBONUS in ora Basil. notavit: „forte ἐγκλεισθεῖεν, ut fere p. 239.“ — (respiciens scil. ad illa verba, XI. 20, 7. ὑπὸ δὲ τῶν πραγμάτων συγκλειόμενος. At συγκλείειν, sive etiam ἐγκλείειν, in ista connexione idem fere sonat ac ἀναγκάζειν: quod si igitur illud bene hoc loco haberet, ne hoc quidem opus esset solicitare.) REISKII est ad h. l. adnotatio hujusmodi: „Fuit cum ἐγκλεισθεῖεν conjicerem, inductus a loco, qui est p. 1101, 35. [nobis XVIII. 22, 4.] Sed vulgata hic loci bene habet. ἀναγκάζειν est *in angustum locum compellere*, *contrudere*, *cogere.* vid. p. 314, 22. [nobis III, 74, 4.]“ — At quam commode dici potest, *compulsum aliquem* vel *coactum fuisse temporibus*, *rebus ipsis*, vel *ab hostibus*, *a circumstantibus*, & quæ sunt hujus generis alia; tam incommoda alienaque videri debet hæc dictio, *quotiescunque summæ spei in eum con-*

Digitized by Google

compulsa est a patria. Nempe ex præcedentibus verbis animo librarii obversabatur verbum ἀναγκασθῆναι, qui dormitans illud nunc repetiit loco ejus, quod hic scripserat Polybius. Cogitaveramus statim ἀνενεχθεῖσαν, quod etiam Scaligero videmus in mentem venisse. Atque id perpulcre & rei de qua agitur convenit, & stylo Polybiano: nam quemadmodum XV. 11, 4. utitur Polybius hac phrasi, ἀναφέρειν τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἐπί τινα, eodem modo & εἰς τινὰ dicere poterat. Sed cum exquisitius, tum significantius esse judicaveramus neque minus conveniens Polybio, ἀναρτηθεῖσαν. Nam sicut X. 33, 5. ait πᾶσας ἐξηρτῆσθαι τὰς ἐλπίδας ἑκάστοις ἐκ τῶν ἡγουμένων, sic probabile est, nec aspernaturum fuisse phrasin ἀναρτᾶν τὰς ἐλπίδας εἰς τινὰ, *spem suam in aliquo reponere;* quam in partem Henr. Stephanus ex Chrysostomo citat, ἀνηρτῆσθαι τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας εἰς ἕτερον μηδὲν, *salutis spes non alinnde pendere;* similique ratione Demosthenes Epist. 3. 1480. ed. Reisk. εἰς τὸν δῆμον ἀναρτήσαντας ἑαυτοὺς dixit, *qui spes fortunasque suas ex inconstantia popularis aurae suspenderunt.* Quod si quis vero ἀνενεχθεῖσαν prætulerit, cum eo nos quidem non modo non contendemus, sed fatebimur etiam, nobis quoque (ut nunc quidem stat sententia) hoc ipsum probabilius videri; præsertim quum ad codicum scripturam propius etiam quodammodo accedat. Vers. 9

Ibid. ὅπερ ἰδιόν ἐστιν οὐ τῇ τύχῃ πιστεύοντος. Sic Casaub. & seqq. cum Aug. Reg. E. F. G. Tub. & Vrsini codice. ὅπερ οὐκ ἰδιόν ἐστι νοῦ τῇ τύχῃ ed. 1. Med. Vesont. Hinc ὅπερ οὐκ ἰδιόν ἐστι τοῦ τῇ τύχῃ legendum suspicatus erat Vrsinus.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 1. τὴν ἀγορανομίαν; *ædilitatem.* Ædilem curulem fuisse Scipionem cum M. Cornelio Cethego, Consulibus Q. Fulvio Flacco, Ap. Claudio, id est A. V. 542. scribit Livius XXV. 2. ignorans Lucium, fratrem Scipio- Vers. 1.

Digitized by Google

nis. Confer Livii interpretes ad eum locum, & qui ab his citantur auctores.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐφιξόμενον. Mendose ἀφιξομ. Reg. E. — *Ibid.* μόνως οὕτως correxit Casaub. μόνος οὗτος ed. 1. cum msstis. Poterat & μόνον οὕτως corrigi, quod voluit Vrsinus. — *Ibid.* καθίξεσθαι. Perperam καθίζεσθαι ed. 1. cum mss. conf. c. 5, 7. — *Ibid.* συμφρονήσαντες. συμφωνήσαντες solus Reg. E.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἔμελεν αὐτῷ correxit Casaub. Mendose ἔμελλεν αὐτῷ ed. 1. cum msstis, excepto Reg. E. qui pejus etiam ἔμελλ' ἑαυτῷ. Adparet, ᾗς ad matrem referri, αὐτῇ vero ad Scipionem. Ceterum, quum verba ista proxime post τὴν μητέρα videri possint collocanda fuisse, huc rejecta sunt a scriptore, ne longius abessent ab his quæ sequuntur τὸν μὲν γὰρ πατέρα &c.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὸν μὲν γὰρ πατέρα τότε πλεῖν συνέβαινεν εἰς Ἰβηρίαν. *Pater enim per id tempus cum classe abierat in Hispaniam.* Sic Casaub. Rectius fortasse fecissemus, si, ut Reiskius admonuit, *comma transtulissemus ante* εἰς Ἰβηρίαν, ut hæc verba referrentur ad ea quæ sequuntur. Monuit autem idem Reiskius, πλεῖν hic non significare *navigare*, sed *cum classe domo abesse*. Et hanc quidem interpretationem utique res ipsa postulat; nam in Hispaniam profectus erat P. Scipio pater anno 537. (Liv. XXII. 22.) res autem quæ hic agitur, accidit anno 542. Ac scimus nos quidem, verbum πλεῖν de nautis atque de mercatoribus dici, qui *mare exercent;* (quod πλοΐζεσθαι dicit Polyb. II. 8, 1.) tum vero intelligimus, de classium ducibus etiam posse usurpari, qui *in mari versantur* & mari potissimum res gerunt, quo pacto accipi potest IV. 29, 7. Sed Scipio, quamquam cum classe in Hispaniam profectus, tamen non tam mari, quam terra res in Hispania gerebat. Idem vero verbum πλεῖν, de duce classis dictum, proprie *proficisci cum classe* significat, ut I. 21, 11. 41, 3. &c. quæ & ipsa notio IV. 29, 7. percommode locum habet. Itaque incommodi aliquid h. l. illa phrasis habere videtur πλεῖν

Digitized by Google

πλεῖν συνέβαινε, & exſpectaveramus ſaltem πεπλευκέναι συνέβαινε, quod in pluſquamperfecto reddi poſſet, *cum claſſe profectus erat.* Neque tamen novare quidquam auſimus. Verſ. 5.

Ibid. Verba ὡς ἤδη τὸν αὐτὸν deſunt Aug. in contextu, Regiis F. G. Veſont. Tubing. & Reg. E. ſed in hoc ſpatium dimidiæ fere lineæ vacuum eſt relictum; in Aug. vero oræ inſcripta ſunt illa verba ab antiqua eaque prima manu.

Verſ. 6. ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ὡς ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Monuerat alibi Reiſkius, (ad verbum ἀνῆγον II. 8, 2. conf. ejuſdem Indicem Græcitat. Demoſthen. v. ἀναβαίνειν, & καταβαίνειν.) Græcos, ſicut ἀναβαίνειν εἰς τὰ ἱερὰ, *adſcendere in templa*, dicebant, ſic & ἀναβαίνειν εἰς τὴν ἀγορὰν dicere ſolitos, *adſcendere in forum, prodire in forum;* & καταβαίνειν, *domum e foro redire;* contra quam Romanos, qui *adſcendere* quidem *in Capitolium* dixere, ſed *deſcendere in forum.* Nunc igitur, in Romana re, Romanum loquendi morem ſecutum eſſe ait Polybium, cum ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς uſurpat pro *domum e foro redire.* Verſ. 6.

Verſ. 7. καί τι προσεπιφθεγξαμένης, καὶ δὴ προσεπιφθ. reponendum ſuſpicatus eſt Erneſtus in Addendis ad Lexic. Polyb. voc. δή. Si verum eſt τι, intelligendum fuerit τὶ τοιοῦτον, *aliquid hujuſmodi.* Quod ſi vero prorſus abeſſet h. l. vocula, nemo deſideraverit: contra, pro eo quod præcedit τὸ γυναικεῖον πάθος, commodius utique videri debebat τῆς δὲ παθούσης τι γυναικεῖον πάθος. Nam *adfectus muliebris*, quem hic dicit, fuerit *cupiditas quædam ſubito oriens, cum tremula aliqua ſpe conjuncta.* Atqui fuerit hæc quidem γυναικεῖόν τι πάθος, ſed, quo pacto præciſe τὸ γυναικεῖον πάθος dicatur, haud ſatis adparet. Eſt enim aliud γυναικεῖον πάθος, ut hoc utar, *Zelotypia*, de qua Appianus Civil. V. 19. τότε δὴ γυναικός τι παθοῦσα ἡ Φουλβία. Eſt rurſus aliud γυναικεῖον τι, *ira præceps & impotens*, Polyb. II. 4, 8. coll. c. 8, 12. Niſi forte τὸ γυναικεῖον πάθος *credulitatem* dixit Polybius, & *ſuperſtitioſam*

Vers. 7. *somniorum reverentiam;* qui fere habitus animi maxime proprius solet haberi mulieribus.

Ibid. γένοιτο recte Casaub. cum Aug. Reg. E. G. γένητο ed. 1. cum Reg. F. & Vesont.

Vers. 8. *Vers.* 8. ὡς οὐ τολμήσοντος. Sic bene edd. ὡς οὐ τολμήσαντος Aug. Reg. E. ὡς ἀτολμήσαντος Reg. F. G. Vesont. Tubing. — *Ibid.* τήβενναν. τηβέννας ed. 1. minus recte. Mendose τίβεννας Aug. Reg. F. G. Vesont. τίβεναν Reg. E.

Cap. V. CAPVT V.

Vers. 1. 2. *Vers.* 1. ὁ δὲ λαβὼν πρῶτον. — „Forte ὁ δὲ λαβὼν τότε πρῶτον." REISK. — *Vers.* 2. διὰ τὸ παραδ. Perperam carent τὸ Reg. F. G. Vesont. Tub. Iidem mox ὑπάρχουσαν habent, pro προϋπάρχ.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἔτι δὲ μᾶλλον. Carent δὲ Regii tres, Vesont. & Tub. In Aug. intra lineas adscripta particula, sed a prima statim manu. — *Ibid.* ὕπαρ. Imperite ὑπὲρ ed. 1. invitis mss. tis. — *Ibid.* μεθ' ἡμέραν. μεθ' ἡμέρας mendose Reg. F. G. & Tubing. Sic & Dorvillius (ad Charit. p. 412.) citat e suo codice Polybiano, qui codex in corruptissimam quamque scripturam cum pessimis ex nostris codicibus consentiebat.

Vers. 6. *Vers.* 6. Ὧν οὐδὲν ἦν ἐνύπνιον. οὐδὲν ed. 1. invitis nostris codicibus, ex ingenio (ut videtur) editoris, non recordantis, pluralem ὧν referri ad id quod matri dixerat cap. 4, 5. *bis idem somnium se vidisse.* Fortasse & alia somnia Polybius dicit, a Scipione passim venditata.

Vers. 7sqq. *Vers.* 7. καθίκετο recte Casaub. cum Aug. καθήκετο ed. 1. Regii tres, Vesont. — *Vers.* 8. καὶ προνοίας. καὶ cum Scaligero adjecit Casaubonus: ignorant conjunctionem codices nostri & ed. 1. — *Vers.* 9. ἐπ' αὐτῶν τῶν πράξεων. ἐπ' αὐτῶν maluerat Scaliger, praeter rationem.

Cap. VI. CAPVT VI.

Vers. 1. *Vers.* 1. μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν. Casaubonus: *ne propter acceptam prius cladem terre-*

terreretur. — „Aut τῇ προγεγενημένῃ προπετείᾳ legendum est in dativo, aut διὰ, vel παρὰ, vel κατὰ τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν. Quod editum est, id aliud quid significat, scil. *expavescere calamitatem*, velut adhuc imminentem. Designat autem cladem patris & patrui. vide p. 808. [X. 7, 1.] & Liv. XXVI. 41." REISKIVS. — Nec vero videmus nos quidem, quid magnopere incommodi habeat, si intelligamus *expavescere calamitatem praeteritam*, scil. ut omen & praesagium novarum calamitatum. conf. c. 7, 1 seq. Praeterea vero καταπεπλῆχθαι cum accusat. casu saepius etiam apud Polybium *mirari* significat, quae notio perapta est huic loco: *ne mirarentur superiorem calamitatem.* Vers. 1.

Vers. 2. καὶ τῇ προπετείᾳ. Putaveramus, haud admodum convenire juvenis Scipionis personae, patrem *temeritatis* accusare. Itaque περιπέτειαν ad *Hispanorum levitatem, inconstantiamque* referre malueramus. Sed intelligimus, post προδοσίᾳ parum roboris inesse vocabulo προπετείᾳ, ad eosdem homines relato. Quare, quum praesertim & ipsa structura & connexio orationis flagitare videatur, mutata sententia, *repositum comma ante* καὶ τῇ προπετείᾳ velimus, ut haec verba cum sequentibus jungantur, & de *imperatorum Romanorum temeritate* dicta intelligantur, qui non satis caute in fide habenda Hispanis essent versati. — *Ibid.* διαλειφθέντων recte Casaub. cum Aug. Reg. E. & Vrsin. Corrupte διαλειφθέντων ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Tub. qui iidem eodem errore διαλείουσι dant pro διαλείπουσι, X. 32, 4. Vers. 2.

Vers. 3. ὧν ἑκάτερα νῦν ἔφη recepimus ex Reg. E. Mendose ὧν ἑκατέραν ἔφη νῦν Aug. Reg. F. G. Vesont. ὧν ἑκάτερον ἔφη νῦν ed. 1. ἑκάτερα vero legendum monuit etiam Vrsinus. — *Ibid.* διεσπασμένους Casaub. cum Aug. Vrsin. Reg. E. F. G. Vesont. Tubing. διεσπασμένως ed. 1. quod nescimus cur praeferendum visum fuerit Reiskio. — *Ibid.* ἀπηλλοτριωκέναι Casaub. cum Aug. Vrsin. & Reg. E. Mendose ἀπηλλοτριουκέναι ed. 1. Pejus etiam ἀπηλλοτριωμένας Vers. 3.

μένας Regii, Vesont. — *Ibid.* πολεμίους αὐτοὺς παρεσκευακέναι. αὐτοῖς malimus, vel αὑτοῖς cum Reiskio, *sibi inimicos feciſſe.*

Vers. 4. 5. *Vers.* 4. σφᾶς. σφᾶς Aug. Reg. E. Vesont. — *Vers.* 5. ὃ δὲ μάχεσθαι, quod est in libris, ex μὲν μάχεσθαι corruptum judicavit Reiskius. Nos quidem verum utique putamus ὅτι μάχεσθαι, *depugnare, proelio decernere.* — *Ibid.* Verba εὐχειρ. ὑπαρχ. διὸ βλέποντας desunt Reg. E.

Vers. 7. *Vers.* 7. πεντακοσίους ἱππεῖς. *Trecentos* tantum commemorat Livius XXVI. 42. — *Ibid.* Μάρκον. *Marcum Silanum.* Liv. l. c. — *Ibid.* τὸν συνάρχοντα. *Adjutarem ad res gerendas Scipioni Silanum datum fuisse,* docet idem Livius XXVI. 19.

Vers. 8. *Vers.* 8. πρὸς τοὺς πολλοὺς recte Casaub. cum Reg. E. πρὸς πολλοὺς ed. 1. cum Med. Aug. Reg. F. G. Ves. Tub. Nescimus quid Vrb.

Vers. 10. *Vers.* 10. ἔτος γὰρ ἕβδομον ἔχων πρὸς τοῖς εἴκοσι. Aliter Livius XVI. 18. ut monuimus ad initium cap. 2. Et cum Livio consentiunt Valerius Max. IV. 3, 1. Appian. Hispan. c. 18. Oros. IV. 18. Apud Orosium vero codices nonnulli XXVII. annos ponunt. — *Ibid.* αὐτὸν ἔδοσαν. Sic scripsimus cum Aug. Regiis tribus & Vesont. αὐτὸν edd. — *Ibid.* τελέως. τελείως Aug. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* τῶν προγεγον. τῶν caret ed. 1. invitis nostris codd.

Vers. 11. *Vers.* 11. δοὺς αὐτὸν, scil. ἐπὶ τὰς πράξεις. — *Ibid.* μήτε παρὰ τοῖς πολεμίοις. Defectus signa adjecit Casaubonus. — „Videtur deesse μήτε παρὰ τοῖς Φίλοις ὕποπτα, vel προσδοκηθέντα, vel similis sententia. Aut, si nihil deest, legendum μηδὲ, & subaudiendum προφαινόμενα, & tum παρὰ delendum.“ REISK. — Posterior ratio minus placet. — *Ibid.* προεστήσατο. προεστήσατο solus Reg. E.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἔτι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. — „Ἔτι cohæret cum ἐν τῇ Ῥώμῃ, *cum adhuc Romæ esset,* ἀπὸ τῆς ἀρχῆς *statim,* cum rumor de cæde Scipionum in Hispania Romam

Digitized by Google

mam effet perlatus." REISKIVS. — *Ibid.* ἱστορῶν Casaub. cum Aug. Reg. E. Vitiose ἱστοριῶν ed. 1. Regii, Vesont.

Vers. 3. μετὰ δὲ ταῦτα, Conjunctio δὲ temere omissa est in ed. 2 & seqq. — *Ibid.* ἐντὸς Ἴβηρος recte Casaub. cum Vrsin. Perperam ἐντὸς Ἴβηρας ed. 1. cum msstis. Conf. ad III. 76, 6. & sub finem illius Adnotationis pro εἰ ἐντὸς Ἴβηρες, quod a typotheta peccatum est, corrige εἰ ἐντὸς Ἴβηρος. — *Ibid.* πρὸς αὐτούς. Mendose παρὰ αὐτοὺς Reg. E. — *Ibid.* σΦᾶς. σΦὰς Aug. Reg. E. Vesont, ut alibi. Vers. 3.

Vers. 4. πάντας ἀναιρῶν. πάντας caret Reg. E. male. ἀναιρῶν pro ἀναιρῶν adnotavit Casaub. in ora sui libri. Sed solicitari non debuit vulgata. ἀναιρεῖν τινα, *excitare* aliquem, & quasi *excutere*, scil. *sciscitandi causa*. Sic fere κινεῖν passim apud Platonem, veluti de Repub. lib. I. p. 10. ed. Masfey Cantabr. ἐγὼ ἀγαθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα, βουλόμενος ἔτι λέγειν αὐτὸν, ἐκίνουν καὶ ἔλεγον. Vers. 4.

Vers. 5. ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, *ultra Herculis columnas*. Polybium *columnas Herculis* ad ipsum fretum statuisse, diserte Strabo testatur: vide Reliquias libri Polybiani XXXIV, c. 9, 4. *Conii* vero, vel *Cunei*, quos mox nominat, in extrema maris Atlantici ora, *ultra fretum* sedes habebant. Neque vero idcirco necesse fuerit, ut ἐκτὸς pro ἐντὸς legendum conjiciamus. Nam sicut ἐντὸς Ἴβηρος, de *Romanis* dictum, est *ab oriente, versus Pyrenæum montem;* de *Pœnis* vero dictum, est *ab occasu, versus Atlanticum mare:* (quemadmodum monuimus ad III. 14, 2. & ad III. 76, 6.) sic omnino, quicumque in Hispania ponatur terminus a quo, ut ajunt in scholis, id quod est ἐντὸς illius termini, ubi de *Pœnis* agitur, intelligendum videtur de *parte occidentali* sive *versus mare Atlanticum;* ubi de *Romanis*, de *parte orientali*, *Pyrenæum versus*. Ceterum de tractibus Hispaniæ, in quibus quisque ex illis tribus Pœnorum ducibus hiberna tunc egerat, plurimum a Polybio dissentit Livius XXVI. 20. Conf. Appian. Hisp. c. 24. Vers. 5.

Digitized by Google

Verſ. 5. *Ibid.* περὶ Τάγου ποταμοῦ στόμα κατὰ τὴν Λυσιτανίαν. Si *circa oſtium fluminis in Luſitania;* vix aliud flumen, quam *Tagus*, fuerit: nec multum abit τάγου a τούτου, præſertim quum α & ου, rurſuſque Γ & T literas, paſſim inter ſe commutatas norimus. Quo minus dubitandum duximus, quin emendationem, quam in verſione latina jam pridem Caſaubonus expreſſerat, in græcum adoptaremus contextum. Literarum γ & τ inter ſe commutatarum proximo ſtatim verſu in verbo προηγῆσθαι exemplum habemus. De ου & α diximus ad I. 75, 5. p. 324. ad II. 6, 9. ad III. 35, 2. & paſſim alibi.

Ibid. οὐδένα δὲ τῶν ex ingenio correxit Caſaub. οὐδὲν τῶν ed. 1. cum msstis. οὐδένα τῶν ſcribere Vrſinus juſſerat. — *Ibid.* ἐλάττω Caſaub. conſentientibus codicibus. Temere ἐλάττων ed. 1. cui ſi adſentirentur ſcripti libri, poſſet illud ex ἔλαττον corruptum videri, quemadmodum h. l. correxit Scaliger. — *Ibid.* Καινῆς πόλεως. vide II. 13, 1. III. 39, 6. Mendoſa καινῆς πόλεως ed. 1. cum msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα κινδυνεύειν τολμᾶσι. Si nihil intercidiſſe ſtatuas, oportebit cum Caſaubono poſt ἅμα *interpoſito commate* diſtinguere orationem, & ibi ex præcedentibus ſubintelligere εἰς μάχην συνιέναι. Quam rationem probans Vrſinus, κινδυνεύσειν pro κινδυνεύειν ſcriptum voluit. Sed plura ſunt, quæ huic rationi obſtant. Nam cum modo dixiſſet εἰς μάχην συνιέναι τοῖς πολεμίοις in dativo caſu, non videtur nunc, ubi idem verbum συνιέναι non adjicitur, ſed ſubintelligitur, alia conſtructione, πρός τινα, fuiſſe uſurus; ac dubitamus omnino, recte-ne græce dictum foret εἰς μάχην συνιέναι πρός τινα, pro τινί. Tum vero verbum κινδυνεύειν, de homine quidem uſurpatum, ſignificat *periculum adire:* at *de re*, vel *de actione*, quæ *periculoſa ſit*, non videtur dici poſſe, *eam rem* κινδυνεύειν: nam in huiuſmodi quidem dictionibus, qualis illa eſt, κινδυνεύει Ῥωμαίοις τὰ ὅλα X. 16, 8. verbum κινδυνεύειν non ſignificat, *periculoſum*, *periculi plenum eſſe*, ſed *periclitari*, *in periculo verſari*. Contra nil frequentius illo uſu

usu ejusdem verbi, quo accipitur pro *periclitari prælio, discrimen prælii adire*: & κινδυνεύειν πρός τινα commodissime dicetur, *prælii periculum cum aliquo adire; prælio cum aliquo decertare*. Itaque probamus Reiskium, distinguentem post κινδυνεύειν, & hæc verba jungentem τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα κινδυνεύειν, deinde vero ad τελέως nonnihil intercidisse statuentem. Et ille quidem supplendum putat, σφαλερὸν (vel ἄβουλον, vel tale quid) εἶναι. Nos, si in istam sententiam excidit vocabulum, ἐπισφαλὲς probamus, quod amat Polybius. vide XI. 20, 6. X. 21, 8. Et quidem hoc ordine scripta verba reliquisse suspicamur Polybium, τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα κινδυνεύειν, ἐπισφαλὲς εἶναι τελέως. Quo sumto, intelligitur simul ratio, qua fieri facillime potuerit, ut omitterentur verba ἐπισφαλὲς εἶναι, nempe culpa hominis, qui interpretamentum hoc esse verbi κινδυνεύειν putaret. Vers. 6.

Vers. 7. κἄπειτα, pro simplici ἔπειτα, abundante καὶ, ut sæpe aliàs. vid. ad I. 4, 8. — *Ibid.* κατάφοβος ἦν. — „Lege κατάφοβος ὤν, propter præmissum νομίζων. Nam dimidia pars periodi finit in verbis περιπέσῃ συμφοραῖς, [in fine hujus versus;] & a διὰ, quod Polybius usurpare solet pro διὰ τοῦτο, incipit apodosis, seu completio sententiæ, vel posterius membrum periodi. Aut si hoc minus probamus, sed potius ἦν servamus, & a διὸ novam periodum ordimur, quæ est sane planissima ratio; tum νομίζων erit reddendum, non per *existimans*, sed *secum disputans*, vel *deliberans*, συλλογιζόμενος. & porro τελέως ἀπέγνω legendum, *adversus eum* [eos, putamus, voluit] *denunciare, plane damnavit & repudiavit.*" REISKIVS. — Harum rationum, a docto viro propositarum, altera, quam posteriori loco posuit, nec satis expedita videtur, & quod de significatu verbi νομίζων statuit, ab usu sermonis alienum; prior vero ratio, ut commoda videri possit, neutiquam tamen necessaria. Vtique naturalis maxime structura verborum a vers. 6-8. hæc erat futura: Νομίζων - - ὑπεναντίους· ἐὰν δὲ - - συγκλεισθῇ που, κατάφοβος ἦν - - συμ- Vers. 8.

Verſ. 7. *συμφορᾶς· τοῦτο μὲν τὸ μέρος ἀπεδοκίμασε.* Nunc vero, amans *ἀνακολουθίας* hujuſmodi in loquendo Polybius, alterum protaſeos membrum ſuo verbo finito completum interſerit veluti per parentheſin, apodoſin autem ſuo more præmiſſa particula *διὸ* incipit, quæ ſimul ad membrum proxime præcedens, ſimul ad ſuſpenſum initio periodi participium *νομίζων* refertur. Simillima ratione mox cap. 8. hujus libri, poſtquam periodum verſ. 2. incepit a participio *ἀκούων*, ſuſpenſam ſic relinquit orationem, & priuſquam claudat periodum, omnibus numeris completam, aliam phraſin (*καὶ μὴν οὐδὲ - - ἠγνόει· διὰ δέ τινων - - ἐξητάκει* &c. verſ. 6 & 7.) interſerit: tum ad extremum denique (verſ. 8.) reſumens pridem ſuſpenſam orationem, pergit *ἐξ ὧν συλλογισάμενος - - περὶ ταύτην ἐγένετο τὴν παρασκευήν.* De quo genere *ἀνακολουθίας*, & de ſimili uſu particularum *διὰ* & *διότερ* confer quæ notata ſunt ad l. 82, 13.

Cap. VIII. **CAPVT VIII.**

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *βλάπτειν καὶ κατά.* — „*βλάψειν κατά*" REISK. — *Ibid. αὐτόν. αὐτοῦ*, quod eſt in libris, rectius fortaſſe, ut Reiſkius monuit, in *αὐτοὺς* foret mutatum, ſcil. *τοὺς Ῥωμαίους.* — *Ibid. ἐξητάκει - - τῶν εἰδότων.* Caſaubonus: *exquæſiverat a captivis*; tamquam eſſet *τῶν αἰχμαλώτων* aut *τῶν ἁλόντων.* — „Mihi veriſimilius eſt, ait REISKIVS, Polybium dediſſe aut *τῶν εἰδότων*, ut hic genitivus pendeat ab *ἐξ*, quod ineſt in verbo *ἐξητάκει*, vel etiam *παρὰ τῶν εἰδότων*, *explorarat atque percunctando cognoverat hæc ex hominibus, illarum regionum rerumque peritis.* Aut in *εἰλώτων* latet nomen populi alicujus Hiſpanici, e. c. *Ἱλεργητῶν*, vid. p. 825, 17. [X. 18, 7.] ut ſententia ſit: *comperiebat ab Ilergetibus, cum penes eos hibernaret.*" — Prior ratio haud dubie vera, ad quam proxime etiam accedit ſcriptura codd. Vrb. & Med. Quam facilis vero ſitex Δ in Α tranſitus, & viciſſim, nil opus eſt ut moneamus. Paulo poſt, verſ. 7. ait *διά τινων εἰλώτων τῶν ἐνεγυμνα-*

ἡγεμόνων τοῖς τόποις ἐξητάκει. Et eodem ipso verbo Diodorus utitur lib. I. c. 39, παρὰ τῶν εἰδότων πεπυσμένος. Sic Xenoph. Memorab. Socr. IV. 7, 9. παρὰ τῶν εἰδότων μανθάνοντας. Præpositio autem παρὰ vel διὰ, ficut non aspernanda foret, si darent libri, sic contra librorum fidem nil necesse est ut obtrudamus Polybio. Quemadmodum πυνθάνεσθαί τινος, absque præpositione, sic & ἐξετάζειν τι τινὸς, *exquirere aliquid ex aliquo*, commodissime dicetur. διὰ τῶν εἰδότων corrigendum jam monuerat GRONOVIVS in Notis msstis: & διὰ quidem absorptum contendit ab ultimis literis præcedentis vocis; εἰδότες vero, ait, sunt *locorum periti*, & conferre jussit I. 47, 3. & III. 78, 6. Cetera hujus versus bene habent; neque videmus, cur necesse sit ἐξητάκει γὰρ legere cum Reiskio, verbaque ista usque εἰδότων parenthesi (ut ille jussit) includere, & deinde, pro ἀκούων δὲ, ἀκούων δὴ vel οὖν scribere. Verf. 1.

Verf. 2. Ἀκούων δὲ &c. — „Apodosis hujus longissimæ periodi est p. 811, 9. [versu 10. hujus cap.] in verbis οὕτως ἀφέμενος." REISKIVS. — De periodi hujus ratione modo diximus ad cap. 7, 7. conf. Adnot. ad I. 82, 13. — *Ibid.* μόνη. Perperam μόνιμον σχεδὸν solus Reg. E. — *Ibid.* ἅμα δὲ καὶ &c. Citavit Suidas in Δίαρμα. — *Ibid.* ἀπὸ τῆς Λιβύης. τῆς carent Reg. F. G. Vesont. Tub. Habent Aug. & Reg. E. cum editis. Verf. 2.

Verf. 3. τὸ τῶν χρήματων πλῆθος. Articulum τῶν, qui aberat vulgo, accepimus ab Aug. & Reg. E. — *Ibid.* Post τῆς Ἰβηρίας deesse vocabulum εὐφυεστάτους, suspicatus erat Reiskius; difficile dictu, quid secutus. Livius XXVI. 42. prorsus consentiens Polybio, *ibi arma*, ait, *ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant.* Verf. 3.

Verf. 4. εἰς χιλίους. Sic rursus c. 12, 2. Parum probabiliter Appianus Hisp. c. 19 sqq. μυρίους, *decem millia*, tradit fuisse. Consentire cum Polybio Livius videtur XXVI. 44. sed vide quæ de discrepantia auctorum scribit cap. 49. — *Ibid.* ἐκινοῆσε recte dedit Reg. E. Mendose ἐκινοῆσι Regii & Vesont. ἐκινοῆσῃ edd. cum Aug. & Med. Verf. 4.

Verf.

Digitized by Google

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ὃ κατὰ τῆς πόλεως. Sic Caſaub. cum Vrb. Aug. Vrſin. Regiis tribus, Veſont. & Tub. ᾧ κατὰ &c. ed. 1.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διὰ δέ τινων ἁλιέων τῶν ἐνειργασμένων τοῖς τέποις. *per piſcatores quoſdam, qui piſcatoriam in eis locis exercuerant.* conf. IV. 50, 3. & Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 651, 94. Temere, & invitis omnibus noſtris libris, ἠλιέων & ἐνεργασμ. habet ed. 1. Nullam vero cauſſam videmus, cur cum Reiſkio διὰ δέ τινων Μασσαλιέων τῶν ἐνεργασαμένων &c. malimus; quod ille ſic vertit: *e mercatoribus quibuſdam Maſſilienſibus, qui navicularium illuc exercuerant, merces ultro citroque vectitando.* — *Ibid.* διότι recte Caſaub. cum Reg. E. & Aug. διόπερ τι καθόλου ed. 1. Med. Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* ἐπὶ δείλην ὀψίαν. Conf. ad III. 41, 2. & 83, 7. Poſt iſta verba ſuſpicari cum REISKIO licet intercidiſſe nonnulla, quæ referantur ad præcedens vocabulum τοσαύτην, in hanc ſententiam: ὥστε τὸν βουλόμενον ταύτῃ ἀσφαλῶς πρὸς τὸ τεῖχος παριέναι δύνασθαι. conf. c. 14. Fortaſſe tamen (quemadmodum idem monuit vir doctus) mente etiam intelligi, ex eis quæ præceſſerunt, haud incommode poterant hæc fere verba, ὥστε βατὴν εἶναι τὴν λίμνην. Sed id ſi ſtatuas, pro τοσαύτη legendum videtur τοιαύτη, de quo uſu vocabuli τοιοῦτος diſputavit Reiſkius ad II. 70, 6. & nos ibidem nonnihil adtigimus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Ἐξ ὧν. — „Sic dixit pro more ſuo (de quo vide ad p. 117, 5. [nobis I. 82, 13.] dicta) pro Ἐκ τούτων οὖν. Nam ni ſic accipias, pendebit ἀκούων [verſ. 2.] neque habebit fundamentum quo nitatur.“ REISKIUS. — Conf. quæ monuimus ad X. 7, 7. — *Ibid.* καθαιμένος recte Caſaub. cum Vrſino & Aug. καθηκομ. ed. 1. cum ceteris codd.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἀσφαλίσηται. Mendoſe σφαλίσηται Aug. Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* ἀπεσπάσθαι. ἀπεσπᾶσθαι Reg. E.

CAPVT

CAPVT IX.

Cap. IX.

Verſ. 1. μέχρι πάλιν αὐτὸς ἔκρινε φανερὸν ποιεῖν. Reſtituimus conſentientem cum ed. 1. librorum noſtrorum omnium ſcripturam; quae non videmus cur offendere Caſaubonum debuerit, ut πάλιν in πᾶσιν mutaret. Immo vero — „πάλιν (ut perſpecte REISKIVS monuit) non ſemper *iterationem ejuſdem facti* ſignificat, ſed etiam haud raro exordium vel ſuſceptionem facti, antea non tentati, ſed quod *contrarium* ſit ſuperioris facti vel inſtituti; quod hic uſu venit. Antea celaverat omnes Scipio ſuum conſilium: nunc *rurſus*, (πάλιν) h. e. contra, illud proferebat & divulgabat." — Eodem modo particula iſta uſurpatur cap. 16, 3. & ſaepe aliâs. Ex codicibus Mediceis quidem nullam hoc loco diſcrepantiam ab exemplo Caſauboniano notatam videmus: ſed rarus admodum in tota hac regione Gronovius fuit in adnotanda ex illis codicibus varietate lectionis. Caſaubonus vero in ora Baſil de diſceſſu codicis Vrb. a lectione editionis Baſileenſis nihil monuit. Verſ. 1.

Verſ. 2. τῆς πράξεως. Articulum, qui aberat ab editis, dederunt codices noſtri omnes. — *Ibid.* οὐκ οἶδ' ὅμως. Mendoſe οὐκ οἶδα δ' ὅπως Reg. F. G. Tubing. Verſ. 2.

Verſ. 3. συμβεβιωκότων cum Vrſino correxit Caſaub. Conf. ad cap. 3, 1. — *Ibid.* διὰ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὸν Φίλιππον. Articulum τὸν, quem ignorant alii omnes, recepimus ex Reg. E. Poſt bellum Macedonicum, quo tempore adverſus Antiochum in Aſiam expeditionem cum Lucio fratre ſuſcepit Scipio, notum eſt amicum Romanorum fuiſſe Philippum, multaque officia Scipionibus praeſtitiſſe. Ea res occaſionem dare potuit commercio epiſtolarum inter Scipionem Philippumque. Alterius Scipionis, cognomine Naſicae, epiſtolam de rebus a ſe geſtis, ad neſcimus quem regem datam, commemorat Plutarch. in Paulo Aemilio p. 262 extr. quod etiam Caſaubonus h. l. ad oram Baſil. adnotavit. — *Ibid.* ἐκτεθνηκότος. Mendoſe ἐκτεθνηκότες ed. 1. Reg. F. G. Verſ. 3.

Verſ.

Digitized by Google

Vers. 4. 7. *Vers.* 4. τῷ μὲν ἐπὶ cum Vrsino correxit Casaub. τὸ μὲν ἐπὶ ed. 1. cum mastis. — *Vers.* 7. αὐτὴ γὰρ recte Casaub. αὕτη ed. 1. cum mastis.

Cap. X.

CAPVT X.

Vers. 1. *Vers.* 1. ὡς ἔτεσι σταδίων . . ὡς δέκα. Hinc corrigendos esse codices Livianos XXVI. 34. ibique pro *quingentos passus* ponendum MMD. *passus*, & ad *paululo plus passuum* adjiciendum numerum M recte monitum est a Sigonio & Dukero.

Vers. 3 sqq. *Vers.* 3. Vocab. εὐδίαν perperam abest a Reg. E. — *Vers.* 5. χερρονησίζον. χερρονησιάζον Reg. E. — *Ibid.* περιεχομένην correxit Casaub. cum Vrsino. Perperam περιεχομένης ed. 1. περιεχομένη Aug. Reg. E. F. G. Vesont. — *Ibid.* Ad τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους intellige pronomen τι. conf. Gronov. ad I. 42, 9. — *Vers.* 6. ὡς καὶ. Caret καὶ Regii F. G. & Vesont.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἡ δὲ πόλις αὐτὴ, *urbs ipsa.* Sic omnino fuit scribendum. Sæpissime in isto pronomine peccarunt librarii; sicut paulo ante, cap. 9, 7. — *Ibid.* μεσόκοιλος, *in medio cava, vallem habens transeuntem per mediam urbem.* Mendose μεσόκυλος Reg. E. μεσόκωλος Vrb. — *Ibid.* δυσὶν μέν. Satis fuerat δυσὶ μὲν, ut est in Aug. & Reg. E. — *Ibid.* ὀρεινοῖς. Mendose ὀρινοῖς ed. 1. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* σπιλάδεσι ex ed. 1. & mastis restituimus, qui consentiunt omnes, præter Reg. E. in quo σπολάδεσι scribitur. Et est probum vocabulum, quamquam ignorent vulgo lexica, σπιλάδης, idem sonans ac πέτρης, a σπῖλος, *rupes, petra, tophus;* (de qua voce vide Hesychium & ejus interpretes in Σπίλον, Σπῖδος, & Σπίλων,) unde & αἱ σπιλάδες Polyb. I. 37, 2. quo nomine designantur sigillatim αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. Casu potius, quam consilio, putamus, in editionem Casauboni irrepsit σκηλάδεσι, quod retinuere posteriores editores. Miramur sicco pede hunc locum præteriisse Reiskium.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 9. τούτῳ δ' ὁ ἀπὸ Caſaub. cum Aug. Regiis tribus &c. Sed abeſt ὁ ab ed. 1. & Med. — *Ibid.* καὶ βασίλεια κατεσκεύαστας. Perperam καὶ ἡ βασίλεια Reg. E. Verſ. 9.

Verſ. 10. αἱ δὲ λοιπαί. Reiſkius, οἱ δὲ λοιποὶ corrigens, λόφοι ſubintellexit. Pariter Gronov. in Notis msstis: „Scribendum neceſſario οἱ δὲ λοιποὶ, nempe λόφοι tres, qui ſuperſunt ex quinque." — Eodem modo etiam Scaliger in ora ſua libri correxit. Sed, quid ſit hoc, οἱ λοιποὶ (λόφοι) ταῖς τῶν ἐλαφρόνων βουνῶν ὑπερoχαῖς &c. fatemur, nos non intelligere. Verſ. 10.

Verſ. 11. ὁ συνεχής. Placuit hoc, quod in contextu habent Reg. E. F. G. & Veſont. & intra lineas a prima manu ſcriptum habet Aug. ὁ σύνεγγυς edd. & Aug. in contextu, putamus & Med. & Vrb. e quibus nulla diſcrepantia adnotata eſt. — *Ibid.* Ἀλήτου. Ἀλύτου unus Med. *Aletes*, Hiſpaniæ heros, in deorum numerum relatus, nulli auctori præter Polybium memoratur. Si quis ex etymologica conjectura explicatum id nomen deſiderat, adeat Bochartum de Coloniis Phœnicum lib. I. c. 35. p. 690. De argentifodinis in Carthaginis novæ vicinia vide Reliq. lib. XXXIV. c. 9, 8 ſeqq. — *Ibid.* τετευχέναι cum Scaligero correxit Caſaub. τέταυχέ τε ed. 1. cum msstis. τέτευχέ τε Vrb. Reg. E. Verſ. 11.

Verſ. 12. εὐρέσιν γεγονέναι. Conf. c. 14, 8. Verſ. 12.

CAPVT XI. Cap. XI.

Verſ. 1. στρατοπεδείαν. στρατοπεδίαν h. l. ed. 1. & cod. Veſont. male. — *Verſ.* 3. ἁρμοζόμενος. Mendoſe ἁρμοζάμενος Reg. F. G. Veſont. Iidem mox ἀνεμποδίστοις perperam, pro ἀνεμποδίστους. Verſ. 1. 3.

Verſ. 4. οὐ πλεῖον ἔχουσι σταδίων. Sic libri omnes, & ſic ſolet Polybius, πλεῖον adverbialiter uſurpare: nec ulla neceſſitas cogit, ut πλείων ſcribamus cum Reiſkio. — *Ibid.* ὑπῆρχε cum Vrſino ex conject. correxit Caſaub. Sic vero & perſpicue ſcriptum in Reg. E. Mendoſe ὑπερεῖχε ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Veſont. Tubing. quod Reiſkius, Verſ. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. neſcimus quid ſpectans, adfirmavit probari poſſe, ſi quis voluiſſet. — *Ibid.* αὐτόπται γεγονότες, μετ' ἐπιστάσεως ἀποφαινόμεθα. Deletum *comma* velimus poſt γεγονότες, & *poſt* ἐπιστάσεως *repoſitum;* quod & a Scaligero in ſuo libro factum videmus. Verba enim μετ' ἐπιστάσεως, *cum cura, cum diligentia, cum attentione*, ad αὐτόπται γεγονότες utique referenda videntur. — *Ibid.* συνήρηται cum Scaligero correxit Caſaubonus. συνείρηται ed. 1. Med. Aug. Reg. E. putamus & Vrb. permutatis inter ſe ει & η, ut ſæpe aliâs. συννοῆται Reg. F. G. Tub. συννόηται Veſont. συννοεῖται ora Med. & ora ed. 1.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πεπεικώς. Temere & invitis libris omnibus πεποιηκὼς habet ed. 1. — *Ibid.* αὐτὸν bene habet: nec opus eſt αὑτὸν corrigere cum Scalig. licet ita ſit in Reg. E.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. δυνατὴν recte Caſaub. cum Aug. & Reg. E. δυνατὸν ed. 1. cum ceteris codd. — *Ibid.* ἐλάττωσιν τῶν ὑπεναντίων, αὔξησιν δὲ τῶν σφετέρων. Tria verba τῶν ὑπεναντ. & αὔξησιν ab Vrſino adoptavit Caſaubonus: quæ quum & optimi & antiquiſſimi ex noſtris codicibus ſimul cum ceteris ignorent, ne Vrſinus quidem e codice, ſed *ex ingenio* (quamquam id diſerte non declaravit) adjeciſſe videtur. Pro αὔξησιν ſuſpicari pariter poſſis προκοπὴν, quod Caſaubono in mentem venerat, ut in ora Baſil. adnotavit, ubi etiam particulam μὲν poſt ἐλάττωσιν inſeruit. — *Ibid.* τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι. Et hoc cum Vrſino correxit Caſaub. τοῖς πρώτως &c. ed. 1. conſentientibus msstis. Infra lib. XII. 4, 7. τοὺς πρώτους ἀκούσαντας dant libri omnes, *qui rem primo audiunt.* Et X. 49, 8. συνέβαλλε τοῖς πρώτοις ἐπιφερομένοις. — *Ibid.* ἀνδραγαθήσασι edd. cum optimis quibuſque codicibus. cf. I. 45, 3. III. 71, 10. ἀνδραγαθήμασι Reg. F. G. Tubing.

Verſ. 8. *Verſ.* 7. κατ' αὐτὸν edd. ex emendatione primi editoris. Nam καὶ αὐτὸν habent ſcripti libri omnes, quod referri poterat ad Ποσειδῶνα, *etiam ipſum ſibi adfuturum;* ſed

sed tum intercíderit præpositio κατὰ, inferenda post καὶ Vers. 8.
αὐτόν.

Ibid. γενέσθαι. Sic libri omnes. Gronovius ad oram sui exempli adnotaverat primum, videri sibi γενήσεσθαι legendum; sed mox rursus induxit: recte; nam, præcedente futuro συνεργήσειν, indefinitum tempus γενέσθαι futuri notionem participat.

CAPVT XII. Cap. XII.

Vers. 1. ἀνήρχετο τῆς πολιορκ. recte Casaub. cum Reg. E. Vers. 1. 2.
Corrupte ἀνήρχετο ed. 1. cum ceteris codd. Familiare Polybio verbum ἐνάρχομαι. — *Vers.* 2. ἀπέλιπε. ἀπέλειπεν Reg. E. In eodem Reg. E. deinde desunt complura verba, ab ἐπὶ τοῦ πρὸς usque διοχιλίους.

Vers. 4. διασημῆναι τὸν καιρὸν τῆς προσβολῆς. Poterat Vers. 4.
utique accusativus τὸν καιρὸν ad verbum διασημῆναι referri: sed quemadmodum verbum σημαίνειν, non modo cum accusativo construitur, (ut cap. 14, 4.) verum etiam absolute ponitur, hac notione *signum dare*, puta sive *vasa colligendi*, sive *proficiscendi*, sive *pugnam committendi*, sive quidquid est de quo agitur; (conf. VI. 40, 2 seq.) sic & hoc loco διασημῆναι absolute stare poterat, *signum per totum exercitum dare*, scil. *adgrediendi hostem*: tum vero particula καὶ, quam habent libri omnes, ex κατὰ, ut sæpe aliâs, corrupta putari debebit; (conf. Adnot. ad III. 23, 3.) quæ & Scaligeri suspicio fuit, & Casauboni, ut ex ora Basil. intelligimus. Atque ita nos quidem rescriptum malimus: Ἅμα δὲ τῷ τὸν Πόπλιον τοῖς ἑλληνικοῖς διασημῆναι, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσβολῆς, ἐξαφίησι &c. Quod si enim accusativus aliquis jungendus in hac connexione foret verbo διασημῆναι, dicendum (putamus) fuerat διασημῆναι τὴν προσβολὴν, non τὸν καιρὸν τῆς προσβολῆς.

Vers. 5. τοῖς ἰδίοις ἑκατέρων ἐπιβοώντων. — „Forte Vers. 5.
τοὺς ἰδίους. Nam, si bene memini, ἐπιβοᾶν τινα dicitur, non τινί." REISKIVS. — At & hic & XVIII. 8, 1.

in dativum casum libri consentiunt omnes. Nec aliter Thucydides V. 65. de quo etiam H. Stephanus in Thesauro Gr. Ling. monuit. Aliud est ἐνιβοᾶσθαί τινα, *implorare aliquem.*

Vers. 6. *Vers.* 6. σταδίων deest Regiis F. G. & Vesont. — *Ibid.* κατὰ πολὺν τόπον. κατ' οὐ πολὺν τόπον ex ingenio rescribere jusserat Vrsinus. Sed facile patet, verba κατὰ πολὺν τόπον opponi illis διὰ μιᾶς τύλης.

Vers. 7. *Vers.* 7. οἱονεὶ στόμα τοῦ κατὰ τὴν πόλιν πλήθους, *velut os* sive *acies*, id est, *præcipuum robur multitudinis quæ in urbe erat.* — „Forsan στόμωμα. *acies, mucro.*" REISK. — Nil opus videtur. Respicit Homericum illud πολέμου vel ὑσμίνης στόμα, quod Hesychius interpretatur τὸ κατεργατικώτερον μέρος τοῦ πολέμου. De nominis ratione, ab *acie ferri* desumta, confer utique Aeliani Tact. c. 13. & Arrian. p. 34. ed. Blancard. & simul videbis, pro στομώματι, quod apud Arrianum legitur, bis vocabulum στόμα usurpare Aelianum. — *Ibid.* διατρακήσεται. Mendose διατρακείσηται Reg. E.

Vers. 9. *Vers.* 9. κατὰ τὴν ἀποχώρησιν. Post κατὰ τὴν importune τῶν inferunt ed. 1. & Med. — *Ibid.* ὑπ' αὐτῶν ἠλοήθησαν, *a se ipsis, alii ab aliis protriti, concalcati sunt.* Possis suspicari ὑφ' αὑτῶν, cum Toupio ad Suidam, loco mox citando, sicut est XIV. 4, 10. & alibi; item μετὰ ὑπ' αὐτῶν, ut V. 47, 2. Sed bene habet vulgata, in quam consentiunt libri: sæpenumero enim αὐτῶν, αὐτοῖς, αὐτοὺς, pro ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, usurpata vidimus; & simillima ratione, ut hic, sic XI. 33, 4. consentientibus libris omnibus ait, πλείους ὑπ' αὐτῶν ἢ τῶν πολεμίων διεφθείροντο. Verbum vero ἠλοήθησαν perspecte ex conjectura correxit Casaubonus; cum ἠλογήθησαν esset in ed. 1. & in codicibus, quotquot supersunt omnibus: qui error illum etiam codicem invaserat, ex quo sua Suidas hausit, quem vide in ipso verbo Ἠλογήθησαν, & confer Toupii Emend. in Suidam, Part. II. p. 162 sq. ed. Lipsiens. Sed tamen veram scripturam intellexisse Suidas videtur; veram certo

Digitized by Google

certe interpretationem, κατεκατήθησαν, adjecit, quæ interpretatio ex ipso Polybio depromta videri potest, si conferas IV. 58, 8. & XIV. 4, 10. Et alibi idem verbum, de quo quærimus, eadem notione, absque mendo idem habet Suidas, in Ἀλοῦ· ubi Ἀλούμενος interpretatur κατούμενος, συντριβόμενος, adlato exemplo ex nescimus quo scriptore, quem Iosephum esse Hemsterhusius ait ad Pollucem X. 160. ubi pluribus de hoc verbo egit vir ille doctus. Adde Valckenarium ad Ammon. p. 21 seq. Possis vero h. l. eadem notione, quæ est exposita, ἠλοιήθησαν quoque suspicari, quod paululo etiam propius ad librorum scripturam accedit, ut literam Γ in Γ a librariis, quibus non familiare illud verbum fuisset, mutatam statuas: idque ipsum Casaubono primum in mentem venerat, quod ex ora Basileensi adnotavit Gronovius; sed ea quidem verbi forma magis poëtica est, ut monuit Valckenarius, ob eamque causam fortasse relicta a Casaubono. Vers. 9.

Vers. 11. τάς γε κλίμακας, *scalas saltim*, *scalas certe*. Sic oportebat: quandoquidem τε nihil habebat, ad quod referretur. Literam Γ cum T commutatam vidimus X. 7, 5 & seq. Confer mox ad c. 13, 8. — *Ibid.* προσήρεισαν, προσήρησαν Reg. E. male. Vers. 11.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 1. ἐδίδου μὲν αὐτόν. Sic Reg. E. & sic primum fuerat in Aug. mutatum dein in αὐτὸν, quod habent editi. conf. X. 3, 7. & c. 6, 10 seq. Vers. 1.

Vers. 2. μεθ' ἑαυτοῦ. μεθ' αὑτοῦ Reg. E. — *Ibid.* θυρεαφορεῖντας. Mendose θυραυοφορ. Aug. Reg. E. F. G. Vesont. qui omnes mox etiam θυραυοὺς scribunt pro θυρεούς. Vers. 2.

Vers. 5. ἐλεπές. ἐλιπὲς solus Reg. E. Confer ad VI. 49, 6. Vers. 5.

Vers. 7. ἐπερῤῥώθησαν. ἐπερῥώθησαν Reg. F G. Vesont. Tub. — *Ibid.* κατὰ τὰ τείχη. τὰ post κατὰ deest ed. 1. & mss tis. Recte ex ingenio adjecit Casaubonus. — *Ibid.* Vers. 7.

Digitized by Google

Vers. 7. τῶν συμβαινόντων. Commode τῶν ἀναβαινόντων Scaliger. — „Videbatur aliquando, legendum esse τῶν ἀναβαινόντων vel προσβαινόντων. Sed bene habet vulgata. τῶν συμβαινόντων δυσχρηστία est idem, ac συμβαίνοντα τούτοις, οἷς συμβαίνει, δύσχρηστα. Sententia itaque est: *videntes Carthaginienses, eas res, quæ Romanis acciderint, esse ipsis perquam molestas, & tractatu superatuque perdifficiles.*" REISKIVS.

Vers. 8. *Vers.* 8. — „μέγεθος h. l. idem est atque μῆκος vel ὕψος, ut sæpe de statura corporis humani μέγεθος dicitur. Significatur h. l. *altitudo scalarum.*" REISK. — *Ibid.* ἀνάτασιν recte Casaub. cum Vrb. Aug. Reg. E. ἀνάγασιν ed. 1. Vesont. quod in ἀναύγασιν mutandum putaverat Vrsinus, in ἀνάβασιν Scaliger. ἀνάγλασιν habent Reg. F. G. & Tub. — *Ibid.* σφᾶς. σφὰς Aug. Vesont. — *Ibid.* ἀπό. ὑπὸ Reg. F. G. Tub.

Vers. 9. *Vers.* 9. δοκοῖς ἤ τι perspecte correxit Casaub. δοκοῦσι τί ed. 1. cum mss. omnibus. Hinc δοκοῦντι Vrsinus, parum feliciter. — *Ibid.* οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων. Cum ἀπὸ τῶν ἐπαλξ. absque οἱ esset editum, sic monuit REISKIVS: „Herwag. & Aug. ἐπὶ, quod si sequimur, legendum erit οἱ ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, & lectio exstitet non spernenda." —

Vers. 10. *Vers.* 10. Οὐ μὴν ἀλλὰ &c. Citavit Suidas in Ἀτυχῆσαι.

Vers. 11. *Vers.* 11. τετριμμένων. Quum statim τετρυμμένων fuisset scriptum in Reg. E. duo puncta deinde posita sunt super υ, quod in isto codice signum est, ι pro υ fuisse scribendum aut ab aliis poni. Ad vulgatam scripturam REISKIVS adnotavit: „Forte τετρυμμένων. vid. ad p. 88 [I. 62, 7.] aut τεθρυμμένων a θρύπτω." — Vide ad l. II, 2. I. 62, 7. & I. 71, 3. & confer quæ notavimus ad Appiani Hist. Hannib. cap. 7. & Hist. Punic. cap. 31.

Cap. XIV. CAPVT XIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἀποστρεμμένοι τὸν κίνδυνον. Sic jusserunt Wesseling. ad Diodor. Tom. II. p. 292. & Ernestus in Lexico Polybiano; eodemque modo jam pridem in suo exem-

Digitized by Google

exemplo correxerat Scaliger. Rem probavimus; rationem vero emendationis, quam reddidit Ernestus, non probamus: ait enim, si ἀποστραμμένοι servatum vellemus, oportuisse τοῦ κινδύνου vel τῶν κινδύνων; quod nobis quidem non videtur necessarium. Cautior hoc loco REISKIVS: — „Forte ἀποστρεμμένοι, ait, ab ἀποτρίβεσθαι. vid. ad p. 403. [IV. 20, 11.] Non valde tamen id hoc quidem loco urserim; nam ἀποτρέπεσθαι τὸν κίνδυνον potest bene dici, *a se avertere periculum*, quamquam Wesseling. quoque alterum suasit." — Conf. III. 8, 10. III. 102, 5 & 7. V. 104, 1. XVI. 23, 4. Vers. 1.

Vers. 2. ἀναπώτεως. ἀναπώσεως Reg. E. — *Vers.* 3. προβαινόντων recte Casaub. cum Aug. & Reg. E. προβαινόντων ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Vers. 2. 3.

Vers. 6. τῶν βελῶν. τῶν deest Reg. F. G. Vesont. Tub. — *Ibid.* λειπόντων revocavimus ex ed. 1. Sic quoque primum fuerat in Aug. sed dein in λιπάντων mutatum, quod expressit Casaub. cum Reg. F. Vesont. Tub. λειπόντων Reg. E. F. — *Ibid.* ὠθυμίων ἄγοντες & sequentia, usque Κατὰ, desunt Reg. E. — *Ibid.* ἠνύοντο. ἠμύναντο Reg. F. G. Vers. 6.

Vers. 7. ἄμπωτιν. ἀνάμπωτιν h. l. Reg. E. — *Vers.* 8. ἀπέλειπε adoptavimus ex Reg. E. Requiri enim utique videbatur imperfectum tempus; quemadmodum etiam præcedit ἤρχετο, & sequitur ἐφέρετο. ἀπέλιπε edd. cum ceteris msstis. Vers. 7. 8.

Vers. 9. ἑτοίμους. ἑτοίμως ed. 1. male & invitis msstis. — *Ibid.* παρεκελεύετο recte Casaub. cum Vrb. Aug. Vrsin. Reg. E. F. G. Vesont. Tub. nec dubitamus, quin & Med. e quo nulla discrepantia notata. παρεκελεύσατο editur vulgo apud Suidam in Εὖ πεφυκὼς, ubi hoc ipsum εὖ πεφυκὼς exponitur per ἁρμόδιος, id est, *aptus*. In codice vero mssto Suidæ, qui in Collegio Corporis Christi servatur Oxoniæ, legitur παρεκελεύετο prorsus ut in codicibus Polybianis, quod adnotavit Gronov. ad oram sui Polybii T. III. p. 1562. Vers. 9.

Digitized by Google

Vers. 10. *Vers.* 10. *συμπαθεῖς ταῖσαι τοὺς παρακαλουμένους.* — „In eodem casu verba hæc advocantur a Suida, nisi quod *παρακελευομένους*. Neutrum probo: nam legendum *τοῖς παρακαλουμένοις, ut pro ipsius adhortatione adfecti essent.* Sic II. 56, [7.] *σπουδάζων δ' εἰς ἔλεον ἐκκαλεῖσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας, καὶ συμπαθεῖς ποιεῖν τοῖς λεγομένοις.*" GRONOVIVS. — Eamdem emendationem Casaubonus etiam in ora Basil. adnotaverat. Ac sane magnam ea speciem habet: at potest tamen vulgata locum suum tenere, intelligendo ad accusativum personæ ipsum hunc dativum rei *τοῖς παρακαλουμένοις*; quemadmodum vicissim, si hunc dativum posueris, subintelligendus fuerit accusativus personæ, veluti *τοὺς στρατιώτας, τοὺς ἀκούοντας*, aut ipsum hoc *τοὺς παρακαλουμένους*. REISKIO suspectum fuit vocab. *συμπαθεῖς*. — „Forte *συμπαθεῖς*, ait, per duplex σ, *obsequentes, facile parentes*, a *συμπάθεσθαι*, ubi *συν* in ea compositione significat *universitatem, complexum omnium eorum qui parent.*" Et — „locus, inquit, [II. 56, 7.] quem Gronovius in Nota ad h. l. recitat, tuendæ vulgatæ nil facit." — Nos vero ademtum Polybio peraptum huic loco vocabulum ægre patimur, cujus vim bene in versione latina Casaubonus expressit. Ejusdem CASAVBONI in ora Basil. hujusmodi exstat adnotatio: *συμπαθεῖς, animos audientium ad quoscunque vellet ipse affectus adducere.* Quinctilianus: *animum audientium similem iis quæ dicit effecit.* Silius: *orando fingere mentem.* — Mire vero huc facit id, quod de eodem Scipione, milites suos alia quidem occasione ad pugnam fortiter capessendam cohortante, Appianus scribit Hispan. c. 26. cujus verba latino saltim sermone adponemus. *Dum hæc loquitur*, inquit, *aves quasdam videns prætervolantes, ingenti illico ardore clamoreque, in eas conversus, monstrat militibus, & hæc quoque ait victoriæ signa divinitus sibi missa. Tum qua volatu ducebant alites, velut divino quodam furore percitus, sese convertit, respicieus vociferansque. Simulque cunctus exercitus ad imperatoris instar, ut*

illum

illum huc illuc se convertentem videt, sic & ipse una varie circumagitur; omnesque tamquam ad paratam victoriam incenduntur.

Vers. 11. ὑπέλαβε. Perperam ὑπέβαλε Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* ἔξωθεν ἐπεχείρουν & reliqua omnia, quæ sequuntur post πρὸς τὴν πύλην, miro saltu & summa incuria prætermisit scriba codicis Reg. E. usque cap. 15, 2. ita ut post πρὸς τὴν πύλην continuo sequantur illa verba ἔξωθεν εἰσέπιπτον, οἱ δὲ διὰ τῶν πλιμάκων &c. Vers. 11.

Vers. 13. τῷ τείχει. Mendose τῷ τάχει ed. 1. invitis nostris codd. — *Vers.* 14. τῶν ἔνδον. Temere τῶν ἔνδοθεν eadem ed. 1. — *Ibid.* τοὺς κατὰ τὸν ἰσθμόν. τοὺς, cum abesset ab editis, adscivimus ex Aug. Reg. F. G. Vesont. Tub. — *Ibid.* τὴν ταύτῃ πύλην recte Casaub. cum Vrsin. & Aug. Perperam τὴν ταύτην πύλην ed. 1. Med. Reg. F. G. Vest. Tub. — *Vers.* 15. οὐ δυναμένων. ἀδυναμένων ed. 1. & Med. Ceteri recte. Vers. 13sqq.

CAPVT XV. Cap. XV.

Vers. 1. ἀποσύροντες τοὺς πολεμίους. In ἐπισύροντες consentiunt scripti libri cum editis. Sed aliud est ἐπισύρειν, de quo verbo fuse Reiskius disputavit ad IV, 49, 1. Aliud ἀποσύρειν, *abstrahere, dejicere*, quod paulo ante vidimus, cap. 13, 9. Apud Diodorum Sicul. XX. 48. τὰς ἐπάλξεις ἀπέσυρε vulgo vertitur *pinnas deterfit*; perspecte vero Reiskius, per metonymiam, accepit pro *nudavit defensoribus mœnia & pinnas propugnaculorum.* — *Ibid.* αὐτοῖς τῆς. αὐτῆς τῆς soli Regii F. G. Ad τῆς ὁπλίσεως notavit CASAVB. in ora Basil. „*genus armorum*; quod videlicet undique tecti erant.“ — Vers. 1.

Vers. 2. ἐπέβαινον. ἀπέβαινον ed. 1. invitis msstis. — *Vers.* 4. ἐπεί. Perperam ἐπὶ Aug. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* παραγγέλλας πλείνειν &c. Habet Suidas in Ὠφελείας. — *Ibid.* μέχρις ἄν. Sic ed. 1. consentientibus msstis & Suida. μέχρι ἄν ed. 2 & seqq. Vers. 2. 4.

Digitized by Google

Vers. 5. *Vers.* 5. τοὺς κύνας edd. cum Med. Reg. F. G. Vet. Tub. Mireris vero, antiquiores probatioresque ex codicibus nostris in χῆνας, id est, *anseres*, consentire. — *Ibid.* δεδιχοτομημένους. Mendose δεδοχοτομένους ed. 2. & δεδιχτομένους ed. 3. 4. — *Ibid.* παρακεκομμένα. — „Forte κατακεκομμένα." REISK. — Iumenta simul cum hominibus in castris Samnitium captis caesa memorat Livius IX. 14.

Vers. 7. *Vers.* 7. τὴν ἄκραν. Vitiose τὸν ἄκραν ed. 1. Reg. F. G. Vet. — *Ibid.* ἐπεβάλλετο edd. Reg. E. putamus & Med. & Vrb. Sic & Aug. in marg. ab antiq. manu. ἐπέβαλε Aug. Tub. ἀπέβαλε Reg. F. G. Vesont.

Vers. 9. 10. *Vers.* 9. οἰκιῶν correxit Casaub. cum Vrsino. οἰκείων ed. 1. & Regii tres. οἰκειῶν Vesont. — *Ibid.* ἀθροίσαντας. ἀθροίσαντες Reg. E. & sic videtur primum fuisse in Vesont. — *Ibid.* σημαίας edd. & Aug. in ora ab antiq. manu. σημείας Aug. in context. Reg. E. F. G. Vet. — *Vers.* 10. τὸν ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν. Sic bene Casaub. & seqq. cum Vrsino. τῶν ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ed. 1. Aug. Reg. E. F. ἀπὸ τῶν ἀναν. absque τὸν Reg. G. τὸν ἀπὸ ἀνατολῶν, absque τῶν, Med.

Cap. XVI. CAPVT XVI.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῆς τῶν πολιτικῶν καὶ ἐργαστικῶν κατασκευῆς. Consentiunt libri omnes, & Suidas in Ἐργαστικός. neque opus est, ut cum Reiskio ἐργατικῶν suspicemur scribendum. Licet enim ab ἐργάτης proxime ἐργατικὸς formetur; tamen, quemadmodum & ἐργαστὴρ & ἐργαστήριον dicitur, sic nihil impedit, quo minus & ἐργαστικὸς pro legitima nominis forma habeamus. πολιτικοὺς autem dicit qui sunt *ex ordine civium*, *e civium classe*, ut idem fere valeat illud vocabulum ac τοὺς πολίτας; (conf. c. 17, 6. XIII. 7, 3. XXI. 3, 4. Diodor. Sicul. XX. 54.) ἐργαστικοὺς vero dicit, qui sunt e genere vel e classe *opificum*, τῶν ἐργατῶν, quos eosdem dein cap. 17, 6 & 9. χειροτέχνας vocat. Neque vero *opifices* hos *servilis* ait fuisse in urbe *conditionis*, quem-

Digitized by Google

quemadmodum acceperat Reiskius in Animadvv. ad Polybii lib. III. p. 367, 10. (id est, ad III. 114, 5.) ubi, occasione vocabuli τῶν ἱππικῶν, de nominibus in — ικὸς desinentibus disputavit. Opifices hos Polybius c. 17, 6. sicut Livius XXVI. 47. in numero *decem millium captivorum virilis sexus* comprehendit, quem universum numerum *liberā capita* fuisse diserte Livius scribit, & a servis distinguit. Fuere ergo hi incolæ urbis, liberi quidem, sed non pleno jure civitatis fruentes, adeoque deterioris nonnihil conditionis, quam ceteri. Quare quum apud Suidam, loco paulo ante citato, corrupte vulgo sic legatur: Ἐργαστικός. Πολύβιος· Ἰδίως δὲ τῶν πολιτικῶν καὶ τῆς τῶν ἐργαστικῶν κατασκευῆς. suspicati eramus olim, (in Emendatt. & Observatt. in Suidam p. 51 seq.) fic fortasse scripsisse Lexicographum: Ἐργαστικός· ἰδιώτης. Πολύβιος. τῆς τῶν πολιτικῶν καὶ τῆς τῶν ἐργαστικῶν κατασκευῆς. ut ἰδιώτης intelligatur *plebejus*, *homo de plebe*.

Verf. 1.

Vers. 2. τοιαύτη τις ἡ. Sic Casaub. consentientibus mss. Imperite τοιαύτης ἡ ed. 1. — *Ibid* ἀπομερίζονται τῶν ἀνδρῶν. Sic omnino corrigendum putavimus, intelligendo vocab. μέρος, vel τινάς. Vide Adnot. ad II. 34, 6. & ibi pro „τινάς. *ut* XVI. 10, 2." scribe „τινὰς, *ut* X. 16, 2." Sane, quænam vis sit vulgatæ scripturæ in hac quidem connexione, non perspicimus: nam τὰ τῶν ἀνδρῶν dici pro τοὺς ἄνδρας non ausimus statuere. — Hæc jam scripseramus, quum advertit nos sagacissimi Reiskii Adnotatio ad ista verba, quæ, consentientibus mss. sic vulgo edebantur: τοτὲ μὲν γὰρ ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τὴν πρᾶξιν ἀπομερίζονται τὰ τῶν ἀνδρῶν· — „Forte (inquit) ἑκάστης σημαίας πρὸς τὴν πρᾶξιν (id est, πρὸς ταύτην τὴν πρᾶξιν, τὴν διαπραγὴν δηλονότι) ἀπομερίζονται ταυτοὶ ἀριθμοὶ τῶν ἀνδρῶν." — Iam τὰ τῶν ἀνδρῶν quidem, quod habent libri, ex ταυτοὶ ἀριθμοὶ τῶν ἀνδρῶν decurtatum esse, non ausimus confirmare: poteratque aliud quid in illo τὰ latere. Sane satis foret τινὲς τῶν ἀνδρῶν, ac suspicari fortasse licet, scriptum fuisse in exemplari,

Vers. 2.

Digitized by Google

Verſ. 2. plari, e quo noſtri codices fluxere, τιν cum ſuperſcripta inter lineas nota illa compendiaria, quæ ες ſignificat, quæ parum admodum differt ab ea quæ deſignat ευ, & perinde atque hæc (de qua diximus ad III. 90, 8.) facile cum ι confunditur: quo fieri potuit, ut librarius, qui illo uſus eſt exemplo, τὰ pro τινὲς legeret. Sed de hac quidem parte quidquid ſtatuerimus, ex altera certe Reiſkii emendatione, cum σημαίας pro ἡμέρας reponere juſſit, divinum prorſus in hoc genere ingenium viri elucere fatendum eſt. Etenim alienum aliquid utique, & in quo offendere neceſſe erat attentum lectorem, habebat vulgata ſcriptura ἑκάστης ἡμέρας, *ſingulis diebus*: raro enim ultra unius diei ſpatium extenſam fuiſſe conſentaneum eſt captæ urbis direptionem. Mire vero convenit ἑκάστης σημαίας, (aut, ſi mavis, adjecta præpoſitione, ἐξ ἑκάστης σημαίας,) hac ſententia: *aliis ex quoque manipulo numerus aliquis militum ad hoc negotium ſecernitur, aliis e toto exercitu integros aliquos manipulos ad hoc mittunt.* Huic vero Reiſkianæ emendationi, quæ per ſe non niſi probabilitatis quemdam gradum, ſed eum quidem inſignem, habebat, plenæ certitudinis rationem accedere intelligemus, ſi, quæ de eodem vocabulo σημαία, a librariis noſtris cum ἡμέρα permutato, ad VI. 34, 8. & VI. 40, 11. adnotavimus, (quæ quidem Reiſkium latuerant,) contulerimus.

Ibid. σημαίας. σημείας Reg. E. Veſont. & Aug. in contextu, ſed σημαίας intra lineas.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. οὐδέποτε δὲ recte Caſaub. Et ſic eſt in Veſont. neſcimus an & in Med. e quo nil enotatum. Ceteri cum ed. 1. carent δέ. — *Ibid.* κατὰ τὰς τάξεις. Sic edit. recte, ſive ex msto libro duxerit primus editor, ſive ex conjectura, conf. verſ. 9. Adde Adnot. ad VI. 51, 4.

Ibid. πρὸς τὸ δεικνύειν. — „Forte πρὸς τὸ δεικνύον, ſubaudi τῆς περιστάσεως. Et idem Caſaubonus quoque videtur in animo habuiſſe, ut latina ſatis produnt. Notum eſt proverbium: αὐτὸ δείξει, h. e. αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δείξει

δείξει ἐν τῷ πράττειν τὸ πρακτέον. Sic p. 1423, 30. [XVII. 15, 12.] Φήμη συνυποδεικνύουσα est *fama, varias proditoribus nocendi vias demonstrans, & docens quid in eos parandum sit.*" REISKIVS. — Casauboni versionem h. l. tenuimus, *prout indicati periculi ratio postulaverit.* In ora vero Basil. ad vulgatam in græco lectionem Notam hanc adscripserat idem doctissimus interpres: „*Lego* πρὸς τὸ δεικνύμενον." Tum rursus: „An πρὸς τὸ δεικνύμενον δέος!" — Lipsius, totam hanc pericopam, a vers. 2. hujus cap. usque ad finem, inserens libro V. de Militia Romana, Dialog. 15. græca verba, de quibus quærimus, his latinis reddidit: *ita ut semper tamen se ostendant.* Vers. 3.

Vers. 4. ποτὲ δὲ καὶ σπανίως, Confer III. 107, 14. ποτὲ edidit Casaub. nescimus consilio-ne, an τότε voluerit, an ποτέ. ποτὲ servavit Gronov. τότε dedit Ernest. quod erat in ed. 1. consentientibus mss̄tis. Particularum ποτὲ & τότε, errore librariorum inter se commutatarum, exempla vidimus III. 17, 8. ubi vide Adnot. & IV. 38, 6. Adde quæ notata sunt ad IV. 44, 4. — *Ibid.* τεσσάρων. τεσσαράων Reg. E. Vers. 4.

Vers. 5. πραθέντων τούτων, *his venditis.* Dubitare utique licet, satis-ne causæ fuerit Casaubono, ut consentientem librorum omnium scripturam, πραχθέντων τούτων, id est, *quo facto*, quæ per se nihil incommodi videtur habere, desereret. Nam licet apud Livium lib. X. c. 17. & 20. legamus, *prædam vendere coactum esse militem mercatoribus agmen sequentibus, ne alibi, quam in armis, animum haberet;* tamen ex ipsis scriptoris verbis ibi intelligi videtur, prædam ipsam, priusquam vendita esset, militibus cessisse, & ab ipsis deinde esse venditam. Et cum persæpe prædæ militibus divisæ mentionem idem Livius faciat, nonnisi unum tamen invenimus locum, XXXV. 1. ubi dicat, *prædam vendendam quæstori datam; quod inde refectum, militibus divisum.* Aliâs *prædam ipsam*, ait, *exceptis corporibus captivis*, (quæ a quæstore vendebantur, ut, quod inde refectum esset, in publicum redigere- Vers. 5.

Digitized by Google

Verſ. 5. geretur) *militibus cum cura, ut quam aequiſſima eſſet, per milites eſſe diviſam.* Vide Liv. XXXVIII. 23. & loca, quæ ibi citavit Dukerus, ſcil. V. 22. VII. 27. X. 46. XXIII. 37. XXIV. 16. XXVII. 19. XXXVI. 30. XXXVII. 5. Denique quid multa? hoc ipſo loco, in quo verſamur, (verſ. 1.) diſerte Polybius ſcribit, ſarcinas militum Pœnorum, & ſupellectilem civium ac opificum militibus Romanis eſſe diſtributas. Confer c. 17, 6. XIV. 7, 2 ſeq. III. 76, 13. &c. Quæ cum ita ſint, reſtitutum Polybio id, quod ei libri tribuunt, πραχθέντων τούτων velimus.

Ibid. διανέμουσι πᾶσιν ἴσον. ἴσον Reg. E. Exemplum prædæ inter omnes ſumma æquitate diviſæ vide apud Liv. XXXVIII. 23.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Περὶ δὲ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν - -, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν, κατὰ τὸν ὅρκον ὀμνύουσι πάντες. *Nihil averſuros eſſe de præda, jurant in eo ſacramento quod dicunt quando primum in caſtra conveniunt.* Sic utcumque intelligi hæc poſſunt. Sed rectius nos facturos fuiſſe intelligimus, ſi REISKIO eſſemus obſecuti, ſic ſcribere jubenti, τηρεῖν τὴν πίστιν κατὰ τὸν ὅρκον, ὃν ὀμνύουσι πάντες ὅταν ἀθροισθῶσι &c. Tum vero *in fine verſus*, poſt πολεμίαν, pro puncto majori, *minus punctum* erat ponen-

Verſ. 7. dum: & *verſ.* 7. particula δὲ, poſt ὑπὲρ τούτου, (ut idem REISKIVS monuit,) intelligenda tamquam iteratio ſuperioris δὲ, (initio verſ. 6.) ut ſententia ibi cœpta nunc expleatur, utque poſterius hoc δὲ latine reddendum ſit *igitur*. De quo uſu illius particulæ ſæpius diximus, & inprimis ad I. 29, 6. — *Ibid.* ἐν τοῖς περὶ τῆς Πελοπ. Vide VI. 33, 2.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. κινδυνεύει. Verum eſſe videtur συμβαλεῖν κινδυνεύειν.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἐπίσης, vel ἐπ' ἴσης, (ſcil. μοίρας) *æqualiter, pariter.* Latere hoc in ἐπὶ τῆς, quod habent libri, perſpecte jam viderat Reiſkius. Commodius autem putavimus, ἐπίσης ſcribere, una voce, ut ſit ab adjectivo ἔπι-

σος,

Digitized by Google

σος, æqualis, quo utitur noster III. 115, 11. ἐξ ἴσου suaserat Vrsinus ex cap. 17, 5.

CAPVT XVII.

Cap. XVII

Vers. 2. μόναρχος ἢ στρατηγός. Sic Casaub. cum Reg. E.F. μόναρχος ἢ στρατηγὸς ed. 1. cum ceteris codicibus; quod tenens Vrsinus, deinde pro mendoso ἐπιμελεῖς, ex conjectura καὶ ἐπιμελῶς scribere jusserat, quo nempe sibi responderent verba ἢ & ἐπιτάξῃ. Casaubonus vero, ἢ quidem in ἢ mutans, καὶ ἐπιμελῶς tamen ab Vrsino adoptavit, quamvis particulam καὶ omnes ignorent libri. Nos codicum vestigiis presse inhæsimus. Vers. 2.

Vers. 3. διό. Imperite & invitis msstis nostris ed. 1. Scribit διὰ τῶν πολλῶν, & hæc cum superioribus connectit. Vers. 3.

Vers. 6. ὃ συνέβη. Mendose ἢ συνέβη Reg. E. — *Ibid.* μικρῷ λεῖπον τῶν μυρίων. Perperam vulgo λειπόντων edd. & mssti, excepto Reg. E. in quo magis corrupte scribitur λοιπόντων. λεῖπον τῶν scribendum monuit Gronov. in Notis ineditis, & Reiskius. conf. X. 27, 13. XII. 16, 13. Vers. 6.

Vers. 9. κατὰ τὸ παρὸν εἶπε &c. κατὰ παρὸν absque artic. Reg. F. G. Vesont. — „Trajecit verba: quod, cum laudari non possit, tolerari debet. Simplicior narrandi ordo fuisset: εἶπε, διότι κατὰ τὸ παρὸν δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσί." REISKIVS. — Vers. 9.

Vers. 10. Ῥωμαϊκὸν cum Vrsino correxit Casaub. Vers. 10.

Vers. 11. προσέμιξε τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι. *suis sociis navalibus immiscuit.* Casaubonus: *in classem ad supplementum remigum dedit:* ad solos *remiges* restringens, quod de omni genere *navalium sociorum* Polybius intellectum voluit. Sunt enim πληρώματα, (id est, *socii navales*,) in bellicis navibus, non modo *remiges* reliquique *nautæ*, verum etiam *classiarii milites*. Et interdum quidem ad solos *remiges nautasque* restringitur illud vocabulum; ubi nimirum τὰ πληρώματα opponuntur τοῖς ἐπιβάταις, de qua notione diximus ad I. 47, 8. Sed h. l. latiori notione esse Vers. 11.

acci-

Digitized by Google

Vers. 11. accipiendum, manifeste docent ea quæ proxime sequuntur; ubi non solum *nautarum universum numerum dimidia parte auctum esse* ait, *atque ita completas* XVIII. *navis captas, quæ ad priores* XXXV. *recesserant*, verum etiam *numerum virorum, qui in unaquaque navi erant, propemodum duplicatum.* Ex quo adparet, maximum numerum eorum, quos hic dicit τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι miscuisse Scipionem, in *militum classiariorum* numerum fuisse relatos. Ex Livio verba ista expresserat Casaubonus: at satis adparet, Livium hoc loco aut non intellexisse Polybium, aut presso pede eum sequi noluisse.

Vers. 12. *Vers.* 12. ποιήσας ἡμιολίους. *numero dimidia parte aucto.* Sic recte Ernestus in Lex. Polyb. græca verba accepit: & in eamdem sententiam Reiskius *ita auctum est numerum*, intellexit, *ut duabus, quæ antea fuissent, partibus æqualibus tertia pars accederet.* Quod etiam concinit (ut idem Reiskius monuit) ei quod subjicit Polybius, *ad* XXXV. *naves, quas ante habuisset Scipio, adjectas ut eodem esse octodecim.* Fortasse autem non ita solum dicit, *dimidia parte auctum esse universum nautarum numerum*, ut cuique ex XVIII. captis navibus eumdem numerum nautarum, qui inerat cuique ex XXXV. navibus Romanis, imposuerit Scipio; sed ut *in unaquaque ex omni numero navium numerum nautarum dimidia parte auxerit.* Atque id ipsum verbis Polybii videtur significari, & apte convenit cum eis quæ mox adjicit. Novimus præterea, non nimis magna copia solertium nautarum abundasse Romanos: inprimis vero in hoc genere exercitati erant Pœni, & magnus id genus hominum numerus debuit Carthagine reperiri, quod etiam ipse Polybius diserte supra significavit, cap. 8, 7. Perperam verba supra scripta interpretatus est Casaubonus: *numero sesqui altera portione amplificato*; quod ita ille (quemadmodum in ora Basil. ipse adnotavit) intellexerat, ut *remigum numerum*, quem ante habuerat Scipio, nunc *triplum factum* putaret. conf. VI. 32, 7.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. τοὺς πάντας ναύτας ἢ πρόσθεν. Vocabulum ναύτας, quod abeſt ab ed. 2 & ſeqq. reſtituimus ex ed. 1. & ex codicum omnium conſenſu: ac videtur, non Caſauboni conſilio, qui in lat. verſione illud expreſſit, ſed operarum errore fuiſſe prætermiſſum. ἢ recte Caſaubonus ſcripſit, & ſic habet Reg. E. Mendoſe ἦ ed. 1. cum ceteris codd. ut ſæpe aliâs, & paulo ante verſ. 1. hujus capitis. Poterat dicere τοῦ πρόσθεν, ut VI. 32, 7. & ut apud Suidam in Ἡμιολία· ὀψώνιον ἡμιόλιον τοῦ νῦν διδομένου· ad quæ loca Erneſtus provocavit. Atque ita fortaſſe ſcripturus fuerat h. l. Polybius, ſi proxime præcederet vocab. illud ἡμιολίους; nunc, nonnullis verbis interjectis, perſpicuitati inſervit hæc conſtructio per particulam ἢ, quæ illa non eſt deterior: ſic enim v. c. etiam dicit διπλασίους ἢ πρὶν, I. 72, 2. ubi pariter verba nonnulla inter διπλασίους & πρὶν interjecta ſunt. Quare nullam rationem videmus, cur verba iſta ἢ πρόσθεν cum eodem Erneſto (in Lexic. Polyb. voc Ἡμιόλιος) ut gloſſam inutilem ſuſpecta habeamus. Quod autem idem vir doctus *aut πάντας aut ναύτας legendum* h. l. cenſuit; putaverat, alteram vocem ſolam in aliis eſſe libris, in aliis alteram; neſciveratque utramque in codicibus omnibus conjungi. Quod vero adtinet ad ipſum hoc vocabulum ναύτας, non ſumus neſcii, eſſe viros doctos, qui inter *nautas remigeſque* diſtinguendum putent, & *nautas* intelligendos eos, qui in regendis velis operam præſtant, qui malum conſcendunt, aliaque nautica miniſteria, excepto remigio, faciunt. Ac fieri poteſt, ut interdum ea ratione ab ἐρέταις οἱ ναῦται diſtinguantur: ſed haudquaquam perpetuum illud diſcrimen eſt, & perſæpe, qui remis incumbunt, ναῦται adpellantur. Quo pertinet illa phraſis, quam ut pervulgatam Pollux profert I. 116. ἀκροατὰς τῶν κωπῶν ἦσαν οἱ ναῦται. Quin etiam interdum univerſum τὸ πλήρωμα navis, atque etiam bellicæ navis, (quod πλήρωμα cum ex *nautis* illis, ſtrictiore ſenſu dictis, tum ex *remigibus*, denique ex *militibus claſſiariis* conſtat) communi nomine τῶν ναυτῶν comprehendi

Verſ. 12.

Digitized by Google

Verſ. 12. videntur, ut apud Polybium noſtrum I. 49, 1 ſeq. & X. 35, 5. putamus, quoniam & milites claſſiarii nonnumquam ad remos ſedebant & remiges interdum ad pugnam armabantur. conf. X. 35, 5. Sed ſigillatim atque proprie ναῦται iidem ſunt, qui τὰ πληρώματα τοῦ στόλου ſtrictiore ſignificatu (de quo ad verſ. 11. monuimus) dicuntur, nempe *remiges* & qui alia quæcumque *miniſteria nautica* faciunt. Vide I. 49, 1 ſeq. & verſ. 5. (ubi ναῦται iidem, qui & τὰ πληρώματα vocantur, ab ἐπιβάταις, id eſt *militibus claſſiariis*, diſtinguuntur.) adde I. 59, 12. Atque ea notione ſi hoc loco idem vocabulum ναύτας accipiamus, evaneſcet illa repugnantia, quam in his verbis, ποιήσας ἡμιολίους τοὺς ναύτας ἢ πρόσθεν, collatis cum eis quæ ſequuntur, ὥστε τοὺς ἄνδρας ἑκάστῳ σκάφει βραχύ τι λείπειν τοῦ διπλασίους εἶναι, manifeſtiſſimam deprehendere ſibi viſus Reiſkius erat. Sane enim, quod *nautarum* numerus *in media parte* eſt auctus, id non impedit, quo minus *hominum* omnino numerus, qui in quaque navi erant, ratione ſimul habita *militum claſſiariorum*, *propemodum fuerit duplicatus.*

Ibid. Non moramur mirum Io. Schefferi lapſum in interpretando verbo τοὺς ὑπάρχοντας; ſed miramur alios viros doctos, & in his Potterum in Archæol. lib. III. c. 18. in eumdem errorem abduci ſe paſſos. οἱ ὑπάρχοντες, *qui nunc erant*, tam commode, quam manifeſte, opponuntur τοῖς προγενομένοις, *qui prius fuerant*: nec ulla videtur ratio eſſe, cur προγενομένων in προσγενομένων cum Reiſkio mutatum velimus.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. αἱ μὲν γὰρ &c. Velut in parentheſi poſita intelligenda fuerint iſta verba. *Erant enim* (vel, *Erant autem*) *captivæ naves numero octodecim; cum prius XXXV. habuiſſet.* Sed neſcimus quid non ſatis emendatum ineſſe in eiſdem verbis ſuſpicamur. Vocabulum quidem ὀκτωκαίδεκα non ſolicitem: nam multo verſimilius hoc, quam quod Livius habet, *octo* tantum naves captivas numerans, lib. XXVI. c. 47.

Verſ.

Verſ. 14. *τὴν αὐτῶν εὔνοιαν.* Poterat ſimpliciter intelligi *benevolentiam ſuam.* Id vero non placuit REISKIO, hæc adnotanti ad iſta verba: „Forte *τὴν αὐτὴν εὔνοιαν, eandem benevolentiam*, ſubaudi, *atque illi opifices*, de quibus paulo ante dictum. Poteſt tamen etiam non incommode vulgata ferri & exponi. *ἡ αὐτῶν εὔνοια* erit tum *ἡ πρὸς αὐτοὺς* (ſcil. *τοὺς Ῥωμαίους*) *εὔνοια.*“ — Collegit deinde ſimilia, cum ex Polybio, tum ex aliis ſcriptoribus exempla. Scilicet Polybius X. 34, 1. *τὴν αὐτῶν φιλίαν καὶ πίστιν* dicit, pro *εἰς αὐτούς.* Sic X. 37, 10. *τῆς εὐνοίας τῆς ἐκείνων* idem eſt ac *τῆς πρὸς ἐκείνους εὐνοίας.* X. 40, 9. *ἡ τῆς πατρίδος πίστις* eſt *fides erga patriam.* X. 41, 4. *πρόνοια τῶν πολεμίων* eſt *diligentia in providendo & occurrendo hoſtium inſidiis.* XVIII. 28, 9. *τὴν τῶν Ἑλλήνων εὐκλειαν* eſt idem atque *τὴν τῶν Ῥωμαίων παρὰ τῶν Ἑλλήνων* (vel *παρὰ τοῖς Ἕλλησιν*) *εὐκλειαν.* Neque vero nos quidem cum eodem Reiſkio huc referamus id quod vulgo apud Suidam ex Polybio legitur, (Polybii Fragm. Grammat. n. IX. T. V. p. LXXVII.) *πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πολεμίων*, quaſi hoc eſſet *ſecuritatem ab hoſtibus*: nam ibi non dubito, recte a nobis *πόλεων* eſſe ſcriptum. (conf. Adnot. noſtra ad I. 75, 2.) Sed rurſus apud Dionem Caſſium p. 28, 58. ed. Reimari *εὔνοιαν αὐτοῦ* eſt idem atque *εὔνοιαν πρὸς αὐτόν.* Et ibid. p. 31, 47. *Εὐμενοῦς ἐπιβουλαὶ* ſunt *inſidiæ in Eumenem.* Apud Diodorum Sic. T. II. p. 92, 37. *σπουδὴ ἐκείνων* eſt *ſtudium erga eos.* Conſer Taylorum ad Lyſiam p. 239. ed. Reiſk. & quos Weſſeling. laudat ad Diodor. T. I. p. 617, 27. Perizonium ad Aeliani Var. Hiſt. II. 35. & Burmann. in Phædr. lib. II. 8, 2. Verſ. 14.

Verſ. 16. In fine verſ. 15. poſt *ἐλευθερίας* minus punctum vulgo ponunt; poſt *πρόνοιαν* vero majus. Reiſkius illic majus, huc minus reponere juſſit; ut nova periodus incipiat ab *ἡμιόλιον δὲ*; ſed de lacuna nil cogitans, verba ſequentia *μετὰ δὲ ταῦτα* &c. pro apodoſi hujus periodi habuit, particula *δὲ* ex initio protaſeos, per pleonaſmum, uſitatum Polybio, repetita. Nos vero hujuſmodi repeti- Verſ. 16.

Digitized by Google

Verſ. 16. tionem particulæ δὲ, de qua jam ſæpius dictum eſt, nonniſi poſt longiores protaſes, aut poſt complura quædam verba, inter protaſin apodoſimque interjecta, uſurpatam obſervaſſe nobis videmur; quod hoc quidem loco contra eſt. Deinde admodum etiam incommode duo iſta, de claſſe aucta, & de Magone aliiſque captivis, in unam periodum coguntur. Itaque aut intercidiſſe aliquid fatendum erit, aut, ſi nihil deeſt, ſuperioribus hæc (ἡμίολιαν δὲ &c.) jungenda ſunt, &, pro δὲ ποιήσας, ἐποίησε legendum; quæ ratio fortaſſe ad verum proxime accefferit.

Cap. XVIII. CAPVT XVIII.

Verſ. 1. 2. *Verſ.* 1. Μάγωνα. *Magonem;* eum qui urbi Pœnorum nomine præfuerat, ut docuit cap. 12, 2. — *Ibid.* τέτε. Mendoſe τήν τε Reg. F. G. Veſont. — *Verſ.* 2. καὶ τούτους. Temere καὶ τούτοις ed. 1.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καθ' ἕνα recte Caſaub. cum Regiis, Aug. Vet. Tub. Sic vero ex ingenio ſe corrigere ait Vrſinus. Mendoſe καθ' ἕνεκα ed. 1. Med. πρὸς ἕνα vett. editiones Suidæ, in Καταψήσας. — *Ibid.* προσαγόμενος. προσαγωγόμενος ſolus Aug. προαγόμενος Reg. E. Ceteri & Suidas conſentiunt cum edd. — *Ibid.* καταψήσας Caſaub. cum Suida & ora Aug. ab antiq. manu; monuerat etiam Vrſinus. Mendoſe καταψηφίσας Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. καταψηφήσας Reg E. καταψυχήσας Med. καταψυχήσας Vrb. — *Ibid.* γράφειν αὐτοὺς, *ſcriberent ipſi.* — *Ibid.* πρὸς τοὺς αὐτῶν ἀναγκ. Sic recte edd. cum Reg. E. putamus & Med. & Vrb. Perperam πρὸς αὐτὸν ἀναγκαίους Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. ſed Aug. verum habet inter lineas.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀποκαταστῆσαι. Temere ἀποκατασταθῆσαι ed. 1.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὰς μὲν πρώτας reſtituimus ex ed. 1. & mſſis, contra quorum fidem Caſaubonus, Vrſinum ſequens, τὰς μὲν ediderat, quod & Suidas habet in Κόννους. perperam; nam ſexus diſtinguit Polybius, quemadmodum ipſum Scipionem feciſſe modo dixerat.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. *κόνους.* *κόννους* scribit Suidas, Polybii verba citans, nec tamen vim vocabuli ullo modo declarans. Casaubonus *icunculas* interpretatus erat, intellexeratque (ut in ora Basil. adnotavit) *icunculas puellarum & pupas*, *εἰκόνια* scribendum suspicatus. Locum hunc erudite interpretatus est TOVRIVS in Emend. in Suidam Part. II. p. 234 seq. docens, idem esse *κόνον*, *κόννον* & *κῶνον*, & generatim significare *quidquid fastigiatum sit aut in acutum exeat*, quod vel ex Hesychio ait liquere; sigillatim vero *ornamentum muliebre, quod auribus scilicet appendebatur*, a forma ita dictum, quia *conum* seu *κῶνον* referebat: verbo *inaurem*. — *Ibid.* *ψελλία.* Sic penacute & cum duplici λλ scripsit Casaub. & seqq. *ψέλια* ed. 1. Regii tres, Vesont. *ψέλιχ* Aug. Rectius fuerit *ψέλλια*, ut est apud Suidam in *Κόννους*. Apud eumdem tamen Suidam & *ψέλιον* & *ψέλλιον* scribitur, in hoc ipso vocab. Est autem *ψέλλιον*, Suida interprete, *κόσμος τῆς χειρὸς*, *id est*, *armilla*. Vers. 6.

Ibid. *ῥαμφὰς* scripsimus, monentibus Scaligero & Toupio ex Hesychio, apud quem *Ῥαμφὴ* exponitur *κοπὶς*, *μάχαιρα*. Corrupte prorsus *δραμβὰς* habet Suidas in *Κόννους*. Quod *ῥάμψας καὶ μάχαιρας* scribitur in Vrsini Emendationibus, prius vocabulum operarum errore corruptum est: nihil in hac voce mutatum Vrsinus voluit; sed, cum abessent ab ed. 1. duo verba *καὶ μαχαίρας*, monitum voluit lectorem, adjicienda esse illa verba, quæ nimirum & Suidas habet, & cum Vrsini codice habent codices nostri omnes, excepto Med.

Vers. 7. *Ἱλεργητῶν* correxit Casaub. Conf. ad III. 35, 2. & 33, 15. & ad IX. 11, 3. Adde Liv. XXVI. 49. & passim alibi. De *Indibili*, obsides dare coacto Pœnis, conf. Polyb. IX. 11. & X. 35, 6. Vers. 2.

Vers. 8. *ἤρετο.* Vsitatam hanc formam, quam alibi frequentat Polybius, restituimus in locum Ionicæ & poëticæ formæ *εἴρετο*, quam, ut hoc loco, sic VII. 5, 2. & passim alibi dederant libri nostri, *ει* & *η* confundentes. — Vers. 8.

Digitized by Google

Ibid. αὐτᾶς. Sicut h. l. omnes, ſic mox *verſ.* 10. ed. 1. & Reg. E. perperam αὐτοῖς præferunt. Sed recte *verſ.* 11. in αὐτὰς conſentiunt omnes. Vbique manifeſte ad *mulieres* refertur id pronomen: & αὐτᾶς h. l. corrigendum eſſe, ante Reiſkium jam Gronovius monuerat in Notis ineditis.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τὸν αὐτὸν εἰπούσης λόγον. Sic recte Caſaub. & ſeqq. cum Reg. E. & Vrſin. τὸν αὐτῆς ἐπιούσης λόγον ed. 1. Med. τὸν αὐτῆς εἰπούσης λόγον Vrb. Aug. Reg. F. G. Veſ. — *Ibid.* διαπορήσας Caſaub. cum Vrb. & Reg. E. putamus & Med. Perperam διατηρήσας ed. 1. cum Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. quod non defendere debuerat Reiſkius. — *Ibid.* ψευδῶς. Temere ψευδῶν ed. 1.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ἵνα μηδὲν αὐτὰς ἐλλείπῃ. Mendoſe ἐλλείπει ed. 1. cum msstis omnibus, excepto Aug. qui verum habet, quod inde enotare neglexit Bœclerus. Conjunctivum ponendum monuerant jam Vrſin. Gronov. & Reiſk. De conſtructione verbi ἐλλείπω conf. Adnot. ad I. 60, 2. & adde ibi hoc exemplum.

Verſ. 12. 13. *Verſ.* 12. ὦ στρατηγέ. Suidas in Ἐκδέχῃ. De ſententia mulieris conf. c. 38, 1. — *Verſ.* 13. Ἀνδραβάλου correximus. Perperam vulgo edd. & ſcripti h. l. Ἀνδοβούλου, confuſis ου & α, ut paſſim aliâs; de quo errore monuimus ad I. 75, 5. p. 324. III. 35, 2. X. 14, 15. &c. Conſtanter aliâs Ἀνδαβάλην vocat hunc regulum. Sic paulo ante verſ. 7. confer III. 76, 6. & loca ſupra citata ad verſ. 7.

Verſ. 14. 15. *Verſ.* 14. φανερὸς Caſaub. cum Vrſino, & ſic Reg. E. inter lineas a prima manu. Mendoſe φανερᾶς ed. 1. cum msstis. — *Verſ.* 15. γὰρ poſt πρόνοιαν abeſt ab ed. 1. & msstis, ex ingenio adjectum a Caſaubono. Scaliger orationem interpunxit poſt ἄλλας, & deinde ὅμως ποιήσεσθαι ſcripſit pro ὁμοίως. — *Ibid.* συστήσεσθαι Caſaubonus correxit cum Scaligero. συστήσασθαι ed. 1. conſentientibus msstis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIX.

Cap. XIX.

Verſ. 1. *δημόσια.* correxit Caſaub. & ſic habet Reg. E. Perperam *δημοσία* (quod valet *δημοσίᾳ*) ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſ. — *Ibid. κατελήφθη.* *μετελήφθη* Reg. E. Verſ. 1.

Verſ. 2. *προστεθέντων.* Caſaub. cum Vrſino & Reg. E. *προτεθέντων* ed. 1. cum cett. codd. — *Ibid. τετρακοσίοις.* Perperam *τετρακοσίους* ed. 1. & Med. — *Ibid. τὴν ὅλην παράθεσιν αὐτῷ γενέσθαι.* Sic correximus, monente Caſaubono in ora Baſil. & Erneſto in Lex. Polyb. voc. *παράθεσις.* At intelligimus tamen, ferri potuiſſe vulgatam, atque adeo, quoniam conſentiunt codices, ſervari debuiſſe. Eſt autem *παράθεσις τῆς χορηγίας*, *adparatus pecuniæ*, *pecunia repoſita*; quemadmodum *παράθεσις τοῦ σίτου* III. 69, 2. *adparatus frumenti*, *frumentum repoſitum.* Verſ. 2.

Verſ. 3. *Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον* &c. Quæ ſequuntur, inde ab hoc verſu uſque ad finem cap. 22. de *Continentia Scipionis* & de *Exercitationibus militaribus*, *ab eo inſtitutis*, non ſolum in ſerie Excerptorum Antiquorum ſuo loco leguntur in eis Codicibus, qui iſta Excerpta continent, verum etiam in pleriſque eorumdem codicum in extremo volumine denuo hæc ſeparatim repetuntur, præmiſſo hoc titulo: *Ἐκτοῦ ιθ'. λόγου. Περὶ τῆς Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας.* atque adeo pro *Excerptis ex libro XIX. Polybii* venditantur. Adjiciuntur vero etiam ibidem præterea nonnulla, ad Scipionem nil pertinentia: ſcilicet, primo Fragmentum illud quod continuo ſequitur cap. 23. tum id quod in ſerie Excerptorum Antiquorum proxime ſequebatur, cap. 24. (quod nobis eſt cap. 27.) cui titulum præfigunt *Περὶ Μηδίας.* Huc ſpectant ex Codicibus quos vel ipſi contulimus, vel e quibus Varietatem lectionis excerptam in manibus habemus, *Codices Regii F.* & *G.* tum *Codex Veſontinus* & *Tubingenſis* e quibus ſi quam lectionem adferemus e fine voluminis, quæ differat ab ea lectione quæ exhibetur in ſerie continua Excerptorum Antiquorum, adjiciemus notam *b.* verbi Verſ. 3.

Digitized by Google

Verſ. 3. cauſa, *Reg. F. b. Veſont. b.* &c. Eadem Fragmenta, excepto illo περὶ Μηδίας, habet etiam Codex *Reg. D.* is qui ceteroquin nonniſi Excerpta Antiqua ex ſexto Libro continet: ſed in hoc quidem recte fragmenta hæc, quæ dicimus, *ad Librum X. Polybii* referuntur, non ad librum XIX. quod ex librariorum fraude in illis factum eſt, de quibus paulo ante monuimus. Confer quæ de omnibus his Codicibus, & aliis ſimilibus, dicta ſunt in Præfatione noſtra Tomo II. præfixa, pag. VIII-XIII. Denique in Codice *Reg. E.* (de quo ibidem diximus, p. XIII ſeq.) exhibentur continuo ſilo Excerpta Antiqua ex libro X. a cap. 1-20 extr. tum vero, prætermiſſis reliquis, ſequuntur ea quæ ſunt in edit. Gronov. & Erneſt. cap. 29-37. nobis cap. 32-40. Denique hiſtoriam, quæ hoc cap. 19. narratur, de *Scipionis continentia*, ex Polybio excerptam, Lexico etiam ſuo inſeruit Suidas in Πόπλιος. Ejuſdem vero rei memoria nobilitata eſt celebri illo argenteo *Scipionis Clypeo*, qui in Collectione Regis Nationiſque Gallo-Francorum Pariſiis ſervatur, cujus deſcriptionem Iacobus Sponius in Diſquiſitionibus Antiquariis (*Recherches d' Antiquité*) dedit. De eadem re confer Livium XXVI. 50.

Ibid. συνειδότες ſcripſimus cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſont. *b.* & Tub. *b.* συνιδόντες edd. Reg. E. Suidas, putamus & Vrb. & Med. συνιδόντων Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. ſed in Aug. inter lineas ſuperſcripta eſt terminatis εο. — *Ibid.* Φιλογύνην edd. conſentientibus msstis omnibus in ſerie Excerptorum. Φιλόγυνον Reg. G. *b.* Veſont. *b.* Prorſus corrupte Φιλογύνσω Reg. F. *b.* Φιλογύναιον Suidas in Πόπλιος. Sed videndum, an ad Polybium referendum ſit quod in ſerie literæ Φ idem Suidas, nullo quidem adiecto exemplo, ſic habet: Φιλογύνις, Φιλογύνιδος.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Commodius delebitur comma poſt καταπλαγεὶς, ut hoc verbum ſimul cum ſequenti θαυμάσας ad τὸ κάλλος referatur. Sic καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος II. 8, 4. & paſſim alibi. — *Ibid.* ἥδιον ἄν. ἂν ἥδιον Suid. — *Ibid.* οὐδ' ὁποίαν ἂν ἧττον. Sic Caſaub. & ſeqq. cum

cum Reg. D. E. & Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vef. *b.* Tub. *b.* Mendoſe ὁ δ' ὑπολαν ἦτ]ον ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. omiſſa particula ἂν, quæ requiritur, non quidem ut ad ὑπολαν referenda, (conf. Adnot. ad IX. 27, 9.) ſed ad verbum δέξασθαι, in modo potentiali ſumtum. Neſcimus quid det Vrb. e quo nihil enotavit Caſaubonus. Alio errore Suidas αὐδ' ὑποιασοῦν ἦτ]ον, in genitivo; quod non videmus, qui probare potuerit Vrſinus. Verſ. 4.

Verſ. 5. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ. — „ὡς *quapropter*, vel *adeoque*. Videtur tamen Polybius potius h. l. ὃς dediſſe, qui latiniſmus ei familiaris eſt: *Qui* (Scipio puta) *mihi videtur* &c." REISK. — Nil cauſſæ nos quidem videmus, cur formulam illam ὡς ἐμοὶ δοκεῖ non pervulgata illa notione, *ut mihi videtur*, accipiamus. Particulam μὲν, quam ignorant vulgo editi, inſeruimus cum Reg. D. E. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vef. *b.* Tub. *b.* — *Ibid.* Poſt ἐν τῷ ζῆν, perſpicuitatis cauſſa, teneri debuerat *comma*, quod cum mſstis interpoſuerant editiones ſuperiores, deletum ab Erneſto. — *Ibid.* ἡ δ ε ί α ς Caſaub. cum Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* (putamus & Veſont. *b.* & Tub. *b.*) ἡδίας ed. 1. Aug. Reg. E. Reg. G. Vef. ἡδίως Reg. F. ἡδέως Reg. D. ἡδίστας Suidas, quod probavit Vrſinus. Acute Scaliger, pro ἡδίας quod ed. 1. dabat, ἰδίας ſcribendum conjecerat. — *Ibid.* καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν. Priorem particulam καὶ, cum ignorarent ed. 1. & 2. adjecit Gronovius, ex Peireſciano codice, ut ait in Notis editis ad hunc locum, & ex codice Lugdunenſi. Quem autem Peireſcianum vocat, non Peireſcii ille codex eſt, e quo editæ ſunt Eclogæ de Virtutibus & Vitiis, ſed eſt Codex Regius Pariſinus, e quo Lectiones nonnullas enotatas edidit Valeſius in fine Eclogarum, ex Cod. Peireſc. editarum: eſt autem (ut jam aliás monuimus, & in Præfat. T. II. p. XIV.) idem hic Codex, quem nos *Reg. E.* inſignivimus: is igitur καὶ κατὰ σῶμα habet, (nam quod καὶ κατὰ τὸ σῶμα Valeſius ait, error eſt;) & eodem modo Reg. D. Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* καὶ κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα Suidas. Verſ. 5.

Digitized by Google

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καὶ δοὺς αὐτὴν ἐκ χειρὸς revocavimus ex ed. 1. cum qua conſentiunt codices omnes, excepto Tub. e quo adfertur δοὺς αὐτῷ ἐκ χειρὸς, ſed in Tub. *b.* (id eſt, in eodem cod. Tubing. in fine) pariter eſt καὶ δοὺς αὐτὴν ἐκ χειρὸς. Caſaubonus, monente Vrſino, cum Suida edidit δοὺς αὐτῷ ταύτην, nulla idonea de cauſſa; nam commodiſſime ſubintelligi poterat αὐτῷ. Ceterum ἐκ χειρὸς nil opus eſt a præcedentibus ſejungere. conf. c. 38, 4. — *Ibid.* ἐκέλευε. ἐκέλευσε Suidas. — *Ibid.* ᾧ ποτ' ἄν. Temere prorſus & contra librorum omnium fidem ὅτῳ ἄν edidit Caſaub. & ſeqq. Suum Polybio reſtituimus.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. δι' ὧν. διὸ unus Tubing. — *Ibid.* ἀποδοχήν. Perperam ὑποδοχὴν Suidæ editio Mediol. — *Ibid.* ἐνειργάζετο. εἰργάζετο Suidas male. — *Ibid.* ὑποτατ[illegible]ομένοις. ὑποτεταγμένοις Suidas. Sic libri omnes cap. 22, 3. Sed perinde eſt. conf. III. 13, 8.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὰ λοιπὰ τῶν αἰχμ. Sic recte edd. & ſic Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* τὰ λοιπὰ τὰ τῶν αἰχμ. Aug. Reg. E. F. G. Veſont. ἐξέπεμψε Γάϊον τὸν Λαίλιον &c. — „Roma reverſum in Hiſpaniam Lælium videmus p. 846. [X. 37.]" REISK. — *Ibid.* δηλώσοντα. δηλώσαντας ed. 1. Reg. F. G. Veſont. δηλώσοντας ed. Caſaub. & ſeqq. nullo adſentiente codice. δηλώσαντα Reg. D. E. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* Eodem modo Aug. ſed inter lineas δηλώσοντα, quemadmodum ex ingenio corrigere juſſit Vrſinus, ſuffragante Gronov. & Reiſkio; nec enim ad Carthaginienſes, ſed ad ſolos Romanos referri debet hoc verbum; id ipſum vero in contextu habet a[illegible] Med. & codex Lugdunenſis.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. σαφῶς ἤδει Caſaub. cum Vrb. Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* ἤδη ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Veſ.

Cap. XX. CAPVT XX.

Verſ. 1, 2. *Verſ.* 1. τοιοῦτόν τινα τρόπον. τινα τρόπον τοιοῦτον Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* — *Verſ.* 2. τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν. πρώτην caret ed. 1. temere & invitis mſstis. [illegible]

It[illegible]

Ibid. σταδίους corrigere Reiskius jussit: sic autem dant Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* & Suidas in Προχάζειν. στα-δίοις edd. cum cett. codd.

Vers. 3. ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαιρῶν μαχαίραις. Per- Vers. 3.
peram & invitis msstis ἐπισφαίρων penacute Casaub. & seqq. — „Gladii hi erant corio toti induti, & habe-bant in loco cuspidis pilam coriaceam, pilis aut fœno re-fertam." REISK. — *Ibid.* τοὺς δὲ τοῖς ἐσφαιρωμένοις πρόσφοις. Ex conjectura sic edidit Casaubonus. τούτοις pro τοῖς habet ed. 1. cum msstis omnibus. Tum ἐσφερο-μένους ed. 1. cum aliis; alii ἐσφαιρομένους; ἐσφαιρωμένους Vat. *b.* & sic etiam in Aug. videtur primum fuisse, sed ibi terminatio ους in οις mutata; rursus vero superscr. ab ea-dem manu ἐσφερομ. Vide vero, an Polybius scripsit τοὺς δὲ τούτους ἐσφαιρωμένοις πρόσφοις ἀκοντίζειν, *alios vero jussit præpilatis missilibus hos petere*, nempe *hos qui rudi-bus pugnabant.* Ita fuerit exercitationis genus simile fere ei, quod describitur apud Xenoph. Cyrop. II. 3, 17 seq. Possis fortasse eadem sententia etiam τούτοις tenere, si lein esset εἰσακοντίζειν, pro ἀκοντίζειν; quamquam εἰσακοντίζειν εἰς τινὰ quidem dici meminimus; an εἰσακοντί-ζειν τινὶ pariter recte dicatur, haud satis scimus. — *Ibid.* τοὺς αὐτοὺς δρόμους recte edd. cum Aug. Reg. D. E. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* αὐτοὺς carent Reg. F. G. Vat. Tub. — *Ibid.* κατὰ τὴν ἀρχήν. κατὰ videtur ingenio deberi primi editoris. Quod si teneas, fuerit cum Reiskio τοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν legendum: sed præferamus nos quidem οὓς κατὰ τὴν ἀρχήν.

Vers. 4. ἵνα μὴ δέ τι. Sic scripsimus vestigia libro- Vers. 4.
rum secuti. ἵνα μὴ δὲ τῇ ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Vat. Tub. ἵνα μήτε τι Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Tub. *b.* Vat. *b.* ἵνα δὲ μηδέ τι ex ingenio edidit Casaubonus. Ma-nifestum ex Vrsini conjectura ἵνα δὲ μήτε τι. Pro τι τῶν, transpositis verbis τῶν τι maluerat Reiskius, id postulare genius linguæ græcæ usum. — *Ibid.* τὴν πλείστην. τὴν δὲ

δὲ πλείστην Reg. D. & Vef. *b.* — *Ibid.* ἐποιεῖτο σπουδήν. σπουδὴν ἐποιεῖτο iidem Reg. D. & Vef. *h.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐφεστάκει edidit Caſaub. conſentientibus libris omnibus, excepto Med. qui cum ed. 1. ἐφεστάνει habet. Forte ἐφιστάνει aut ἐφίστανε volebat librarius, ut monuit Reiſkius. Sed eodem Reiſkio judice Polybianum eſt ἐφεστάκει, activa notione, *conſtituerat ſuper, præfecerat.* Vide Adnot. ad III. 94, 7. — *Ibid.* ἐπάνω προεῖπε. Vide c. 17, 10. — *Ibid.* ἐπεκρεμέτο. Sic ante Reiſkium jam monuerat Gronov. in Notis msstis. Sæpe in hoc verbo peccarunt librarii. Recte tamen omnes libri expreſſerunt cap. 21, 7. — *Ibid.* δι' αὐτοῦ ed. 1. conſentientibus libris. δι' αὑτοῦ Caſaub. citra neceſſitatem. δ' αὑτοῦ reſtituit Gronov. & tenuit Erneſt.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῶν δὲ καυτικῶν δυνάμεων &c. Citat Suidas in Ἀνακείρας. — *Ibid.* ἀκονώντων. Mendoſe nonnulli ἀκουώντων. — *Ibid.* οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἄν. Sic Caſaub. cum Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vef. *b.* Tub. *b.* οὐκ ἔστιν ὃ οὐκ ἂν ed. 1. Med. οὐκ ἔστιν οὐκ ἂν Reg. D. E. F. G. Vef. Tub. Sic & ſtatim fuerat in Aug. ſed dein poſt ἔστιν inter lineas ſcriptum ὡς antiqua manu. οὐκ ἔστιν ὃς οὐκ ἄν Vrſin. οὐκ ἔστι, κατὰ τὸν Ξενοφῶντα, ὃς θεασάμενος &c. Suidas in Ἐργαστήριον. — „Locus *Xenophontis*, ad quem hic Polybius digitum intendit, eſt in Ageſilao p. 655. edit. Wechel.“ REISKIVS. — Eumdem locum Xenophontis, de Epheſo verba facientis, jam indicaverat Küſterus ad Suid. l. c. Eadem vero dictione idem Xenophon rurſus utitur in Hiſt. Græc. lib. III. p. m. 390. edit. Baſil. 1569. — *Ibid.* ἐργαστήριον correximus, conſentiente cum Xenophonteis libris Suida & codicibus Polybianis omnibus, excepto Tub. *b.* qui cum editis εἰργαστήριον habet.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐξησκῆσθαι recte Caſaub. cum Reg. D. ἐξησκῆσθαι ed. 1. cum pleriſque codd. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὴν τάλιν. τὰ deeſt Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* καὶ τῇ καυτικῇ Caſaub. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Perperam τῇ h. l. abeſt ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Vef. — *Ibid.* Τα-

ραν-

Digitized by Google

ιωνος. Sic hoc quidem loco mssti omnes cum editis, quemadmodum & aliâs paſſim unus aut alter e noſtris codicibus. Rectius tamen fortaſſe feciſſemus, ſi Ταραράκωνος cum dupl. ρρ hoc loco, ut alibi edidiſemus. conf. II. 76, 12. III. 95, 5. & Fragm. Hiſtor. n. LXVII. Tom. V. p. 73. Rurſus tamen ἐν Ταρακῶνι ſcripſerunt X. 34, 1. cum ſimpl. ρ. & cum circumflexo in penultima. Verſ. 8.

CAPVT XXI.

Cap. XXI & XXII ad Philopœmenem pertinent, non ad Scipionem.

Ab hoc Capite *novum* incipere *Excerptum*, cujus Titulus deeſt, perſpecte Reiſkius vidit monuitque. Ac licet in pleriſque Codicibus continuo filo, nullo nec ſpatio relicto, nec nota ulla adjecta, conjungatur hæc narratio cum præcedentibus, tamen & in cod. Vrb. (ut notavit Caſaub. in ora Baſil.) ſeparatur hoc Fragmentum a ſuperioribus, & in Reg. D. a nova linea incipit, relicto etiam inter lineas ſpatio pro Titulo hujus Eclogæ, quem tamen titulum adſcribere neglexit librarius. Neque vero vel Reiſkio vel Caſaubono in mentem veniſſe videtur, ad alium hominem, præter *Scipionem*, cujus rebus hæc narratio adtexta erat, eamdem referre. Nobis vero, ſæpius legentibus relegentibuſque expoſitionem iſtam *Equeſtrium Exercitationum*, quæ hoc & ſequenti capite continetur, ſemper & totus color hujus eclogæ, & ſingulæ rurſus nonnullæ ejus partes, (inprimis cap. 21, 9.) alienæ eſſe a rebus Romanis viſæ erant, & nihil cum rebus, præſertim a Scipione in Hiſpania geſtis, commune habere. Quo accedebat, quod capite ſuperiori penitus ad finem perductam videremus narrationem de exercitiis, a Scipione inſtitutis; (vide cap. 20, 8.) in hac vero expoſitione nuſquam nec nomen commemoratum, nec veſtigium ullum adpareret, quo mens lectoris ad *Scipionis* cogitationem neceſſario duceretur. Noveramus quoque, & in ſchedis noſtris adnotaveramus diſerta aliorum Scriptorum verba, quibus ſimillimæ his, de quibus hic agitur, exercitatio-

Digitized by Google

Cap. XXI. & XXII. citationes equestres ad Achæum *Philopœmenem* referebantur; ita quidem, ut jam nesciamus ipsi, quid olim nos retinuerit, quo minus confidenter pronunciaremus id, quod nunc, omnia denuo reputantes momenta, temperare nobis non possumus quin præcise confirmemus, *ad Scipionem hæc nihil pertinere*, sed *de Philopoemene scripta esse a Polybio.* Ecce Polyæni verba, Strategem. lib. VI. c. 4, 1. Φιλοποίμην οὐκ ἐνόμιζε προσήκειν ἀγαθῷ στρατηγῷ τῆς φάλαγγος ἡγεῖσθαι· ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἐν πρώτοις, τοτὲ δὲ ἐν ἐσχάτοις, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ μέσους παριππεύων; καὶ ἐφορῶν, ἀεὶ τὸ ἁμαρτανόμενον ἐπανορθοῦτο. Verbotenus ad *Philopœmenem* referuntur, quæ Polybius habet cap. 23, 4 seq. ita, ut dubitari non debeat, ex ipso Polybio hæc sumsisse Polyænum. Iam vide, de *Exercitiis quibus Achæorum equites Philopœmenes in omne genus motuum tacticorum erudivit*, quæ Plutarchus scripsit, in Philopœm. p. 359 seq. καὶ ἐν τοῖς τακτικοῖς ἐλαφροὺς καὶ ὀξεῖς παρέστησεν, ὥστε τὰς κατ' οὐλαμὸν ἐπιτροφὰς, καὶ περισπασμοὺς, καὶ τὰς καθ' ἵππον ἐπιστροφὰς καὶ κλίσεις ἀπειργάσατο καὶ συνείθισεν, ὡς ἑνὶ σώματι κινουμένῳ καθ' ὁρμὴν ἑκούσιον ἐοικέναι τὴν ὅλην τοῦ συστήματος ἐν ταῖς μεταβολαῖς εὐχέρειαν. Hæc confer cum his, quæ legimus apud Polyb. cap. 21. & vix poteris quin tibi persuadeas, de eodem homine utrumque auctorem hæc scripsisse. Quonam vero tempore istas exercitationes instituit *Philopœmenes?* Cum ἵππαρχος, id est *Præfectus Equitum*, creatus esset *Achæorum*, ut docet Plutarch. ibid. p. 359. Atque de Scipione ubi loquitur Polybius, non ἵππαρχον, sed στρατηγὸν, *imperatorem Romanum*, ut erat, adpellat; hæc vero exercitia, ab ἱππάρχῳ, *a præfecto equitum*, instituta esse significat c. 22, 4. Quid multa? Hoc ipso libro X. historiarum, post res a Scipione in Hispania gestas, in *rebus Achæorum*, *de Philopœmene* copiose verba fecisse Polybium, docet Ecloga Valesiana, quam in cap. 24 & seq. hujus libri rejecimus. Et ea quidem occasione de hoc viro loqui ibi instituerat, (vide cap. 24, 1 sq. & cap. 25, 6.) quod hoc tem-

tempore primum ad rempublicam *Philopœmenes* acceſſerat, & ἱππάρχης vel ἵππαρχος (id enim perinde eſt) id eſt, *præfectus equitum creatus erat ab Achæis.* Iam lege quæ ibidem cap. 25, 6 & ſeqq. ſcribit Polybius, & confer partim cum eis quæ Plutarchus & Polyænus habent locis paulo ante citatis, partim vero cum hoc ipſo Excerpto, de quo nunc agimus: neque dubitabis, ad eumdem *Philopœmenem* hoc pertinere, & in hiſtoria Polybiana olim integra præceſſiſſe ſtatim ea, quæ habet prædicta Ecloga Valeſiana, tum vero proxime, ac nonniſi pauciſſimis fortaſſe verbis interpoſitis, quæ nunc interciderunt; ſecuta eſſe hæc verba Ἦσαν δὲ κινήσεις & quæ ſequuntur cap. 21 & 22. Cum quo etiam mire congruit, quod, quemadmodum compilator Eclogarum de Virtutibus & Vitiis in fine prædictæ Eclogæ ait, *Reliqua, quæ apud Polybium ſequebantur, quærenda eſſe in illis Eclogis, quibus Titulus eſt* περὶ Στρατηγημάτων, ſic hæc ipſa, quæ in eo, de quo nunc quærimus Excerpto continentur, a Polyæno ad eumdem titulum περὶ Στρατηγημάτων ſint relata. Reliquum eſt, ut fateamur, *alio ordine collocari a nobis debuiſſe in hac regione Reliquias libri hujus decimi.* Scilicet poſt RES SCIPIONIS cap. 20. finitas, debuerat hic ſtatim Titulus a nobis poni: Cap. XXI. & XXII.

III.

RES GRAECIAE.

Deinde:

(I.) *Res* ACHAEORVM. *Philopœmen, præfectus equitum.*

CAP. XXI. Εὐρυλέων ὁ τῶν Ἀχαιῶν &c. (quod nunc nobis eſt cap. 24.)

CAP. XXII. Φιλοποίμην τοίνυν &c. (nunc nobis cap. 25.)

CAP. XXIII. Ἦσαν δὲ κινήσεις &c. (nunc cap. 21.)

CAP. XXIV. Προπαρασκευασάμενος &c. (nunc cap. 22.)

Tum

Digitized by Google

Tum:

(II.) *Res* AETOLORVM.

CAP. XXV. Εἶναι γὰρ τὸ νῦν γιγνόμενον &c. (nunc cap. 23.)

(III.) *Res* PHILIPPI.

CAP. XXVI. Φίλιππος, ὁ βασιλεὺς Μακεδόνων &c. (nunc pariter cap. 26.)

Reliqua eodem ordine quo nunc sunt disposita.

His, quæ modo diximus, consentaneum est, ut in versione latina cap. 21, 1. & cap. 22, 2 & 5. *deleamus vocabulum Scipio*, quod cum Casaubono temere inserueramus.

Cap. XXI. Vers. 1. CAP. XXI. *Vers.* 1. συνειθῖσθαι correxit Casaub. Et sic fere Reg. D. συνειθίσθαι dedit. Mendose συνηθεῖσθαι ed. 1. Sic Aug. superscripta litera η inter lineas, nam in contextu est συνιθεῖσθαι, ut in Reg. F. & Vesont. Alii in alia varie discedunt: συνειθῆσθαι, συνειθέσθαι, συνιθεῖσθαι.

Vers. 2. *Vers.* 2. κλίσεις recte Casaub. cum plerisque mastis. κλήσεις Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* Temere prorsus κρίσεις ed. 1. Vocant autem Tactici Κλίσιν *inclinationem* sive *conversionem simplicem*, id est, *quæ quadrantem circuli efficit*, sive ad dextram, sive ad sinistram. Et quidem non nisi de *singulis viris* vel *singulis equitibus*, quorum quisque per se illam conversionem facit, vocabulum hoc κλίσις proprie usurpatur. Quod si vero *confertum quoddam corpus militum simul, in modum navis, sese ita convertit, ut quadrantem circuli describat ea conversio*, tum Ἐπιστροφὴ vocatur. De quibus & reliquis vocabulis tacticis quæ hoc capite occurrunt, vide Aeliani Tactica cap. 4. & Arrian. p. 54 sqq. ed. Blancardi, & ex his ductam brevem Interpretationem Vocabulorum Tacticorum, quæ Suidæ Lexico in fine adnexa est. Totum vero hoc caput præclaris adnotationibus & perspicua interpretatione illustratum reperies a Carolo Guischardto in *Memoires Militaires*, Tom. I. cap. 5. pag. 97 sqq. edit. in 8vo.

Ibid. ἐφ' ἡνίαν, καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ. Quæ κλίσις, id est, *inclinatio* sive *conversio*, in *peditibus*, ἐπ' ἀσπίδα fieri dicitur.

dicitur, ea in *equitibus* fieri ajunt ἐφ' ἡνίαν, *ad frenum*, Vers. a.
id est, *ad sinistram*. ἐπὶ δόρυ, *ad dextram*.

Ibid. πρὸς δὲ τούτοις μεταβολή. πρὸς δὲ τούτοις ἀναστροφὴ καὶ μεταβολὴ (ut jam in scholio monuimus) dant scripti libri omnes cum ed. 1. neque aliter esse videtur in Vrb. e quo sane nullam ab ed. 1. discrepantiam in ora Basil. notavit Casaubonus, qui sua auctoritate πρὸς τούτοις μεταβολὴ edidit; in quo eum, ut aliàs, secuti sunt posteriores editores. Quod igitur particulam δὲ omisit, id quidem operarum fortasse factum est errore, aut certe nullo editoris consilio. Quod vero verba ἀναστροφὴ καὶ e sede, quam eis tribuebant libri ad unum omnes, expulit, & deinde post ἐπιστροφὴ rejecit; videre quidem nobis videmur, quid secutus sit vir doctus. Nempe Ἀναστροφὴν definiunt Tactici, τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ἐπιστροφῆς εἰς τὴν προτέραν χώραν, *restitutionem epistrophes in locum priorem*. Itaque quoniam ἐπιστροφὴ (ut paulo ante monuimus) de *conversione conferti alicujus corporis*, quod velut una massa movetur, proprie dicitur; videri poterat vocabulum ἀναστροφὴ pariter ad *integrum aliquod corpus militum, simul commotum*, unice pertinere. Quare existimavit Casaubonus, hoc vocabulum ἀναστροφὴ alieno loco hic esse positum, ubi de *conversionibus singulorum agitur*, & reponendum deinde esse in numero earum conversionum, quæ κατ' οὐλαμὸν, id est *turmatim* fiunt. At nihil impedire videtur, quo minus ἀναστροφὴν pariter de *singulorum conversione ea* dicere potuerit Polybius, *qua locum statumque, quo prius fuerant, recipiunt*: quemadmodum vocabulum ἐπιστροφὴ Plutarchus (in Philopœm. p. 360.) non solum de conversione κατ' οὐλαμὸν, verum etiam καθ' ἵππον usurpavit. Rursus vero scrupulum injicere illud poterat Casaubono, quod, ubi de *singulorum* agitur conversione, is, qui post conversionem sinistrorsum factam rursus ad dextram se convertit, eumdem locum statumque capit, quem antea tenuerat: quo fit, ut, postquam κλίσεις ἐφ' ἡνίαν, καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ dixit Polybius,

Digitized by Google

Verf. 2. superfluum esse videatur adjicere ἀναστροφήν, id est *reversionem in priorem locum; quia* κλίσις ἐπὶ δόρυ, post κλίσις ἐφ' ἡνίαν, revera nil aliud est nisi reversio in priorem locum statumque: quod in ea quidem conversione, quæ *turmatim* fit, secus est. Sed hoc ipsum dubium pariter evanescet, si in illo, ἐφ' ἡνίαν, καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ, particulam πάλιν non strictissimo sensu *rursus, retro, vicissim* interpretemur, ut præcise præcedere intelligatur conversio ἐφ' ἡνίαν, tum sequi ἐπὶ δόρυ; sed si verba ista sic interpretemur: *Conversiones singulorum, sive ad sinistram, sive ad dextram*, (vel, *alias ad sinistram, alias ad dextram*; cf. X. 16, 3. & Adnot. ad c. 9, 1.) *tum vero*, vel *porro*, (nempe, sive ad sinistram, sive ad dextram facta fuerit prima conversio) *reversio in priorem locum statumque*, id vero est ἀναστροφή, quam & ἀποκατάστασιν vocabant. Confer formulas, quibus imperia enunciantur a duce, apud Aelianum Tact. cap. 53. & Arrian. p. 73. In *conversionibus singulorum* sequitur denique μεταβολή, id est *conversio retrorsum, conversio in partem oppositam*, semicirculum describens; nempe duplex κλίσις in eamdem partem. Sic enim definiunt Tactici: *Αἱ δὲ δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ γινόμεναι κλίσεις, ἐπὶ τὴν κατὰ νώτου ἀντιφάνειαν τὴν ἴσην τοῦ ὁπλίτου μετατιθέασι, καὶ τὸ τοιοῦτο καλεῖται Μεταβολή.* Et potest haec μεταβολὴ perinde sive ἐπὶ δόρυ fieri, sive ἐπ' ἀσπίδα, vel in equitibus ἐφ' ἡνίαν.

Verf. 3. *Verf.* 3. Κατ' οὐλαμὸν δ' ἐπιστροφή. Quid ἐπιστροφὴν dicant Tactici, monuimus ad verf. 2. ubi de κλίσει diximus. — *Ibid.* Verba καὶ ἀναστροφὴ temere a Casaubono hic translata videri, paulo ante significavimus. — *Ibid.* καὶ περισπασμός. Ei conversioni *singulorum*, quae μεταβολὴ dicitur, respondet περισπασμὸς, ubi agitur de *integro quodam militum corpore, quod simul veluti una massa movetur.* Est enim Περισπασμὸς ἐκ δυοῖν ἐπιστροφοῖν τοῦ τάγματος πεπυκνωμένου κίνησις, ὥστε μεταλαμβάνειν τὸν ἐπίπεδον τόπον. — *Ibid.* ἐκπερισπασμὸς est *conversio integri alicujus corporis militum* (veluti manipuli, turmae &c.)

qua

Digitized by Google

quæ tribus simplicibus conversionibus in eamdem partem absolvitur, adeoque dodrantem circuli describit: ἡ ἐκ τριῶν ἐπιστροφῶν τοῦ τάγματος κίνησις, ὥστε μεταλαμβάνειν, ἐὰν ἐπὶ δόρυ γένηται, τὴν ἐξ ἀριστερῶν ἐπιφάνειαν· ἐὰν δ' ἐπὶ ἀσπίδα, τὴν ἐκ δεξιῶν.

Vers. 4. κατὰ λόχους καὶ διλοχίας. Vocabulum λόχος in exercitu duobus modis usurpatur: aliâs de *manu* quadam vel *numero militum*, ut cap. 22, 7. qui numerus varius atque varius esse potest: velut apud Xenophontem λόχος est quarta pars τάξεως & continet 25 milites, Cyropæd. VI. 3, 21. apud Lacedæmonios λόχος erat militum 512. Thucyd. VI. 68. & ibi Schol. &c. Vnde latine modo *decuria*, modo *centuria*, modo *manipulus*, modo *cohors* verti potest soletque. conf. Henr. Steph. Thes. Gr. Ling. hoc vocab. Aliâs vero de *ordine* dicitur *quo locati sunt inceduntve milites*; & tunc λόχος idem valet atque στίχος, id est, *versus* sive *series* τῶν ἐπιστατῶν, *militum quorum alter post alterum est locatus*: cui opponitur τὸ κατὰ ζυγὸν, quæ *series* est τῶν παραστατῶν, id est, *eorum quorum alter fiat juncta alterum*. Vide Aelian. Tact. c. 4 seq. & Arrian. p. 18-21. ed. Blanc. Et ista notione hoc loco apud Polybium vocabulum istud cum Guischardto accipiendum videtur, qui κατὰ λόχους καὶ διλοχίας vertit *sur une ou sur deux files jointes ensemble*, id est, *secundum singulos aut binos versus*, vel *longis ordinibus, longis seriebus, unum aut binos ad summum equites in fronte habentibus*: quam sententiam vetus interpres germanicus Guil. Xylander perspecte jam expressérat. Quod vero λόχον *decuriam* hic vertit Casaubonus, in eò quidem præeuntem habuit Aeliani interpretem, qui latino illo nomine usus esse videtur, quoniam & Aelianus & Arrianus docent, λόχον sive στίχον a nonnullis etiam δεκανίαν (quod glossæ *decuriam* interpretantur) fuisse nominatum; nempe, ut Arrianus suspicatur, quoniam apud hos ex *decem* viris in phalange constabat στίχος sive λόχος, qui apud alios 8, apud alios 12, apud alios 16 virorum erat. Sed, ut diximus,

Vers. 4.

Vers. 4. mus, hoc loco de *versu*, de *serie*, atque *ordine, quo incedebant*, non de *numero* agi videtur: latinum autem nomen *decuria*, de equitibus usurpatum, non ad dispositionem aliquam tacticam, sed ad numerum *denarium* referebatur, & tertiam turmæ partem significabat, quam secundum Polyb. VI. 25, 1 seq. δεκαδαρχίαν græce dixeris.

Ibid. ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων. Sic Casaub. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vers. *b.* Tub. *b.* ἐφ' ἑκατ. ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vers. Tub. Ex Med. & Vrb. nil enotatum reperimus. Est autem ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων non *ab utroque cornu* simul intelligendum, quemadmodum Casaubonus vertit, sed *ab alterutro cornu*. Hoc enim dicit, *eductionem illam mox ab alterutro cornu, mox a media acie incepisse præfectum equitum.* conf. ad vers. 5.

Ibid. συναγωγαὶ πάλιν μετ' ἐσοχῆς εἰς οὐλαμούς τε καὶ εἰς ἱππαρχίας. Arcerius, in Notis ad Aeliani Tact. c. 19. p. 141. totum hoc caput Polybii græce & latine inferens, verba ista sic vertit; *rursum, reductiones servato ordine cujusque turmæ ad hipparchias.* Casaubonus: *& iterum adunatio servato ordine ad suam turmam vel alam sive præfecturam.* Guischardt: *ensuite de se serrer en traversant, pour se former en compagnie, en escadron, ou en gros corps.* Nos vero, non videntes, quo pacto verba μετ' ἐσοχῆς vel *servato ordine* significent, vel eam vim habeant quam Guischardtus expressit, *inhibito cursu* scripsimus, respicientes pervulgatam illam *inhibendi* vel *cohibendi* notionem, verbo ἐσέχειν subjectam. Ceterum veritatem hujus versionis præstare nos quidem nolimus, & ingenue fatemur, totam sententiam eorum, quæ hoc versu Polybius dicit, haud satis nobis esse perspectam. Reliqua quod adtinet versus hujus verba, satis quidem adparet, in corrupta codicum scriptura, εἰς οὐλαμοὺς θεσιλὰς (vel θεἰλας, ut est in Reg. D. in Vers. & in Tub. *b.*) εἰς ἱππαρχίας, latere vocabulum ἴλας vel ῖλας. Sed unde natæ sint duæ illæ priores corrupti vocabuli literæ θε, haud adparet. REISKIVS, cum in ora ed. 1. καθ' ἴλας notatum videret, ad hunc

Digitized by Google

hunc locum sic commentatus est: „Forte εἰς οὐλαμοὺς, αἵ τε κατ' ἴλας εἰς ἱππαρχίας. In αἵ τε subauditur (ait) ἐξαγωγαὶ & συναγωγαὶ, *eductiones & conductiones* τῶν λόχων εἰς οὐλαμοὺς, & τῶν ἴλῶν εἰς ἱππαρχίας.“ — Nos quidem suspicati eramus, ex nota marginali in contextum transla- tam esse totam illam corruptam vocem; ac fuit, cum θε significare conjectaremus θὲς, id est, *pone, scribe*; (conf. ad cap. 22, 7.) ut, pro οὐλαμοὺς, aliquis monuerit, *vocabulum ἴλας sibi videri ponendum* Quod si quis utrum- que vocabulum ita servatum cupiat, ut εἰς οὐλαμόν τε καὶ ἴλας καὶ εἰς ἱππαρχίας legamus, aut pressius etiam non- nihil premendo librorum vestigia, εἰς οὐλαμοὺς, εἰς ἴλας, εἰς ἱππαρχίας, quæ Scaligeri fuit conjectura, nihil utique repugnabimus. Illud monemus, οὐλαμὸν & ἴλην pro syn- onymis aliâs usurpari a Polybio. Sane in Romano equi- tatu, VI. 25, 1. ἴλη (sive, ut alii scribunt εἴλη) manifeste est *turma*, *triginta equitibus constans*: & τρεῖς ἴλαι quas dicit Polybius XI. 23, 1. sunt *tres turmæ equitum* apud Livium XXVIII. 14. Quos vero rursus οὐλαμοὺς vocat idem Polyb. VI. 28, 3. 29, 2 sq. 33, 10. non minus perspi- cue *eadem* sunt *turmæ*. Rursus vero in rebus Antiochi quos οὐλαμοὺς commemorat, omnia si circumspectes, non aliud valere intelliges, nisi quas ἴλας Tactici vocant; (apud quos (apud Aelianum certe Arrianumque, nisi memoria nos fallit) ne occurrit quidem usquam vocabulum οὐλαμὸς, forte quoniam vix usquam, nisi apud Lacedæmonios, de- finitum aliquem numerum indicabat hoc vocabulum. (conf. Plutarch. in Lycurgo p. 54. & Interpretes Hesychii ad voc. Οὐλαμός.) Polybius vero mox eodem hoc capite nostro vers. 7 & 8. bis rursus vocabulo οὐλαμὸς, non ἴλη, utitur. Ceterum nec ἴλης numerus constans semper aut idem apud omnes fuit. Commemorantur apud græcos Tacticos ἴλαι equitum triginta sex, aliæ equitum sexaginta quatuor; quo numero *Polybium* (putamus in Commentariis Tacticis) *usum esse* Aelianus scribit cap. 21. aliæ equitum centum & tredecim. Denique diserte idem Aelianus ait, licere Vers. 4.

Digitized by Google

Verſ. 4. cuique ἴλας pro arbitrio & majores & minores facere. Quod vero pro *duabus ἴλαις*, quas in Romanis rebus Polybius X. 32, 2. nominavit, *equites CCXX.* Livius numerat lib. XXVII. c. 26. poteſt in eis numeris vel error latere ſive apud græcum, ſive apud latinum ſcriptorem; vel alios auctores Polybius, alios Livius ſecuti videri poſſunt. Iam ἱππαρχία eſt *majus quoddam corpus equitum, quantum* ſcilicet *ſub unius præfecti equitum ſolet eſſe imperio (un Regiment de Cavalerie;)* quod DXII. equitum eſſe Aelianus dicit c. 20. & Arrianus p. 51. quam *a Romanis* ἴλην (ſive ἴλαρχον) id eſt, *alam dici*, idem Arrianus ait, ubi vide quæ notavit Schefferus; nam Schefferi, non Blancardi iſtæ ſunt Adnotationes. Eadem vero latiſſima notione vocabulum ἴλη Polybius cepiſſe videtur lib. X. 42, 6. ubi Philippi ἴλαρχον βασιλικὴν, id eſt, *regiam alam* commemorat. De vocab. ἱππαρχία conf. X. 46, 10. De ἴλῃ adde quæ notavimus ad Appiani Punic. cap. 101. & ad Polyb. VI. 25, 1. Pro ἱππαρχίας perperam h. l. ἑπαρχίαν habent Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* & Tub. *b.* Confer c. 48, 10.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐπὶ δὲ τούτοις reſtituimus ex Vrb. Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Tub. *b.* Veſ. *b.* Perperam ἐπὶ δὲ τούτων ed. cum Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* ἐκτάξας ἐφ' ἑκατέρου τῶν κεράτων. Quatuor poſteriora verba imprudentibus nobis prorſus prætermiſſa ſunt in latina verſione. Caſaubonus cum Arcerio: *ordinationes in utroque cornu.* Imo vero: *ordinationes ſ. aciei inſtructiones in alterutrum cornu*, vel *in alterutrum latus*, in quam ſententiam recte ſane, ſi quid videmus, Guiſchardtus: *Pour faire front ſur l'une ou l'autre flanc.*

Ibid. ἢ διὰ παρεμβολῆς. Prorſus in alienum ſenſum Caſaubonus, *vel ab initio in aciei inſtructione.* Licet enim aliàs hanc vim habeat vocabulum παρεμβολή, de quo diximus ad VI, 26, 10. haud dubie tamen h. l. illa notione accipiendum eſt, quæ & origini vocabuli maxime convenit, & Tacticis familiaris eſt, quam expoſuerunt Aelianus cap. 30. & Arrianus pag. 63 ſq, ut διὰ παρεμβολῆς ſit *per inſertionem*

Digitized by Google

tionem vel *interpolationem ordinum.* Guiſchardtus: *il faiſoit ou doubler a pluſieurs repriſes les files.* Scilicet: ſi tota acies ſubito in latus, verbi cauſa, dextrum eſſet dirigenda; converſis omnibus ad dextram, extendebant ſeſe paullatim magis magiſque ordines qui nunc in fronte erant, & in intervalla ſuccedebant ordines qui nunc a tergo ſtabant; quo facto ab ea parte, quæ paulo ante latus fuerat aciei, nunc frons explicata ſtabat. Verſ. 5.

Ibid. ἢ διὰ παραγωγῆς τῆς παρὰ τοὺς οὐραγούς. Caſaubonus: *vel poſtea per circumductionem pone tergum aciei.* παραλογῆς, quod cum ed. 1. agnoſcunt codices omnes, videri utique poterat ex παραλλαγῆς eſſe corruptum, quod alter Med. in marg. habet, & intelligi illud vocabulum ex pervulgata notione verbi παραλλάσσειν, *præterire*, poterat; niſi uſitatum apud Tacticos nomen παραγωγὴ eſſet, (Aelian. c. 36. & Arrian. p. 66.) ad indicandum ipſum illum motum, de quo hic agitur: ſcilicet, ubi, poſtquam manipuli ſive turmæ omnes verſus illud latus, quod frontem fieri volunt aciei, converterunt vultus, primus manipulus ſive prima turma, quæ eſt in eo latere, immota ſtat, reliquæ vero omnes obliqua profectione, & obliquis lineis parallelis (brevioribus longioribusve, prout ſunt propriores illi lateri aut remotiores) in idem latus tendunt, ita ut remotiores poſt terga priorum prætereant, & eo uſque progrediantur, donec in eodem latere omnes æquata fronte conſiſtant. Quare Caſauboni emendationem, in qua præeuntem Scaligerum ille habuit, ſolicitatam nollemus. Græca autem verba commode his latinis reddentur: *ſive per deductionem obliquam poſt terga præcedentium turmarum.* Pluribus verbis Guiſchardtus: *ou bien (il les faiſoit) deployer de façon que les ſections ayant marché plus ou moins en avant pour prendre leurs diſtances, & formé une eſpece d'échelle, elles alloient en marchant par le flanc, former la ligne.* τῆς, poſt παραγωγῆς, deeſt Reg. F. G. & Tub.

Verſ. 6. τὰς μὲν γὰρ κατὰ περίκλασιν (intellige ἐκτάξεις ἐφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων) οὐ προσδεῖσθαι μελέτης &c. *In-* Verſ. 6.

Digitized by Google

Verſ. 6. *ſtructionem aciei in alterutrum latus, quæ ſit per inflexionem, non indigere cenſebat peculiari exercitatione, quoniam fere profectionis* (vel *itineris*) *rationem haberet.* Guiſchardtus: *Car de faire défiler ſimplement la ſection de l'une ou de l'autre aile en avant, & de la faire ſuivre par les autres ſections, qui devoient ſucceſſivement ſe tourner à l'endroit d'où la prémiere ſection étoit partie, pour former la colonne & enſuite le front; il trouvoit ce mouvement trop long, & aſſez facile pour n'avoir pas beſoin d'une grande étude, puiſqu'il ne différoit pas de la marche ordinaire d'une troupe.* Verbum περικλᾶν, aut κατὰ περίκλασιν ducere, neſcimus an apud alios legatur tacticos ſcriptores; ſed apud Polyb. h. l. & XI. 23, 2. videtur utique eſſe *poſteriores ordines circum eos, qui ante ſunt locati, ita circumducere, ut ingrediantur in linea ad angulum rectum inflexa ſive fracta:* quo genere proceſſus in conſuetis itineribus ſæpe utitur agmen, ſcilicet ut ad angulum rectum inflectatur. In græcis verbis variant nonnihil libri. τὰς μὲν γὰρ dedit Aug. (e quo perperam Boeclerus τοὺς enotavit;) ſic & Reg. D. & Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* Tub. *b.* τοὺς μὲν γὰρ Reg. F. G. Tub. Veſ. Vrſin. τοῖς μὲν γὰρ ed. 1. cum Med. τῆς μὲν γὰρ Caſaub. & ſeqq. ex conjectura parum felici, ut nimirum referretur ad μελέτης, quod recte poſuit idem Caſaub. cum Vrſin. & Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* Tub. *b.* pro μελέταις, quod habebat ed. 1. cum Aug. Med. Reg. F. G. Veſ. Tub. (conf. Adnot. ad verſ. 10.) μελέτας Reg. D.

Verſ. 7. *Verſ. 7. ἐπαγωγάς.* Ἐπαγωγὴ eſt *eductio adverſus hoſtem, manipulis* ſ. *turmis in linea recta ſeſe invicem excipientibus;* cui opponitur παραγωγή, de qua paulo ante dictum, quæ fit *in linea obliqua.* — *Ibid.* δεινῷ τῷ τάχει correxit Caſaubonus. Quandoquidem τῷ vulgo ita ſcribi ſolet a librariis, ut litera τ ſuperne imponatur literæ ω, debuerant hoc loco duæ literæ ω ſeſe excipere, altera ex voce δεινῷ, altera ex τῷ, quarum altera alteram expulit, ut pro δεινῷ ſupereſſet δεῖν, quod habet ed. 1. Aug. Reg. D. Reg.

Digitized by Google

Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* Vesont. utrimque: denique nova decurtatione δεῖ τῷ Reg. F. G. Tub. In Tub. *b.* tamen esse δεινῷ τῷ ait Reuſſius. — *Ibid.* συζυγοῦντας recte Casaub. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vesf. *b.* Mendose συζυγογοῦντας ed. 1. Vrb. Reg. F. G. Sic & Aug. sed in eo literae γο punctis notantur ut spuriae. συζυγοροῦντας Med. συζυγεῖν ad πυραυτάτας pertinet, in ordine stantes; συστοιχεῖν ad ἐκιστάτας. Vers. 7.

Vers. 8. τὴν ἐν οὐλαμοῖς. Cum in τῶν consentiant libri omnes, Reiskius hoc ex αὐτῶν decurtatum conjecit; quod hactenus commodius ei visum erat, quoniam, si τὴν legamus, oportere ait ἐν τοῖς οὐλαμοῖς, non ἐν οὐλαμοῖς. Vers. 8.

Vers. 9. ταῦτα δ' ὑποδείξας. ταῦτα ἀποδείξας, absque conjunctione, Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vesf. *b.* — *Ibid.* τοῖς τε πολλοῖς καὶ τοῖς ἀποτελείοις. Nemo *in militia Romana*, τῶν ἀποτελείων nomen umquam audivit. Quinam vero sint hi ἀποτέλειοι, qui τοῖς πολλοῖς opponuntur, mox clare ipse scriptor indicat, nempe οἱ κατὰ πόλεις ἄρχοντες, *singularum civitatium magistratus*. At *quarum civitatium?* Quis credat, Scipionem, Romanum imperatorem, ipsum Hispanos milites & civitatium magistratus in armis exercuisse? Immo vero ἀποτελείους nomen fuisse *magistratuum civitatium Achaicarum*, ipse docet Polybius XVI. 36, 3 sq. Nam quod apud Suidam vulgo legitur: Ἀποτέλειοι· οἱ κατὰ πόλεις ἡγεμόνες τῶν Ἰουδαίων, perspecte Toupius monuit, (Emend. in Suid. P. I.) librarii alicujus oscitantia id factum, qui, cum in praecedenti articulo nonnihil de Iudaeis legisset, *Iudaeos* pro *Achaeis* supposuit. Nempe vir, de quo agitur hac Ecloga, qui & vulgus equitum & magistratus civitatium ad bellicos motus exercuit, non *Scipio* Romanus est in Hispania, sed *Philopoemenes, equitum praefectus Achaeorum*, ut monuimus ad initium hujus capitis.

Ibid. συμπεριφέροντας. Mendose συμφέροντας Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vesf. *b.* — *Ibid.* παραγελλομένους. παραγελλομένους Reg. D. Reg. F. utrobique, & Reg. G. *b.*

Digitized by Google

Vers. 9. *Ibid.* εἰ κρατοῦσιν οἱ κατὰ πόλεις ἄρχοντες τοῦ - - διδόναι τὰ παραγγέλματα. Nescimus quem nodum in scirpo hic quæsivit REISKIVS: — „κρατοῦσιν (ait) suspectum; mihi quidem obscura est dictio: κρατοῦσιν οἱ ἄρχοντες τοῦ διδόναι παραγγέλματα δεόντως, pro μνημονεύουσιν, *sunt memores dandi præcepta convenienter.*" — Quæ adnotatio REISKIVM deinde videtur conturbasse, ut κρατεῖν cum genit. *de servando officio* h. l. usurpari contenderet, (in Lex. Polyb. ad verbum κρατεῖν) & Polybii verba sic interpretaretur: *an (præfecti) servarent officium, recte & perspicue præcipiendo militibus, quæ facienda & discenda essent.* Optime vero jam olim Casaubonus: *an, qui per urbes Præfecturas administrabant, ad dictata hujusmodi perspicue & rite danda essent idonei.* Nempe κρατεῖν τινὸς, est *compotem esse alicui rei, scire, tenere, bene rem callere.* Qua notione etiam verbo composito utitur Polybius lib. XL. 6, 4. καταικρατεῖν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου, *bene callere græcam linguam.*

Vers. 10. *Vers.* 10. τῆς - - ἐμπειρίας correxit Casaub. cum Scaligero. τοῖς - - ἐμπειρίαις ed. 1. consentientibus codd. omnibus, eodem errore quo vers. 6. pro τῆς μελέτης plures quidices τοῖς μελέταις scripserant.

Cap. XXII. ## CAPVT XXII.

Vers. 1. *Vers.* 1. δι' αὐτοῦ. δι' αὑτοῦ Casaub. & seqq. invitis mssts. — *Ibid.* αὐτὸς idem valet ac δι' αὐτοῦ, quod modo præcessit. Sic vers. 5. omnes ἐφορῶν αὐτός. — *Ibid.* ἐξοπλισίας correxit Casaub. cum Vrsino. ἐξοπλισίας ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. ἐξοπλίσεως h. l. Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vet. *b.* conf. vers. 4. & XI. 9, 4 & 9. ἐξοπλισία, *exercitium armorum, exercitatio in armis, discursio militaris.*

Vers. 2. *Vers.* 2. οὐ προηγούμενος πάντων &c. Vide Polyæn. VI. 4, 1. cujus verba supra retulimus, initio Adnotat. ad cap. 21. — *Ibid.* ἡγεμονικήν. ἡγεμονικῶν Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Tub. *b.* ἡγεμογικὸν Vet. *b.*

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 3. τί γὰρ ἀπειρότερον. Cum præcedat χώραν, duæ poſtremæ illius vocis literæ per incogitantiam repetitæ ſunt à vetere aliquo librario, unde ἀντὶ γὰρ vel ἄν τι γὰρ in libros omnes irrepſit. ἐστὶ γὰρ ab antiqua quidem manu ſcriptum eſt in ora Aug. unde editor Baſileenſis accepit; ſed haud dubie ex conjectura ſive librarii ſive alius docti viri natum. Nobis noſtra conjectura expeditior commodiorque viſa eſt. Reiſkius, de veritate verbi ἔστι nil dubitans, ἔστι γὰρ οὐδὲν ἀπειρότερον ſcribendum cenſuerat. — *Ibid.* ἄρχοντας, ὃς ὁρᾶται. Pronomen ὃς perſpecte ex ingenio inſeruit Caſaubonus, cum ignorarent illud ſcripti libri & ed. 1. interceptum a terminatione vocis præcedentis. Perperam ἄρχοντας ὁρᾶται Reg. D. & Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* Verſ. 3.

Verſ. 4. ἅμα δὲ καὶ δυνάμεως. δύναμις, ut ſæpe aliâs, de *ingenio* & *ſolertia* accipiendum. — *Ibid.* δεῖγμα perperam deeſt Reg. D. — *Ibid.* ὑπαρχον Caſaub. cum Vrſin. Aug. Reg. G. Veſont. Mendoſe & invitis mſstis ὕπαρχον ed. 1. ἅπαρχον Reg. F. ἱππάρχειν Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* ex ἱππάρχην corruptum, quod recte habet Reg. D. ſic etiam Veſ. *b.* ex correctione, cum prius pariter fuiſſet ἱππάρχειν. conf. cap. 25, 6. — *Ibid.* ἐξοπλισίαις Caſaub. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Veſ. *b.* conf. ad verſ. 1. Verſ. 4.

Verſ. 5. προσδιασαφῶν. Sic Caſaub. ex ingenio edidit, commodo quidem verbo, & familiari Polybio. Nec tamen ſatis idonea fuiſſe cauſſa videtur, cur conſentiens librorum ſcriptura προδιασαφῶν, id eſt, *ante oſtendens*, deſereretur. Et hoc pariter verbo Polybius uſus eſt XL. 6, 12. Verſ. 5.

Verſ. 7. Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. *Demetrium Phalereum duos libros* Στρατηγικῶν *ſcripſiſſe*, docet Diogenes Laërt. V. 80. — *Ibid.* ἕως λόγου. Mendoſe ἐς λόγον Reg. G. *b.* & Veſ. *b.* ἑλόγον Reg. F. *b.* — *Ibid.* ἐν οἰκοδομίαις. ἐν οἰκοδομίαις ed. Caſaub. operarum errore, quem correxit Gronov. Verſ. 7.

Ibid.

Digitized by Google

Vers. 7. *Ibid.* πλίνθον θῆς. Tenuimus hoc a Casaubono ex conjectura sic positum. πληνθυνθεὶς ed. 1. πληνθυνθὲς Reg. F. G. Ves. πλίνθον θεὶς Aug. Reg. D. Vrsin. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Ves. *b.* Tub. utrobique. Corruptum esse θεὶς facile adparebat: & expeditissima emendandi ratio erat, qua usus est Casaubonus, θῆς scribens; quamquam & constructionis ratio & ipsa sententia nonnihil incommodi habet. Sed de constructione quidem leve est, quod a secunda persona, ἐὰν θῇς, subito ad tertiam transit, καὶ ἐπιμελείας τύχῃ. Illud gravius, quod, hanc sceipturam si teneas, veluti magnum aliquid laudatur, si in struendo muro *singuli lateres ponantur*; quod tamen vix unquam aliter fieri solet, Nec sane illud laudandum, si *singuli ponantur lateres*, sed si *bene & cum cura ponantur*. Quare etiam Casaubonus, succursurus laboranti orationi, vocem *rite* inseruit: *si singuli lateres rite fuerint dispositi*. At nihil est in græcis, quod ei voci respondeat: egregie vero omnia haberent, si prorsus abesset verbum θῆς; sic enim perapte cohærerent illa, ἐὰν κατὰ μίαν πλίνθον καὶ κατ' ἕνα δόμον ἐπιμελείας τύχῃ τὸ παραπεσόν. Id incommodum sentiens Reiskius, εὐθὺς pro θῆς scribendum suspicatus erat: acute sane, & percommode. Nobis vero, cum mox sequatur diversa in diversis libris lectio, in aliis δόμον, in aliis δεσμὸν, alia in mentem venerat conjectura, ut θεὶς, quod habent libri, ex θὲσ, id est, *pone*, *scribe*, corruptum suspicaremur; (confer quæ de corrupta voce θεελλὰς ad cap. 21. 4. notavimus.) quæ nota fortasse in margine vetusti cujuspiam libri sic scripti erat, θὲς κατ' ἕνα δόμον, vel θὲς κατ' ἕνα δεσμὸν: cujus notæ vim cum non satis perciperet alius librarius, non solum vocabulum δόμον vel δεσμὸν, verum etiam illud θὲς, in θεὶς corruptum, in contextum adoptavit.

Ibid. καὶ κατ' ἕνα δόμον. Sic Aug. Reg. D. Reg. F. utrobique, pariterque & Reg. G. & Vesont. & Tubing. utrobique. καὶ κατ' ἕνα δεσμὸν ed. 1. & Med. Et δεσμὸν in ora habet Aug. antiqua manu. Ex Vrb. in ora Basil. nihil

nihil adnotatum est: fortasse & ille, ut Aug. alterum in contextu, alterum in ora habet. Quidquid sit, contra omnium librorum fidem, ac nulla cogente causa, utramque scripturam ita, ut in scholio diximus, conjunxit Casaubonus. Nobis unice vera scriptura visa est δόμος non solum ut plurimorum librorum auctoritate fulta, verum etiam ut quae vocabulo paulo exquisitiore ac minus in vulgus noto, nec tamen inusitato scriptori nostro, eandem sententiam exprimat, quam illi, qui δασμὸν substituerunt, in animo habuisse videntur. δόμος in muro quid dicatur, (scilicet sic dici *seriem, ordinem vel stratum lapidum*,) post Gronovium ad Herodot. I. 179. & Wesseling. ad Diodor. I. 64. monuimus in Emendatt. & Observv. in Suidam p. 83. & in Adnott. ad Spicilegium Reliquiarum ex Polybii libro VIII. Tom. V. Polybii nostri p. 33. Ceterum perspicuum est, quod etiam Reiskius monuit, κατὰ πλίνθον conferri cum κατ' ἄνδρα, κατὰ δόμον vero cum κατὰ λόχον. Vers. 7.

Ibid. τὸ παραστὰν. Est quidem verbum in bello usitatum, παραβάλλειν, unde derivatur παράβλεγμα, quod vulgo hic legitur. Dicunt enim παραβάλλειν τι τῆς φάλαγγος, *rumpere aciem*, ut Pollux docet in Onomast. I. 166. At hic quidem neque de *farciendo aedificio rupta*, nec de *rupta acie* agitur; sed de *ratione, qua & aedificio recens exstruendo, & exercitui instruendo, firmitas atque robur conciliatur*; nempe si & singulae partes, & partium compositio ac coagmentatio recte curentur. Itaque nunc, in similitudine a *muri constructione* petita, ubi *tam singuli per se lapides, quam singuli lapidum ordines, cum cura adponendi sunt*; quum, pro vulgato παραβλεγὲν, Reg. F. *b.* & Vesont. *b.* παραγὲν darent, in Vesont. *b.* autem superscriptâ inter lineas literâ θ super γ indicaretur παραθὲν, denique quum in Reg. G. *b.* παραστὲν esset; in hisce scripturis, etiam sic quidem adhuc corruptis, veras scripturae vestigia, παραστὰν, invenisse nobis visi sumus. Ipse etiam Casaubonus intellexisse videtur incommodum,

Digitized by Google

Vers. 3. modum; quod verbo παραβρωγὰν ineſſet, cui incommodo interpretatione hujuſmodi ſtuduit mederi: *cum ſinguli lateres rite fuerint diſpoſiti, & ſinguli ordines affabre fic factî, ut nullus relinquatur hiatus.* Reiſkius initio periodi, poſt verba ἐν οἰκοδομίαις excidiſſe nonnihil ſuſpicatus erat; v.c. τὸ ὅλον συμβαίνει ἰσχυρὸν εἶναι. Sed ſatis facile ex eis verbis quæ ſunt in fine periodi, ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν, ſententiam abruptæ in priori membro orationis animo ſupplere lector poſſe videtur.

Ibid. κατὰ λόχον. Perperam κατὰ λόγον Reg. D.

Cap. XXIII.

CAPVT XXIII.

Argumentum. *Aetolorum querimonium de Romanis* contineri hoc Fragmento, ait Caſaubonus in Argumento, quod ei præmiſit: rurſuſque verſionem latinam ab his verbis incepit: *Dicebant Aetoli, quod nunc fieret, ſimillimum eſſe* &c. Sed nec Aetolos, nec aliquem Aetolum hic loqui, ſatis adparet ex verſ. 4. Quod intelligens ipſe Caſaubonus, in Corrigendis monuit, pro *Aetoli* in verſ. lat. ſcribendum eſſe *ille*. Gronovius vero, *Dicebat ille*, ſcripſit; ſed Argumentum Caſauboni intactum reliquit. Quod ſi cum hoc Excerpto Antiquo contuleris Eclogam illam Valeſianam, quam cap. 26 ſeq. poſuimus; deinde ſi cum utroque iſtorum Fragmentorum filum narrationis apud Livium lib. XXVII. cap. 30 ſeq. contuleris, intelliges, recte a nobis Eclogam illam Valeſianam proxime poſt hoc Fragmentum, de quo nunc quærimus, eſſe locatum, & excerptum eſſe hoc ipſum Fragmentum ex oratione habita ab aliquo ex *eis legatis*, quos conveniſſe Livius ait (XXVII. 30.) *ad deliberandum inter Philippum atque Aetolos bellum*: quamquam in temporis ratione non exactiſſime cum Polybio convenit Livius, ad annum ab V. C. 446. res iſtas referens, quo anno Marcellus conſul occiſus eſt; (Liv. XXVII. 27.) cum a Polybio eædem res in annum, qui præceſſit Marcelli extremum conſulatum, fuerint relatæ, ut ex ſerie Excerptorum Antiquorum ſatis adparet. Sed & in aliis rebus,

Digitized by Google

rebus, quas hoc libro X. exponit Polybius, in temporis ratione a græco scriptore discedere Romanum observavimus jam initio Adnotationum ad lib. X. cap. 2. Adde quæ notabuntur ad cap. 26, 1.

Vers. 1. *περὶ τὰς παρατάξεις.* Pro mendoso *παρὰ*, *κατὰ* aut *περὶ* legendum esse monuit Reiskius. Est autem præpositionis *περὶ* proprius locus cum vocabulo *οἰκονομία*, ut X. 16, 2. Et nil frequentius prava ista præpositionum *παρὰ* & *περὶ* permutatione in codicibus nostris. vide ad I. 52, 4. ad IX. 20, 4. &c. Vers. 1.

Vers. 2. Post *ὡς ἐπῖπαν* perperam inserunt *καὶ προεπί-* Vers. 2. *παν* Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* Tub. *b.* Erroris originem cognoscas, si verba proxime sequentia inspexeris. — *Ibid.* *καὶ προαπόλλυται* recte Casaub. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* Tub. *b.* *προσαπόλλυται* ed. 1. cum Aug. Reg. F. G. Vat. Tub. Ex Vrb. & Med. nil enotatum. — *Ibid.* *τὴν δ' ἐπιγραφὴν τῶν ἐμβαινόντων, laudem vero rerum gestarum.* Conf. Reisk. ad II. 2, 9.

Vers. 3. *προκινδυνεύουσι.* Simpl. *κινδυνεύουσι* Reg. D. Vers. 3. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vatic. *b.*

Vers. 5. *νικησάντων* recte edd. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Vers. 5. Reg. G. *b.* Vat. *b.* & Tub. *b.* Sic & ora Aug. ab antiqua manu. *νικήσαντες* Aug. in contextu, & Reg. F. G. Ex Vrb. & Med. nihil notatur. — *Ibid.* *ἅμα τούτοις.* Sic Casaub. & seqq. cum Reg. D. Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* *ἅμα καὶ τούτοις* ed. 1. cum Aug. Med. Reg. F. G. Vat. Tub. Error sive Reiskii, sive operarum est, cum is ex ed. 1. & Aug. *ἅμα καὶ τούτους* refert. Sunt autem *hi, quos simul cum reliquis Græcis oppressum iri* ait, ipsi *Aetoli.* conf. IX. 37, 8 & 10. — *Ibid.* *ὑφ' αὑτούς.* *ὑφ' ἑαυτοὺς* Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Vat. *b.* Tub. *b.* — *Ibid.* *ἐκεῖνοι, illi*, sc. *Romani.* Sic omnino fuit scribendum, quod miramur a nemine interpretum observatum; quamquam in latina quidem versione recte sententiam expressit Casaubonus. — *Ibid.* *ποιήσονται* bene edd. Sic vero ex codicibus nostris nonnisi Aug. in ora: nescimus an & Vrb. & Med. e quibus nil

nota-

Digitized by Google

notatum videmus in schedis. Mendose ποιέενται Aug. Reg. F. G. Vef. ποίενται Tub. ποιοῦντας Reg. D. Reg. F. Reg. G. *b*. Vef. *b*. Tub. *b*. quod ex ποιοῦνται proxime e corruptum.

In hoc Fragmento definit codex Reg. D.

Verf. 6. *Verf.* 6. Πᾶσαν γὰρ &c. Minutum hoc Fragmentum in ora Codicis Vrbinatis eo loco esse scriptum, ubi in contextu legitur Excerptum illud quod modo exhibuimus, docet Casaubonus in Fragmentis Polybianis.

Cap. XXIV.

CAPVT XXIV.

Eclogam Valesianam *de Philopœmene*, quæ cap. 24 seq. continetur, reponi a nobis debuisse ante Excerptum Antiquum, quod cap. 21 seq. legitur, docuimus initio Adnotationum ad cap. 21.

Verf. 1. *Verf.* 1. Εὐρυλέων, ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγός. *Euryleo, prætor Achæorum.* Expediendam seriem successionemque, quæ his temporibus fuit, *Prætorum Achæorum* & Livium cum Polybio conciliandum, doctioribus, qui & ingenio & otio valent, relinquere debeo. *Euryleonem* quem hic Polybius nominat, nemini alii auctori commemoratum reperimus. Ejus prætura nescimus an in annum ab V. C. 544. ponenda sit, ut desierit initio æstatis A. V. 545. *Cycliadam, Achæorum prætorem*, Livius nominat XXVII. 31. in eis Achæorum rebus, quas ipse quidem ad consules Romanos anni ab V. C. 546. retulit, quas easdem vero Polybius ad annum 545. in quo nunc versatur historia, refert. Vide Polyb. X. 26. coll. cap. 23. & Liv. XXVII. 30 seq. Tum *Niciam, prætorem Achæorum*, memorat Livius XXVIII. 8. in rebus Achæorum eo anno gestis, qui secutus est postremum Marcelli consulatum, id est, in rebus anni ab V. C. 547. quas easdem res Achæorum Polybius in annum 546. in ipsum Marcelli consulatum posuit, lib. X. c. 41 sqq. Quod vero eodem anno qui secutus est Marcelli consulatum, id est A. V. 547. celebrata esse Olympia Livius significat XXVII. 35. & XXVIII. 7.

in

in eo consentit Polybius, qui ab A. V. 547. (lib. XI. 1.) novam Olympiadem incipit. (Conf. Adnot. ad IV. 14, 9.) Post haec, per bientium res Graecorum praetermisit Livius, usque ad lib. XXIX. 12. Itaque de *Philopoemenis prima praetura* tacet, quae secundum Polyb. XI. 10, 7. in A. V. 547. ponenda videtur, quo anno in pugna ad Mantineam Machanidam, Lacedaemoniorum tyrannum, Philopoemenes occidit. Quod autem haud multo post eam victoriam *iterum praetorem Philopoemenem* Nemeorum ludicro interfuisse Plutarchus scribit p. 362. id hanc habet dubitationem, quod, si in proximum annum 548. istam ponas praeturam, non conveniet annus quo celebrari Nemea consueverunt, de quo ad cap. 26, 1. dicemus; sin in annum 549. rejicias, parum aptum fuerit quod paulo post Mantinensem victoriam id factum Plutarchus scribit, in quo cum Plutarcho consentit Pausanias VIII. 50. p. 701. CASAUBONUS in Chronologia Polybiana Cycliadae praeturam retulit ad consules anni 546. (quem is annum 545. numeravit;) Niciae praeturam ad consules anni 547. Philopoemenis praeturam primam ad A. 548. Ejusdem alteram praeturam ad consules anni 549. De Livii Chronologia in rebus Graeciae horum temporum confer quae notamus ad cap. 47 extr. Vers. 1.

Vers. 2. *τοῦ καιροῦ - ἐφεστηκότος ἡμᾶς, cum tempus nos perduxerit.* Eadem modo XXXII. 9, 1. *τῶν καιρῶν ἐφεστηκότων ἡμᾶς ἐπὶ τὴν οἰκίαν ταύτην.* De praeterito verbi *ἵστημι* & compositorum, activa notione usurpato apud Polybium, vide Adnot. ad III. 94, 7. (ubi pro XXII. 9, 1. corrige XXXII. 9, 1.) De notione verbi *ἵστημι* & *ἐπιστῆναι* in ista phrasi, conf. ad III. 118, 11. & ad IV. 40, 1. Vers. 2.

Ibid. ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Φιλοποίμενος πράξεως, ad initium rerum a Philopoemene gestarum. Primum quidem cum virtus tum prudentia Philopoemenis cognita nobilitaque erat bello Cleomenico A. V. 531. in pugna Antigoni cum Cleomene, Polyb. II. 67 sq. sed tunc & juvenis adhuc

Digitized by Google

Verſ. 2. dum & privatus erat. Nunc agitur de tempore quo primum ad rempubl. acceſſit, & publico munere fungi cœpit, ſcil. *Magiſtri vel Præfecti Equitum* Achæorum (cap. 25, 6.) qui gradus fere erat ad præturam. Eo magiſtratu Damophantum, magiſtrum equitum Eleorum, in prælio ad Lariſſam fluvium, ſua manu occidit, & equitatum Aetolorum Eleorumque in fugam vertit; ut docet Plutarch. p. 360. & Panſan. VIII. 49 extr. p. 700. De quo eodem prælio verba faciens Livius XXVII. 32. (coll. cap. 31 extr.) rei a Philopœmene bene geſtæ non meminit: ſed deinde cap. 33. aliam pugnam ab Achæis cum Aetolis Eleiſque haud procul Meſſene proſpere factam commemorat; quam eamdem eſſe cum illa, quam ad Lariſſam pugnatam Plutarchus ait, contendit Caſaubonus in Chronologia Polybiana ad A. V. 545. qui nobis 546. eſt. Olymp. CXLII. 4.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐκτισθησαν idem eſſe ait Erneſtus ac ſimplex ἐκτίσθησαν. Quod hactenus concedimus, quatenus ipſum etiam ſimplex verbum κτίζειν non ſolum denotat *novam condere urbem;* ſed etiam, urbem, quæ jam condita erat, *inſtaurare, amplificare, colonis frequentare.* — *Ibid.* διαθέσεις *conſtitutiones* interpretatus eſt Valeſius: ſed id quidem ne de politica conſtitutione intelligamus, vetare videtur verſ. 4. ubi urbes, cum hominibus comparatas, ἔμψυχα κατασκευάσματα vocat. Erit igitur nunc διάθεσις *ſtatus* & *conditio exterior*, id eſt & ſitus (θέσις, X. 9, 8.) & reliqua ratio qua conſtructæ urbes ſunt.

Ibid. ἀγωγὰς καὶ ζήλους. — „ἀγωνίας, *certamina, labores, diſcrimina:* poteſt ferri; ſed haud ſcio, an ἀγωγὰς ſit præferendum; quod expreſſit etiam in latinis Valeſius, [*inſtitutionem,*] quamquam nihil de ea ſuſpicione ſua admonuit." REISKIVS. — ἀγωγὰς recta corrigere juſſit Erneſtus in Lex. Polyb. Eſt autem ἀγωγὴ *inſtitutio, inſtitutum, diſciplina;* quo vocabulo & frequenter aliis, & hoc cap. verſ. 2. & verſ. 5. 6 & 7. utitur ſcriptor noſter, & poſteriori quidem loco rurſus cum ἀγωγῇ vocabulum ζήλους conjungit. Ceterum, quandoquidem optimi quique

Digitized by Google

que scriptores (quorum loca collegit Henr. Stephanus in Thes. quibus facile alia etiam adjici poterant) vocabulo ἀγωνία non solum pro ἀγῶνι, id est, *certamine*, verum etiam pro *exercitationibus juvenum ad quaevis artes* usi sunt; fatemur, teneri fortasse codicis Peiresciani lectionem ἀγωνίας potuisse: quamquam aliâs hoc vocabulum nonnisi *timoris*, *horroris*, *anxietatis* significatu frequentat Polybius, ut VIII. 21, 2. XVIII. 8, 1. qua notione etiam verbo ἀγωνιᾷν familiarissime utitur. Rursus vero ἀγωνίας vulgo ex ἀναγωγίας corruptum vidimus VII. 10, 5. Vers. 3.

Vers. 4. εὐψύχους. Haud dubie verum ἐμψύχους, nam τῷ ἀψύχῳ opponitur ἔμψυχος, (ut I. 4, 7.) non εὔψυχος. — *Ibid.* εἰκὸς εἰς ἐπανόρθωσιν. Ad vulgatam scripturam ipse monuerat VALESIVS: „Deest πρὸς, aut quid simile." — *Vers.* 6. ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα λόγον. Nil causae videmus, cur περὶ pro ὑπὲρ maluerit Valesius. Vers. 4. 6.

Vers. 7. κατὰ μέρος - - κατὰ μέρος. — „Idem est atque ἐν μέρει, *modo - - modo; ex hac parte*, & *rursus ex illa*, velut per compensationem." REISKIVS. — Conf. ad III. 103, 7. Vers. 7.

CAPVT XXV. Cap. XXV.

Vers. 1. Φιλοποίμην τοίνυν. Confer Plutarchum in vita hujus viri, & Pausan. VIII. 49 sq. — *Ibid.* πρῶτον. πρῶτα Suidas in Φιλοποίμην. — *Ibid.* ἔφυ καλῶς. Diximus de hac phrasi ad III. 87, 6. — *Ibid.* παιδευθεὶς ὑπὸ Κλεάνδρου. De dictione παιδεύεσθαι ὑπό τινι vel (quod perinde est) ὑπό τινα confer dicta ad VI. 7, 2. De *Cleandro* monuit VALESIVS: „Apud Plutarchum in vita Philopoemenis perperam Κάσανδρος scribitur, contra auctoritatem codicis Vulcobiani; & Pausaniam in Arcadicis, & Suidam, qui hunc Polybii locum ex Constantini nostri Excerptis more suo descripsit." — *Ibid.* Μαντινέα. Scribe τὸν Μαντινέα cum Suida. Vers. 1.

Ibid. Φυγαδεύοντα. — „Verbum hoc aliâs usurpatur pro *expellere in exsilium*. Quare suspicabar, legendum esse

Digitized by Google

Verſ. 1. *Φυγαδευθέντα.* Sed potuit Polybius hoc verbo uſus eſſe in ſignificatione *exſulandi*, quia verba pleraque, in *ευειν* exeuntia, ſignificant conditionem eam, quæ primitivo ineſt unde ducuntur. Vt *δουλεύειν* eſt *εἶναι δοῦλος*, ſic quoque *Φυγαδεύειν* erit *εἶναι Φυγάς.*" REISKIVS. — Ceterum aliàs conſtanter activa notione verbo iſto utitur Polybius.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *Ἐκδήμου.* — „Ita etiam nominatur a Plutarcho in Philopœmenis vita; ſed in vita Arati perperam *Ecdelus* ſcribitur: *ὁ δὲ Ἔκδηλος Ἀρκὰς ἦν ἐκ Μεγάλης πόλεως.* lege *Ἔκδημος.* Quamquam & Pauſanias in Arcadicis [VIII. 49.] *Ecdelum* nuncupat, & *Megalophanem*; ſed corrupte utrumque, cum *Ecdemum* ac *Demophanem* dicere debuiſſet." VALESIVS.

Ibid. *Ἀρκεσίλᾳ.* Plutarchus in Arato p. 1028. de *Ecdemo* loquens, ait *Ἀρκεσιλάου τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ γεγονὼς ἐν ἄστει συνήθης.* Conf. eumdem in Philopom. p. 356. — *Ibid.* *Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου.* De hoc Megalopoleos tyranno vide Pauſaniam VIII. 27. p. 656. & VIII. 36. p. 673. — *Ibid.* Poſt *συστησάμενοι* vulgo inſerunt *δὲ*, quam particulam expunximus, ipſo admonente Valeſio.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *Νικοκλέους.* Perperam *Νεοκλέους* Suid. — *Ibid.* *Κυρηναίων.* Vide Plutarch. in Philop. pag. ead.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *λιτὸς κατὰ τὴν περιποτήν.* conf. XI. 10, 3. — *Ibid.* *τοιαύτας τινάς.* *τὰς τοιαύτας* Suid.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *καταστασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἱππάρχης.* Confer quæ dicta ſunt initio Adnotationum ad cap. 21. & ad cap. 24, 2. — *Ibid.* *κατεφθαρμένων.* Imo *κατεφθαρμένα*, quemadmodum monuit Reiſkius, ut *referatur* ad *συντάγματα.* Suidas: *παραλαβὼν δὲ τοὺς ἱππεῖς πάντι τρόπῳ διεφθαρμένους.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *εἰς ἀληθινὴν ἄσκησιν.* Exercitationes, quas cum equitibus Achæis inſtituit Philopœmenes, ſuſius deinde expoſuit Polybius. Vide caput 21. quod poſt hanc Eclogam Valeſianam reponi debuerat. Biennio poſt, prætor Achæorum, in pedeſtribus etiam copiis corruptam diſciplinam reſtituit idem Philopœmenes. Vide XI. 8 ſqq.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 9. ἐξεριθεύονται τοὺς νέους. — „Rarum hoc verbum ſignificat ἐξεργάζονται ſeu κατασκευάζουσιν ἑαυτοῖς συνερίθους, *comparant ſibi operas, adminiſtros & ſocios laborum.* REISKIVS. — Nempe συνέριθοι ſunt ſigillatim quidem αἱ συννοφοίνουσαι, generatim vero οἱ συνεργοί, ut docet Heſychius, cujus conſule Interpretes ad eam vocem. Et Ἔριθοι, docente eodem Heſychio, ſunt οἱ γεωργοί, & οἱ ἐριουργοί, & generatim οἱ μισθωτοί, *mercede conducti.* Hinc Ἐριθεύεσθαι, interprete Suida, idem fere ſonat ac ἐκπάζεσθαι, id eſt, *mercede* vel *muneribus corrumpere.* Ἐξεριθεύονται vero idem Suidas, hunc ipſum Polybii locum reſpiciens, interpretatur πρὸς κακίαν ἐκκαλοῦσι, id eſt, *ad nequitiam invitant.* Verſ. 9.

Ibid. Ante συμπεριστέλλοντες deeſſe particulam ἀλλὰ, aut aliquid ſimile, ſuſpicatus eſt Valeſius. Nos quidem veremur, ut præcedentia verba ſana ſatis atque emendata ſint.

Verſ. 10. τῶν ἀρχόντων. „Forſan τῶν ὑπαρχόντων.“ ait Valeſius. Sed nil opus: generatim nunc de eis loquitur Polybius, qui ſive peditibus ſive equitibus præſunt. — *Ibid.* κακοζηλίαν. Confer XI. 8, 4-7. Verſ. 10.

De verbis Ζήτει ἐν τῷ περὶ Στρατηγημάτων confer quæ notavimus ad initium capitis 21.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Verſ. 1. Φίλιππος - - μετὰ τὸ ἐκτελέσαι τὸν τῶν Νεμείων ἀγῶνα. Vide Liv. XXVII. 30 extr. & ſeq. & confer quæ ſupra notavimus de Argumento cap. 23. Livius hæc in rebus anni ab V. C. 546. (Olymp. CXLII. 4.) narrat; Polybius ad A. V. 545. Olymp. CXLII. 3. retulit. Cum quo convenit, quod *Nemeorum ludicrum*, quod hoc anno actum uterque ſcriptor ait, cum tertio quoque anno agi ſolitum ſit, ex Polybii ratione non (ut vulgo ferunt) in ſecundum & quartum, ſed *in primum & tertium quemque annum cujuſque Olympiadis*, & *in impares annos ab Vrbe condita*, incidit. Quod probant omnia exempla, ubi apud Polybium Verſ. 1. Nemea.

Verſ. 1. Nemea. bium *Nemeorum* mentio occurrit: velut II. 70, 4. Ol. CXXXIX. A. V. 531. Rurſus V. 101, 5. Ol. CXL. 3. A. V. 537. Nunc X. 26, 1. Ol. CXLII. 3. A. V. 545. Denique XXIII. 10, 1 ſeq. Ol. CXLVIII. 3. A. V. 569. Rurſus Livius XXXIV. 41. celebratum *Nemeorum* ludicrum commemorat L. Valerio, M. Porcio Coſſ. id eſt, A. V. 559. Ol. CXLVI. 1. Cum vero Plutarchus celebrata *Nemea* ait quo tempore iterum Prætor Achæorum fuit Philopœmenes, id quo pertineat haud ſatis in liquido eſſe profeſſi ſumus in Adnot. ad X. 24, 1. De ratione, qua *annos Olympios* numeravit Polybius, & cum *annis conſularibus Romanorum* contulit, diximus ad IV. 14, 9.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. κώμους ποιούμενος ἐπὶ τὰς οἰκίας. *cum bacchantium turba domibus inſultans*, vel *in domos impetum faciens*. Conf. Muſgrav. & Barneſ. ad Euripid. Cyclop. verſ. 39.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀναίδην. ἀνέδην velimus in contextum receptum, ut feeimus XV. 20, 3. Alibi, II. 5, 6. ubi recte ἀυέδην editum eſt, pariter in ἀναίδην aberrarunt nonnulli codices. ἀνέδην, ab ἀνίημι, (ut συνσώδην a συνίστημι, βάδην a βαίνω vel βῆμι, & ſimilia) eſt ἀκωλύτως, ἀπεχομένως, ἀκαλυμένως, *effuſe*, *licenter*, *effrenate* &c. ut docent grammatici græci. Conf. Perizonium ad Aelian. I. 4. Ἀναίδην, licet haud raro inveniatur in libris, & in Suidam etiam irrepſerit, ex mero errore orta vox, merito damnata a Weſſelingio ad Diodor. II. 59. & XVI. 37. aliiſque diligentibus græcorum ſcriptorum editoribus. Ab ἀναιδὴς, *impudens*, adverbium eſt ἀναιδῶς, non ἀναίδην: & adverbia, in ην exeuntia, a verbis derivantur, non a nominibus. Quare miramur, non ſolum gratiam feciſſe mendoſæ voci, ſed etiam ex profeſſo eam defendiſſe eumdem Weſſelingium ad Diodor. T. II. p. 586, 51. ubi, αἱ ἀναίδην ἡδοναὶ quænam ſint, difficile dictu fuerit; αἱ ἀνέδην ἡδοναὶ ſunt *effuſæ*, *effrenatæ libidines*.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ἡμεῖς δ' οὐκ ἐν τοῖς προοιμίοις. Cum in msto libro fuiſſet Καθάπερ ἡμεῖς οὖν, VALESIVS ex conject. edidit

Digitized by Google

edidit Ἅπερ ἡμεῖς οὐκ, in Notis vero ait: „Legendum videtur, περὶ ὧν ἡμεῖς οὐκ." — REISKIVS: „Videtur καθάπερ (inquit) defendi posse, si accipitur pro διόπερ, *quapropter*. κατὰ sæpe idem notat ac διὰ, *propter*." — Nobis vox καθάπερ, per librarii incuriam, repetita ex præcedentibus visa est; quo facto deinde expulsam putavimus particulam δὲ, quam ex conjectura restituimus. — *Ibid.* ὥσπερ τῶν λοιπῶν συγγραφέων τινές. Cum abesset τινὲς ab editis & a cod. msto, aut Reiskiana ista emendatio fecit adoptanda, aut ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν συγγραφέων scribendum, quod Valesius suasit in Notis ad hunc locum. Vers. 9.

CAPVT XXVII.

Cap. XXVII.

Vers. 1. Ἔστι τοίνυν ἡ Μηδία. De *Media* confer quæ jam dixit Polybius lib. V. c. 44. & quæ ibi adnotavimus. Nunc de eadem regione verba facit occasione *expeditionis ab Antiocho M. per Mediam in Parthiam susceptæ adversus Pharnacen*, ut patet ex cap. 28 sq. Μηδία h. l. recte habent libri omnes, qui alibi fere in Μήδεια consentiebant, quemadmodum mox vers. 4. rursus. Μηδείας habet Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* Vers. 1.

Vers. 2. τοῖς γὰρ ζώοις τούτοις σχεδὸν ἅπασαν χορηγεῖ τὴν Ἀσίαν. Sic cum Vrsino correxit Casaub. quum mendose χορηγίαν fuisset in ed. 1. Aug. Vrb. Reg. F. G. Ves. Tub. Eamdem constructionem verbi χορηγεῖν cum accus. pers. & dativo rei habemus III. 49, 11. & III. 68, 8. πάσῃ χορηγεῖ τῇ Ἀσίᾳ Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Ves. *b.* & Tub. *b.* (nisi quod in hoc pro πάσῃ sit πᾶσι.) Et invenitur quidem aliâs quoque hoc verbum cum dativo personæ, ut I. 62, 2. χορηγεῖν ταῖς δύναμεσι, I. 83, 7. χορηγεῖν τοῖς πολεμίοις, *commeatus suppeditare exercitui, hostibus*: at cum duplici dativo, altero personæ, altero rei, nusquam quod sciamus. Vers. 2.

Ibid. τῷ καὶ τὰ βασιλ. — „Videtur hic aliquid deesse e. c. ὃ καὶ αἴτιον ἦν τῷ." REISK. — At αἴτιον cum geni-

Vers. 2. tivo casu, non cum dativo, construi solet. Nec, si nexum orationis recte inspexeris, desideraveris quidquam. — *Ibid.* τῶν ἱπποτροφιῶν ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vat. ἱπποτροφίων Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Non sperno ἱπποτροφείων; sed, si hoc vocabulo uti voluit Polybius, satis erat dicere τὰ βασιλικὰ ἱπποτροφῖα, quemadmodum V. 44, 1. τὰ ἱπποφόρβια dixit, nec opus erat στοιχεῖα adjicere.

Ibid. Μήδοις recte Casaub. & seqq. cum mss. omnibus, excepto Aug. qui in contextu quidem cum ceteris consentit, sed inter lineas Μήδους habet, quod adoptavit editor Basileensis. Et ferri quidem Μήδους poterat, sequente verbo ἐπιστραφῆναι, quoniam perinde & ἐγὼ ἐπιτρέπομαι τοῦτο dicitur, & τοῦτο ἐμοὶ ἐπιτέτραπται. Sed nil causae est, cur Μήδοις solicitetur.

Ibid. ἐπιστραφῆναι. Non videmus quo pacto mendosum ὑποστραφῆναι ferre potuerint Vrsinus, Casaubonus, Scaliger, Gronovius; quorum nemo ne dubitationem quidem ullam de corrupto isto verbo significavit. Vtique aut ἐπιστατάξασθαι fuit corrigendum, aut ὑποστατάξασθαι scribendum cum Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* Tub. *b.* In eamdem sententiam Μήδοις ἐγκεχείρισται ait V. 44, 1. — *Ibid.* Tria verba διὰ τὴν εὐφυΐαν ignorant Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Tub. *b.* Solum vocab. εὐφυΐαν ed. 1. cum Aug. Med. Reg. F. G. Vat. Tub. putamus & Vrb. qui ignorant διὰ τήν, quae verba ex ingenio adjecit Casaubonus. Brevius Vrsinus διὰ εὐφυΐαν, probabili utique ratione, quoniam literae Δι facillime absorberi potuerunt a literis AI in quas exit verbum praecedens.

Vers. 3. *Vers.* 3. τῶν συνκυρούντων αὐτῇ βαρβάρων, *adjacentium conterminos barbaros.* Videri possit συνορούντων legendum; sed conf. III. 59, 7.

Vers. 6. *Vers.* 6. Ὀρόντην. Expresserat hoc jam Casaub. in lat. vers. & id ipsum, Ὀρόντην, (non Ὀρόντας, ut Boecler. rus citavit) habet codex Aug. in ora., ab antiq. manu. Esse autem *Orontem* Mediae montem, prope Ecbatana, & Diodo-

Digitized by Google

Diodorus Sicul. docet II. 13. & Ptolemæus VI. 2, p. 170. & Ammian. XXIII. 6. quos ad Diodorum laudavit Weſſeling. De admirabili munitione *arcis Ecbatanorum* conf. Herodot. I. 89.

Verſ. 7. *περὶ ὧν.* Sic pro Περσῶν ſcribendum ÇAVSABONVS jam monuerat in ora Baſil. idque ipſum in verſione latina expreſſerat. Rurſus vero REISKIVS, dubitanter quidem, — „forte *βασιλεια*, inquit, *περὶ ὧν καὶ τὸ λέγειν.*“ — Sane literas C (id eſt ς) & I ſæpe inter ſe permutatas a librariis vidimus. conf. Adnot. ad I. 15, 10. I. 23, 2. &c. In codice Med. (ſi recte enotavit Gronovius) eſt *βασιλεια Περσῶν· περὶ ὧν καὶ τὸ λέγειν.* Ceteri omnes ſolum Περσῶν habent, & *περὶ ὧν* ignorant. — *Ibid. κατὰ μέρος.* Viderit poterat *τὰ κατὰ μέρος* ſcribendum, ut cum Reiſkio ſcripſimus XI. 3, 5. Sed ferendam tenendamque utrobique vulgatam ſcripturam putemus. conf. ad III. 32. 3. — *Ibid. ὀχυρότητα* cum Vrſino correxit Caſaub. *ὀχυρώτητα* ed. 1. cum msstis. Verſ. 7.

Verſ. 8. *προφέρεσθαι.* Perperam *προσφέρεσθαι* Reg. F. G. — *Ibid. ἔνια* bene edd. & margo Aug. ab antiq. manu. *ἔνη* Vrb. *ἐν ᾗ* Aug. in contextu, Reg. F. G. Vat. Tub. *ἔνι* Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* cum oblitus eſſet librarius ſuperſcribere terminationem ᾳ. — *Ibid. διατάσεως.* — „*μετὰ διαβάσεως λέγειν* eſt prædicare vultu ad ſeveritatem & fiduciam compoſito, manibus ambabus ad regionem renum converſis, *cruribus diductis, & gradu firmo atque conſtanti*, buccis inflatis, clariſſima voce, ut circulatores, magna de ſe jactantes & profitentes.“ Sic REISKIVS; reſpiciens ſcilicet (ut monuit Erneſtus) ad Homericum illud *εὖ διαβὰς*, Iliad. M'. 458. quod *διαστήσας τὰ σκέλη* interpretatur Euſtathius p. 284, 19. & 849, 37. & 878, 13 ſq. edit. Baſil. aitque atticam eſſe dictionem. De verbo *διαβαίνειν*, *cruribus diductis ſtare*, conf. Weſſel. ad Diodor. lib. I. extr. Nos vero, ad *firmiter* quidem *ſtandum*, & ad *commodam habitudinem qua cum valida vi e manu ejici lapis poſſit*, (ut apud Homerum) præclare intel- Verſ. 8.

Digitized by Google

Verſ. 8. ligimus, quo pacto pertinere illa phraſis εὖ διαβὰς pertinere poſſit: ſed de eo *qui verba facit cum confidentia aut jactantia*, nuſquam uſurpatam eamdem dictionem videmus: nudi vero vocabuli διαβάσεως, iſta notione uſurpati, nullum uſquam ne veſtigium quidem adparet. Quare probavimus Erneſti conjecturam, qui, quum ſenſus *exaggerationem* (ut ait) requirat, διατάσεως ſuſpicatus eſt ſcripſiſſe Polybium. Eſt autem διατείνεσθαι, ex ſatis pervulgato græci ſermonis uſu, *oratione vel voce contendere*. Sic Demoſth. pro Coron. p. 275. ed. Reiſk. τί οὖν ταῦτα διετεινάμην οὑτωσὶ φοβερῶς. Dionyſ. Halic. Antiq. Rom. X. 13. νυνὶ δὲ συντεμῶ τὸν λόγον, καὶ παύσομαι τὰ πλείω διατεινόμενος. Lucian. in Abdicato c. 32. T. II. p. 186. ed. Amſtelod. διατείνῃ καὶ βοᾷς. Adde quæ collegit Vpton ad Arriani Epictet. p. 567. lin. ult. Vnde μετὰ διατάσεως percommode ſignificabit *cum contentione*, aut, ſi mavis, *cum exaggeratione*. Pro quo μετ' ἐπιτάσεως dixit Polybius, ſi non feſellit nos conjectura, lib. XXXIII. 10, 3. Iſtam notionem verbi διατείνεσθαι, & nominum inde derivatorum, tetigimus in Nota ad Fragmentum Polybii grammaticum XXXVIII. Tom. V. p. 83 ſeq.

Ibid. καλλίστην ὑπόθεσιν ἡ προειρημένη πόλις παρέχει. Simplex verbum ἔχει ferri h. l. potuiſſe cenſuit Reiſkius.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἔχοντα, monente Vrſino, correxit Caſaubonus. Sic vero recte dederunt Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* Mendoſe ἔχουσα ed. 1. Aug. Med. codex Vrſini, Reg. F. G. Veſ. Tub. Mox iidem Reg. F. *b.* & Reg. G. *b.* rectiſſime dederunt τῇ δὲ & πολυτελείᾳ, quemadmodum perſpecte idem Caſaubonus edidit; cum τὴν δὲ & πολυτέλειαν fuiſſet in ed. 1. conſentientibus & ceteris codicibus. — *Ibid.* καταβαλλομένων. Nulla neceſſitas cogit, ut καταβαλομένων corrigamus cum Reiſkio.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. κιππαριττίνης. Temere κιππαριττείνης ed. 1. — *Ibid.* φατνώματα ſunt *lacunaria ad præſepis formam fabricata*, ut φάτναι apud Diodor. Sicul. lib. I. c. 66. ubi vide quæ

quae adnotavit Wesseling. Passim eodem vocab. φαντώματα utuntur sacrarum scripturarum interpretes. — *Ibid.* περιστύλοις correxit Casaub. & sic etiam correctum in Aug. ab antiqua manu. — *Ibid.* τὰς τε παραμίδας. Vide ad IV. 52, 7.

Vers. 12. τῆς Ἄγνης. Consule Bochartum in Geogr. Sacr. P. I. lib. III. c. 14. p. 223. edit. Cadom. & cap. 19. p. 277 sq. — *Ibid.* καὶ ante παραμίδας, praetermissum in edit. Casaub. (operarum putamus errore, propagato per seqq. editiones) restituimus ex ed. 1. & mss tis, qui eam partic. agnoscunt omnes, excepto uno Vet. παραμίδας ἀργυρᾶς vero, monente Vrsino, recte edidit Casaub. Perperam παραμίδας ἀργυρᾶς ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. παραμίδες ἀργυρᾶις Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* Tub. *b.* qui iidem codices ignorant καὶ ante πλείους, nempe pro scripturae compendio, quod significat καὶ, literam *a* posuerunt librarii. — *Ibid.* συνετέθεντο recte Casaub. cum Reg. F. *b.* Reg. G. b. Tub. *b.* συνετέθηντο ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. — *Ibid.* πλινθοι δὲ χρυσαῖ Casaub. cum Reg. F. *b.* Reg. G. *b.* putamus & Tub. *b.* πλίνθοι δὲ χρυσαῖ Vet. putamus & Tub. πλίνθοι χρυσαῖ, absque καὶ, ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vers. 18.

CAPVT XXVIII.

Cap. XXVIII.

Vers. 1. Ἀρσάκης. Antiochi expeditionem adversus hunc *Arsacem*, Parthiae & Hyrcaniae regem, breviter tangit Iustinus XLI. 5. postquam de patre hujus, qui regnum condidit Parthorum, fusius egerat. — *Ibid.* τὴν δ' ἔρημον. Monuerat jam Reiskius, cum verbo διεκβαλεῖν non consistere posse εἰς, quod hic invexit Casaubonus: nam, aut διεκβαλεῖν ἔρημον dicitur, inquit, aut ἐμβαλεῖν εἰς ἔρημον. Sic certe cap. 29, 3. consentientibus libris omnibus legitur οὓς (scil. τόπους) ἔδει διεκβάλλειν αὐτόν. Quod si perinde εἰς τὴν ἔρημον διεκβαλεῖν dicere liceret, expeditissima sane ratio foret qua usus Casaubonus est ad hunc locum sanandum, pro Ἀρσάκης δὲ, Ἀρσάκης εἰς δὲ scribens, & post Ἀρσάκης orationem interpungens. De Vers. 1.

deserto,

Digitized by Google

deserta, quod inter Parthiam Mediamque interjacet, diximus ad V. 44, 4.

Vers. 2. *Vers.* 2. οὐδέν ἐστι. Sic recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Vrsin. οὐδὲν deest ed. 1. Reg. F. G. Ves. Tub. — *Ibid.* φρεατίας. Polybii verba nonnulla hinc citavit Suidas ad hoc ipsum vocab.

Vers. 3. *Vers.* 3. τοῖς ἐπί τινας τόπους. Mendose τοὺς ed. 1. cum msstis. Recte τοῖς cum Vrsino correxit Casaub. referendum ad εἰσαγομένοις. — *Ibid.* τῶν μὴ πρότερον ἀρδευομένων. τὸ μὴ πρότ. ἀρδευόμενον ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Et τὸ quidem habent etiam Vrb. & Aug. sed ἀρδευομένων recte Vrb. atque etiam Aug. in contextu; (nam in hoc quidem inter lineas terminatio ον ab antiqua & prima, ut videtur, manu superscripta est:) unde verum restituit Casaubonus, monente etiam Vrsino, cujus codex cum Vrb. & Aug. consensisse videtur. Forsan τῶν μὴ τὸ πρότερον ἀρδευομένων scripserat Polybius, ut ex illo pronomine τὸ, ad πρότερον adjecto, error natus sit librariorum. Sic τὸ πρότερον II. 38, 10. τὸ πρὶν IV. 81, 13. τὸ τηνικαῦτα I. 40, 6. τὸ τηνικάδε hoc ipso cap. vers. 5.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἔχοντος recte edd. ἔχοντες Aug. Reg. F. G. Ves. — *Ibid.* τοῦ Ταύρου. Speciem habet, quod Guil. Xylander ad oram versionis germanicæ notavit, Ζάγρου legendum sibi videri. Sed Strabonem lege lib. XI. p. 522. & intelliges, latissime patere *Tauri* montis nomen, neque adeo solicitari debere consentientem librorum omnium scripturam.

Vers. 5. *Vers.* 5. τῇ διὰ τῆς ἐρήμου. Perperam deest τῇ Reg. F. G. — *Ibid.* ἐνεχείρησε. Mendose ἐνεχείρισε Aug. Med. Reg. F. G. Ves.

Vers. 6. *Vers.* 6. πάλιν ἐξαπέστειλε τοὺς περὶ Νικομήδην. — „Ergo jam ante rex eum illuc miserat, qua de re commemoratum fuit in iis quæ periere.“ REISKIVS. — *Ibid.* τινὰς δέ. δὲ deest Reg. F. G.

Vers. 7. *Vers.* 7. διανύσας, διανοίσας Aug. Reg. F. G. Ves. De *Hecatompylo*, regia Parthorum, confer Freinshem. ad Curt.

Digitized by Google

Curt. VI. 2. — *Ibid.* τῶν δὲ διόδων φερουσῶν. Reiskius corrigi voluerat τῶν δὲ ὁδῶν τῶν φερουσῶν.

CAPVT XXIX.

Cap. XXIX.

Verſ. 1. πρὸς σφᾶς. πρὸς σφὰς Aug. ſuo more. — Verſ. 1.

Verſ. 2. διότερ ἔκρινε. Vide notata ad I. 82, 13.

Verſ. 3. ἐπὶ Ταγάς. Sic ſcripti & editi omnes, excepta editione Erneſti, in qua, cum accentus evanuiſſet in exemplo Gronoviano, temere ἐπὶ Τάγας expreſſum eſt. — „Forte Τάβας, ut p. 1453, 29. [nobis lib. XXXI. 11, 3.] aut Τάπας, quod idem eſt.“ REISKIVS. — De *Tabis* illis, quas tamen *in Perſide ſitas* Polybius l. c. facit, vide Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. c. 19. p. 813. Cogitaveramus quidem Ῥαγὰς, qua de urbe conſule quæ congeſſit idem vir doctus lib. III. c. 18. p. 781 ſq. Sed utraque iſtarum urbium, *Tabæ* & *Ragæ*, inter Ecbatana & Hecatompylon vulgo ponuntur in tabulis, & quidem ad occidentem ejus montis, in quo ſunt Caſpiæ portæ, cui monti ad orientem hybernum Hecatompylos eſt, quem eumdem montem a meridie circumiviſſe videtur Antiochus, e Media in Parthienem proficiſcens. Vrbs autem, de qua nunc agitur, ultra Hecatompylon erit quærenda, in extremis Parthienes finibus, prope radices ingentis illius montis, quem *Labum* Polybius vocat, qui Hyrcaniam a Parthiene, ut docet idem ſcriptor noſter, ſejungit. Verſ. 3.

Ibid. τοῦ Λάβου Caſaub. & ſeqq. cum Vrſino. Sic autem & ora Aug. ab antiqua manu: & haud dubie in codice Vrſini ſic erat ſcriptum; nam ex ingenio reſtitutum ab Vrſino eſſe nomen iſtud, ignotum ceteroquin, nullo modo probabile eſt; nec id dicit ipſe, neque ad locum inferiorem (ut aliâs interdum facit) provocavit. Nos vero eo majori fiducia iſtam emendationem tenuimus, quoniam cap. 31, 1. confirmatam vidimus quatuor librorum noſtrorum conſenſu, qui pro mendoſo τὸν λόφον, quod ibi editum erat, perſpicue τὸν Λάβον dederunt, ubi nihil nec ex ſuo codice adnotaverat nec alioquin ſuſpicatus erat Vrſinus.

Digitized by Google

Verſ. 3. ſinus. Mirum vero videri queat, tam ingentis montis, conf. cap. 30, 2. & c. 31, 1.) quo Hyrcaniam a Parthiene ſejungi Polybius ait, apud nullum alium ſcriptorem inveniri mentionem. Quæſiverat ad h. l. REISKIVS: „Num Ἄλμουτ? Geographi Arabes (inquit) nominant in hac regione الموت *Almut*, caſtrum & montem.“ —

Ibid. ἐφεστώτων monente Vrſino correxit Caſaub. & ſic habet Aug. ex emendatione quidem, ſed ab ipſius primi ſcriptoris manu, cum prius ἐφεστώσας ſcripſiſſet, quod habent ceteri codices & ed. 1. — *Ibid.* τῶν δυσχωρίαν αὐτοῦ, ſcil. τοῦ Λάβου ὄρους. Sic libri omnes cum ed. 1. Temere αὐτῷ Caſaub. & ſequentes editores.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. μερίζειν. μερίζων Reg. F. G. Veſ. Et ſic prius in Aug. fuerat, ſed ſtatim correctum ab eadem manu.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τάξιν μὲν οὐκ ἔνεμον. Sic recte edd. cum Aug. (putamus & Vrb. & Med.) quod commodiſſime Caſaubonus vertit, *ordines non ſervabant*. Mendoſe οὐκ ἄνεμον Reg. F. G. Veſont. & codex Vrſini, unde ἀνέμενον ex conjectura parum felici corrigere juſſit Vrſinus. REISKIVS: „Forte, ait, οἵτινες ἐς τάξιν μὲν οὐκ ἔβαινον, *qui in acie quidem non conſueverant procedere*. ἐς τάξιν idem eſt atque ἐν τάξει. —

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τελευταίους Caſaub. & ſeqq. cum Vrſin. & Aug. Mendoſe τελευταῖος ed. 2. τελευταίοις Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* θυρεοφόρους. θυραιοφόρους Aug. Reg. F. G. Veſ.

Cap. XXX. ## CAPVT XXX.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. πολλὰς μὲν eſt operarum erratum, nolentibus nobis ex edit. Erneſt. in noſtram propagatum. Reſcribe πολλαὶ μὲν αὐτομάτως. — *Ibid.* ὑπερκειμένων. Sic eſſe in Vrb. notavit Caſaubonus in ora Baſil. quod cur in ἐπικειμένων mutarit, nil cauſſæ videmus.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πλήθη καὶ μεγέθη. Acute Scaliger πλήθη παμμεγέθη. — *Ibid.* Ad εἰ μὴ δήμαρχον videtur utique aliquid intercidiſſe; ſed veremur, ne non ſatis ſit quod Reiſkius

Digitized by Google

Reiskius conjecit: forte εἰ μὴ τῆς ἐλπίδος διήμαρτον." — *Ibid.* ἐξαδυνατήσαντα bene Casaub. cum Aug. ἐξαδυναστήσαντα ed. 1. Med. Reg. F. G. Vet.

Vers. 4. πάντας. Suspicati eramus πάντως; sed, quae proximo versu sequuntur, docent non solicitandam vulgatam. Vers. 4.

Vers. 5. ἐκεῖνο recte Casaub. consentientibus mastis. Imperite ἐκείνῳ ed. 1. quod habet ora Aug. ab antiqua manu. — *Ibid.* ὅτι τὴν μὲν Φάλαγγα καὶ τὴν ἀποσκευήν. Sic perspecte Casaubonus edidit, cum Scaligero inferens καὶ post Φάλαγγα, quam particulam ignorabat ed. 1. cum mastis omnibus. *Phalangem & impedimenta illac necessario, qua illi cogitaverant, ducere oportebat: leviter armati & expediti per montes & rupes scandere poterant.* In Aug. inter ὅτι τὴν & μὲν Φάλαγγα, superne adjecta est & ibi inferenda significatur praepositio κατὰ, ut sit ὅτι τὴν κατὰ μὲν Φάλαγγα τὴν ἀποσκευὴν, nullo sensu. ὅτι τὴν μὲν Φάραγγα τὴν ἀποσκευὴν habent Reg. F. G. & Tub. sed in Φάλαγγα cum Aug. consentit Vet. nec dubitamus quin & Vrb. & Med. Vrsini codex quid habuerit nescimus, sed ipse Vrsinus sic scribere jussit: ἐκεῖνο δ' οὐκ ἐβλεψαν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν Φάραγγα τὴν ἀποσκευὴν &c.

Ibid. ἀλλὰ τοῖς ψιλοῖς. ἀλλὰ καὶ τοῖς ψιλοῖς erat editum. Delevimus inutilem particulam, quam nescimus unde arripuerit primus editor; ignorant certe codices omnes nostri, nec agnoscebat Vrsini codex. Videtur ex conjectura eam inseruisse editor Basileensis, ut aliquo modo mederetur pravae lectioni, quae sequebatur, οὐκ ἂν δυνατὸς ἦν, pro οὐκ ἀδύνατος ἦν. Neminem vero, putamus, morari debet difficultas, quam Reiskius nexuit, contendens, post μὲν, quod est supra in τὴν μὲν Φάλαγγα, sequi non posse ἀλλὰ, sed necesse esse ut δὲ sequatur; quare sic legendum suspicatus ille erat: „οὐχ οἷόντ' ἦν τούτοις προσβαλεῖν ἅμα καὶ τοῖς ψιλαῖς καὶ τοῖς σὺζύγοις· εἰς οὐκ ἀδύνατος ἦν &c. id est: *gravi armaturae & jumentis non licebat ad montes trajectui assitos accedere una cum militibus levi armatura.*

Digitized by Google

Verſ. 5. *armaturæ, quibus per ipſas licebat calvas rupes euiti.* Non animadvertiſſe videtur vir doctus, ne ſic quidem poſt μὲν ſequi particulam δὲ, quam neceſſario deſiderari ipſe contendit. Illud etiam fugiſſe videtur Reiſkium, προσβαλεῖν hoc loco ex Polybii uſu *adſcendere* denotare, non *accedere*. — *Ibid.* οὐκ ἀδύνατος ἦν ex perſpecta Vrſini conjectura correxit Caſaub. cum οὐκ ἂν δυνατὸς ἦν eſſet in ed. 1. conſentientibus codicibus omnibus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἅμα τῷ πρὸς τὸ πρῶτον. Articulum τῷ, qui utique deſiderabatur, cum Scaligero recte adjecit Caſaub. Porro vero pro πρὸς τὸ πρ. Φυλ. idem Scaliger περὶ τὸ πρῶτον Φυλάκιον ſcriptum voluerat, quia ſcilicet ſequebatur προσμίξαι τοῖς περὶ τὸν Διογένην, & deinde ποιουμένοις. Sed multo probabilior certiorque videtur Caſaubon. ratio, qui, ſervans πρὸς τὸ πρῶτον Φυλάκιον, ſcil. τῶν πολεμίων, id eſt, *ad* vel *circa primam hoſtium ſtationem*, correxit τοὺς περὶ Διογ. & deinde ποιουμένους. — *Ibid.* ἀλλοιοτέραν ἐλάμβανε διάθεσιν. — „Aut legendum eſt ἐλάμβανον, ut referatur ad οἱ πολέμιοι, aut vulgato ἐλάμβανε addendum eſt τὸ πρᾶγμα." REISKIVS. — Sic utique ſcribendum nos quidem putamus, ἀλλοιοτέραν ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα (vel potius τὰ πράγματα, quod in ora Baſil. adnotavit Caſaubonus) διάθεσιν. cf. XVIII. 33, 4.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. καὶ μάλιστα ταῖς σφενδόναις. Invitis mſstis οὓς καὶ μάλιστα edidit Caſaub. quod tenuerunt poſteriores editores. Delevimus pronomen, quod nullo modo deſiderabatur.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐδίδοτο τοῖς λειτουργοῖς καιρὸς εἰς τὸ πᾶν τὸ πρὸ ποδῶν ἀνακαθαίρειν καὶ λεαίνειν μετ' ἀσφαλείας. *Operariis tunc facultas dabatur, tuto quidquid impediebat purgandi.* Cum κλῆρος vulgo, conſentientibus libris omnibus, legeretur, interpretatus eſt Caſaubonus: *operarum tunc partes erant, purgare &c.* Et REISKIVS: „*dabatur ipſis negotium*, parte operis ſua, & loco, in quo purgando elaboraret, ſuo cuique ſeu per ſortem, ſeu ex arbitrio

arbitrio imperatoris, assignato. Vide p. 81, 18." — Scil. lib. I. c. 57, 1. pro καιρὸν legendum fortasse κλῆρον suspicatus erat idem Reiskius, respiciens hunc locum, in quo nunc versamur. Nunc vero ita pergit: „Possit quoque καιρὸς legi." Sic autem & Casaub. in ora Basil. notaverat: „An καιρὸς?" — Quam nos conjecturam haud cunctanter in contextum adoptandam judicavimus. Nam ut alia taceamus, *negotium* quidem vel *mandatum* alicui sive sorte sive ex imperatoris arbitrio dari *ad aliquid faciendum* potest: sed nec sorte nec ex arbitrio imperatoris mandatur, ut μετ' ἀσφαλείας, id est, *tuto & absque periculo faciat.* Quod si quis fortasse urgeat, in sacris scripturis interdum vocabulum κλῆρος ea notione usurpari, quae videri possit huic loco convenire, praesertim in Actis Apost. 1, 17. ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, rursusque vers. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, is, si diligentius animum adverterit, intelliget, non esse eam exemplorum istorum rationem, quae ad tuendam apud Polybium h. l. vulgatam lectionem valeat. Sed cum idem vocabulum κλῆρος ex sacris scripturis familiare esset librariis, postquam apud Polybium hoc loco in voce KAIPOC evanuerat lineola transversa, qua a litera Λ distinguitur A, in promtu fuit, ut ex ΚΑΙΡΟC, ΚΛΗΡΟC facerent. Vers. 8.

Vers. 9. σφενδονητῶν. Mendose σφενδονηστῶν Vesont. & σφενδονιστῶν Reg. F. G. — *Ibid.* συναθροιζομένων. Temere συνηθροιζομ. ed. 1. — *Ibid.* τῶν δ' ἀσπιδιωτῶν. Conjunctionem ignorat ed. 1. cum msstis: ex conjectura adjecit Casaubonus. — *Ibid.* ἐφεδρευόντων. ὑφεδρεύοντων ed. 1. cum Med. — *Ibid.* ἐν τάξει. τάξει, absque ἐν, habet ed. 1. cum msstis omnibus. Quod ferri potuisse videtur, nec opus admodum erat praepositione, quam ex ingenio adjecit Casaubonus. Potuit tamen ea, ut saepe aliàs, absorpta videri ab extrema litera verbi praecedentis. — *Ibid.* φὺκ ἔμενον οἱ βάρβαροι. Sic ed. 1. consentientibus omnibus codicibus, quibus invitis nescimus quid Vers. 9.

Digitized by Google

Casaubonum commoverit ut ἀνέμενον scriberet, quod tenuerunt posteriores editores.

Cap. XXXI. CAPVT XXXI.

Vers. 1. *Vers.* 1. τὸν Λάβον. conf. ad c. 29, 3.

Vers. 2. *Vers.* 2. καὶ πεπεισμένων. Deest καὶ Reg. F. G. Vet. Tub. sed habet Aug. cum editis. — *Ibid.* τοὺς ὑπερδ. καὶ κατὰ νώτου τόπους. Sic correxit Casaub. ὑπερδεξίους καὶ κατὰ νώτου τόπους, absque τοὺς, Vrsinus. Poteras etiam suspicari ὑπερδεξίους τοὺς κατὰ νώτου τόπους.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐπὶ Τάμβρακα. Vide Cellarii Geogr. Antiq. lib. III. c. 20. p. 825. — *Ibid.* βασίλεια recte edd. & ora Aug. antiqua manu. βασιλέα Aug. Reg. F. G. Vesont.

Vers. 6. *Vers.* 6. Σύριγξα. Confer Danvillii Geogr. antiq. T. II. p. 294 seq. — *Ibid.* ἦν συνέβαινε. Deest ἦν ed. 1. & mss tis nostris. Ex ingenio perspecte adjecit Casaubonus, absorptum a terminatione ν vocabuli præcedentis. συνέβαινε δὲ κεῖθαι suaserat Scaliger. Verba συνέβαινε κεῖθαι usque εὐημερίαν parenthesi inclusit ed. 1. — *Ibid.* τὴν ἄλλην εὐημερίαν. Sic ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. nec dubitamus quin & Vrb. e quo nullum dissensum adnotavit Casaubonus. Nec ulla sane causa fuerat, cur repudiaretur probum vocabulum, quo & aliâs Polybium usum videmus VII. 9, 10. Hesychius: Εὐημερία· εὐδαιμονία. ubi vide quæ adnotavit doctus Editor. In familiari sermone potissimum usurpari solitum hoc vocabulum Suidas docet.

Vers. 8. *Vers.* 8. χωστροῖσι χελώναις. Vide Adnot. ad IX. 41, 1. — *Ibid.* οὐκ ἔλαττον recte edd. & sic ora Aug. ab antiq. manu. οὐκ ἐλάχιστον Aug. in contextu, Reg. F. G. Vet. Tub. — *Ibid.* ἑκάστης. Perperam ἑκάστοις ed. 1. invitis nostris codicibus.

Vers. 12. *Vers.* 12. ὑπέρβασιν, quod post συνθεασάμενος editio Basil. habet, utram ex msto codice ductum sit, an ex conjectura editoris, nescimus. Fortasse ὑπερβάσειν erat in codice, ut in Reg. F. G. & Vesont. aut ὑπερβάσαν, ut in Aug. & Vrb. Ex Tub. & Med. nullus quidem ab editis dissen-

Digitized by Google

dissensus enotatus est; nec tamen inde tuto colligitur, exactissime illos codices cum edd. consentire. Scaliger, distinctionem tenens quam habet ed. 1. sic: *συνθεασάμενος ὑπέρβασιν, ἀπέστειλε μετὰ τῶν μισθοφόρων*, post *ἀπέστειλε* excidisse suspicatus erat accusativum, nomen ducis. Casaubonus, *Τπέρβασιν* pro proprio nomine utens, ut structurae orationis constaret ratio, necesse habuit initio periodi *ὁ δὲ βασιλεὺς* in *ὃ δὴ βασιλεὺς* mutare. Nos vero nec improbamus Casauboni rationem, nec ita certam putavimus, ut in contextum adoptare auderemus: ac videmus, in eadem sententia Reiskium fuisse. Vers. 12.

Vers. 13. *διὰ πτάματος. διὰ τοῦ πτώματος* mallmus cum Reiskio, sicut V. 4, 9. — *Ibid. παρέδοσαν.* Perperam *παρέδωσαν* Aug. Reg. F. G. Vesont. Vers. 13.

CAPVT XXXII. Cap. XXXII.

Vers. 1. *Βουλόμενοι δὲ οἱ ὕπατοι* &c. De *Marcelli consulis obitu* confer Liv. XXVII. 26 seq. Plutarch. in vita Marcelli p. 315. & Appiani Bellum Hannib. cap. 50. — *Ibid. ἐπήγγειλαν.* Temere & invitis mss tis *ἐπήγγειλε* ed. 1. Vers. 1.

Vers. 2. *τῶν ἱππέων ἀναλαβόντες ἴλας δύο.* Sic h. l. omnes, praeter Reg. E. in quo *εἴλας* est. Accipiendum autem h. l. latiori notione vocabulum *ἴλη*. conf. ad cap. 21, 4. Livius & Plutarchus *cum equitibus ducentis & viginti* egressum scribunt; Appianus *cum trecentis*. Ceterum & in aliis nonnullis momentis a Polybio hic differt Livius; &, variam fuisse famam, ipse significat XXVII. 27 extr. Vers. 2.

Ibid. καὶ γροσφομάχους μετὰ τῶν ῥαβδοφόρων εἰς τριάκοντα. Forte *τριακοσίους* legendum suspicari licet cum Reiskio. Sane *triginta velites*, comprehensis etiam eodem numero lictoribus, operae pretium non erat, ut vel secum sumerent consules, vel ut commemoraret Polybius. Nec velitum, nec lictorum meminit Livius: *quinque lictores captos* commemorat Plutarchus.

Vers. 3. *Vers.* 3. *ὑπεστάλησαν.* — „Scil. *ἑαυτούς.*“ REISK. — conf. ad III. 48, 4. — *Ibid. ὑπὸ τὸν λόφον* correxit Casaub. cum Scaligero. conf. vers. 1. & Lexic. Polyb. in *ὑποστέλλειν.*

Vers. 4. *Vers.* 4. *παραγίγνονται.* Aug. Reg. F. G. *παραγίνονται* edd. Reg. E. — *Ibid. παρὰ τὰ πλάγια. τὰ* perperam deest Reg. E. F. G. Tub. — *Ibid. διαλείουσιν* recte Casaub. cum Vrb. Aug. Vrs. & Reg. E. Corrupte *διαλλείουσιν* ed. 1. Reg. F. G. Tub. *διαλείουσι* Vesont. conf. ad X. 6, 2.

Vers. 5. *Vers.* 5. *κατέβαλον* recte Casaub. cum Aug. & Reg. E. — *Ibid. καὶ τὸν υἱὸν* &c. Recte huc repositisse verba ista videtur Casaubonus, nisi quid amplius turbatum aut defectum est. Ante *καὶ τὸν* autem deesse verba *ἐν οἷς* suspicatus est Reiskius.

Vers. 6. *Vers.* 6. *ἀναβοώντων.* Perperam *ἀναβαινόντων* unus Reg. E. *ἀναβοᾶν, conclamare ad arma*, sive ore, sive buccinis, ut XV. 12, 2. — *Ibid. πέρας εἶχε τὸ πρᾶγμα.* Post haec in ed. 1. & mss tis omnibus locari illa verba *καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Κλαυδίου* &c. paulo ante ad vers. 5. monuimus: quae si hic suo loco stant, manifestum est, abruptam esse orationem & intercidisse nonnihil. Livius: *tumultuatum & in castris fuerat, ut consulibus irent subsidio; quum consulem & filium alterius consulis saucios, exiguaque infelicis expeditionis reliquias, ad castra venientes cernunt.* Fortasse complura etiam nonnulla, quae Polybius scripserat, praetermissa sunt h. l. ab Excerptore, & in his id quod de Hannibale, corpori Marcelli adstante, & vulnera omnia adversa conspiciente, Appianus ait, *laudasse Hannibalem Marcellum ut militem, cavillatum esse ut imperatorem.* Conf. Plutarch. p. 315 extr. & Spicileg. Reliquiar. ex lib. X. Polyb. num. I.

Vers. 8. *Vers.* 8. *θεωρῶν εἰ καὶ περί τι τῶν τῆς στρατηγίας μερῶν ἄλλο, καὶ περὶ τοῦτο διαμαρτάνοντας τοὺς ἡγεμόνας;* Corrupte scripti libri omnes: *θεωρᾶν εἰ καὶ περὶ τῆς στρατηγίας μερῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας τοὺς ἡγεμόνας.* In uno Aug. inter *περὶ τῆς* & *στρατηγίας* iniquo loco

loco inferendus indicatur articulus τῶν, inter lineas scriptus a prima quidem manu. Editio Basileensis, tenens cetera, novo præterea errore εἰκὰς pro εἰ καὶ habet. Vrsinus corrigere jussit εἰ καὶ περὶ τῶν τῆς στρατηγίας μερῶν, in reliquis nil mutans. Casaubonus τι ante τῶν adjecit, (commoda utique ratione, sed fortasse non necessaria;) tum περὶ τοὺς διαμαρτ. in περὶ τοῦτο διαμαρτ. perspecte mutavit. Denique REISKIVS, dubitanter quidem, monuit: „Forte sic distinguendum & legendum est: μερῶν ἄλλο, καὶ περὶ τοῦτο." Quæ emendatio omnino necessaria nobis visa est. Sic in simillima dictione post εἰ καὶ alibi ἕτερος sequitur, quod idem valet atque ἄλλος, numquam vero sequitur particula ἀλλά. vide III. 95, 7. VI. 25, 11. XVII. 12, 3. Vers. 8.

Vers. 9. διότι adjecimus cum Med. Reg. E. & ora Aug. ubi ab antiqua manu adscripta hæc particula; quæ cum desideraretur vulgo, Vrsinus deinde ἀπέχειν δεῖ in ἀπέχειν δεῖν jusserat mutare, in quo ei obsecutus est Casaubonus, contra librorum omnium fidem. — *Ibid.* συμπάσχει recte ed. 1. consentientibus msstis. Temere συμπάσχῃ Casaub. & seqq. Vers. 9.

Vers. 10. τί δ' ἀγνοοῦντος recte scripsit Casaub. Mendose τί δ' ἀγνοοῦντες ed. 1. cum msstis. Vers. 10.

Vers. 11. ἐν Καρὶ cum Vrb. & Vrsino correxit Casaub. Sic & in Reg. E. cum in contextu esset ἐν παρεῖ, inter lineas correctum ab eadem manu ἐν Καρί. Mendose ἐν ἀκαρεῖ ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vet. Tub. Proverbii illius, ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον, vim originemque declaravit Suidas in Ἐν Καρί, & paulo etiam uberius Michaël Apostolius in Proverb. Centur. VIII. num. 34. Cares primi omnium mercede militasse perhibentur: unde *in Care periculum* de eis dicitur, qui, mercede conducti, periculo pro aliis sese objiciunt. Vers. 11.

Post hoc CAPVT XXXII. inferenda fuerint *duo Fragmenta*, num. I & II. quæ retulimus in *Spicileg. Fragment.*

gment. ex libro X. Tom. V, p. XXXVII seq, si modo recte ad Polybium auctorem a nobis relata sunt.

Cap. XXXIII.

CAPVT XXXIII.

Vers. 2. *Vers.* 2. κατὰ τοῦτο δέ. Particulam δὲ ex conject. adjecit Casaubonus.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἀσφαλείας αὐτοῦ. Sic ed. 1. cum mssis. αὑτοῦ Casaub. & seqq.

Vers. 4. *Vers.* 4. κἂν ποτε πέσῃ τὰ ὅλα. Reiskius: „Forte πταίσῃ τὰ ὅλα." — Quod speciem habere nobis visum erat, quoniam πταίειν aliquanto minus est quam πίπτειν, & quoniam, πεσόντων τῶν ὅλων, id est, *perdita rerum summa*, videbatur, vix inveniri rationem ullam posse qua reparetur damnum. Sed videmus, παλίτευμα προφανῶς ἄρδην etiam πεπτωκὸς (I. 35, 5.) tamen erectum rursus

Vers. 5. & restitutum esse. Pro πταίσαντος vero *vers.* 5. utique πεσόντος scripsisse Polybium putemus. πταίειν est *offendere, impingere, cladem accipere*; at nunc prorsus de *interitu* agitur.

Eodem vers. 5. τῷ νικᾶν. Sic Casaubonus correxit, nescimus utrum ex ingenio, an ex msto codice; certe sic noster Reg. E. habet. τὸ νικᾶν ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. quod servari poterat, si pro κρατεῖν legeremus καὶ κρατεῖν, quod etiam Reiskio generat in mentem. Sic c. 37, 4. κἂν μὲν ἡ τύχη δῷ τὸ νικᾶν. — *Ibid.* ἐξηρτῆθαι, Mendose ἐξηρτίσθαι Reg. E.

Vers. 6. *Vers.* 6. μειρακιώδη στάσιν. Sic Casaubonus ex conjectura edidit; sed interposito ante στάσιν *asteriſco* significavit, corruptum sibi videri hoc vocabulum: vertit autem *propter animi levitatem juvenilem*. Nos vero, donec certius aliquid reperiatur, μειρακιώδει στάσει revocatum velimus ex ed. 1, cum qua faciunt Aug. Med. Reg. F. Vesont. Tub. nec procul discedunt ceteri; μειρακιώδει στάσει Vrb. μειρακιώδη στάσει Reg. G. μειρακιώδη στάσει Reg. E. REISKIVS: „Forte μειρακιώδη παράστασιν, *impetum mentis motæ, audaciam, temeritatem puerilem*." — Conf. III. 84, 9.

Digitized by Google

84, 9. Fortaſſe tamen στάσιν vel στάσει tueri locum ſuum poteſt eadem notione, qua XVI. 34, 11. uſurpatur hoc vocabulum, pro *inſtituto*, *propoſito*.

Verſ. 7. ἓν γὰρ δή τι. Sic Aug. Reg. F. G. & alii cum editis, excepto Reg. E. in quo eſt ἓν γὰρ δεῖ τι. Mox vero γίγνεται ex conject. correxit Caſaub. Perſpecte vero Reiſkius aut ἀεί τι - - γίγνεται, aut δεῖ τι γίγνεσθαι legendum judicavit. Verſ. 7.

CAPVT XXXIV. Cap. XXXIV.

Verſ. 1. Κατὰ δὲ τὴν Ἰβηρίαν Πόπλιος &c. Manifeſte has res in eumdem annum Polybius refert, quo Marcellus Conſul cæſus eſt, id eſt in A. V. 546. Sed Livius XXVII. 17 ſeqq. in annum ſuperiorem 545. De quo diſſenſu Livii in temporum ratione a Polybio jam diximus ad initium cap. 2. hujus libri. Verſ. 1.

Ibid. ἐν Ταρακῶνι. Nihil h. l. variant libri. Rectius tamen fuerit ἐν Ταρράκωνι, quam formam unice agnoſcit Stephanus Byz. Conf. ad X. 20, 8, & ad III. 76, 12. Sed mox rurſus hoc cap. verſ. 4. in Ταρακῶνα conſentiunt omnes, pariterque cap. 40, 12. — *Ibid.* ἐν τοῖς πρὸ τούτων. vide cap. 20, 8. καθάπερ πρὸ τούτων, omiſſis verbis ἐν τοῖς, Reg. F. Veſont. Prorſus corrupte καθάπερ πρὸς τούτων Reg. G. Tub. — *Ibid.* εἰς τὴν αὐτῶν φιλίαν. Perperam αὐτῷ Reg. E. neglecta nimirum lineola tranſverſa, ſuperne imponenda ad indicandam literam ν. — „αὐτῶν, *Romanorum* puta, in quibus ipſe inerat Scipio.“ REISK. Conf. ad III. 76, 5.

Ibid. διὰ τῆς ὁμήρων ἑκάστοις ἀποδόσεως. Cum vulgo omnes in ἐν ἑκάστοις conſentirent, monuit Reiſkius, aut ἐν delendum, aut ἐς ἑκάστους ſcribendum. Priorem rationem ſtylo Polybiano convenientiorem judicavimus. De nominibus ſubſtantivis conſtructis cum dativo caſu, quem adſciſcunt aliâs verba, unde illa nomina derivantur, diximus ad I. 11, 1. T. V. p. 170. Præpoſitionem item ἐν imperite intruſam paſſim a librariis vidimus poſt vocem, in

Digitized by Google

literam ν exeuntem. Conf. ad V. 35, 6. VIII. 5, 2. IX. 8, 5.

Vers. 2. *Vers.* 2. *ἐκ ταὐτομάτου, forte fortuna.* — „Livius videtur male hanc vocem accepisse; nam *fortuita inclinatio animorum*, quam ille dicit, [XXVII. 17.] non videtur potuisse dici.“ CASAVBONVS *in ora Basil.*

Ibid. Ἐδεκῶνα. Sic constanter vocat Polybius: *Edesconem* Livius. — *Ibid. τὸν * δυνάστην.* Livius: *Edescon, clarus inter duces Hispanos.* Cum omnes vulgo *τὸν δυνατὸν δυνάστην* darent, Casaubonus vertit, *notæ inter suos potentiæ regulus.* Vocabulum *δυνατὸν* ut suspectum notavit Scaliger. Sigonius, Polybii ista verba adferens ad Liv. XXVII. 17. idem vocab. *δυνατὸν* prorsus prætermisit. REISKIVS ad hunc locum: „Non improbo quidem, inquit, *δυνατὸν*, (vid. p. 844, 15.) [id est, cap. 35, 6.] Non possum tamen dissimulare, mihi videri in illo vocab. *δυνατὸν* latere *nomen populi Iberici*, cui Edeco imperitabat.“ — Quæ conjectura cum per se speciem habeat, tum per situm regionum licere putavimus, ut suspicaremur, *τὸν Ἐδετάνων δυνάστην* scripsisse fortasse Polybium. *Sedetani* vel *Edetani* partim ab occasu, partim a meridie habitabant Ilergetibus, quibus Indibilis imperabat, propemodum ad viam, qua proficiscendum fuerat Scipioni, Tarracone Carthaginem Novam ducenti, indeque redeunti. Iidem *Edetani*, *socii* deinde vocantur *populi Romani* apud Liv. XXVIII. 24. Et facile *Δετανῶν*, ignotum nomen librariis, in *δυνατῶν* & dein in *δυνατὸν* detorqueri potuit. Fuit etiam cum suspicaremur, *δυνατὸν* ex *δυνάστην* esse corruptum, quemadmodum vs. 5. pro *δυνατῶν* Vrb. *δυνατῶν* habet) & imperite duas lectiones conjunctas esse, alteram probam, alteram corruptam. Posset etiam utrumque vocabulum teneri, si esset *τῶν δυνατῶν δυναστῶν*, scil. *τινα*; sed *τὸν δυνατὸν δυνάστην*, nobis quidem judicibus, ferri nullo modo potuit.

Ibid. ἅμ᾽ αὐτῷ προσπεσεῖν. Conjectura haec fuerat Gronovii, qui eam ad oram sui libri notavit. In eamdem senten-

Digitized by Google

sententiam Reiskius: „Forte ἅμα τῷ αὐτῷ προσπεσεῖν.“ — Fatemur tamen, ferri vulgatam potuisse, adeoque debuisse, ἅμα τῷ προσπεσεῖν, scil. αὐτῷ, quod quidem pronomen haud ægre subintelligi poterat. — *Ibid.* τὴν τῆς Καρχηδ. ἄλωσιν. τὴν deest ed. 1. & mssis, excepto Aug. in quo quidem pariter primum fuerat τῆς Καρχ. ἁλ. absque τὴν, sed mox ab eadem manu τῆς in τὴν mutatum. Satis fuerat τὴν Καρχ. ἁλ. absque τῆς. — *Ibid.* καὶ τῶν υἱῶν recte edd. conf. vs. 3. καὶ τὸν υἱὸν Aug. Reg. E. F. G. Vat. Vers. 2.

Ibid. εἶναι ἐβουλήθη. Sic Casaubonus. ἐβουλήθη γενέσθαι Vrsinus: ex conjectura uterque. — *Ibid.* τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. Non placet. Imo vero illud τῆς αὐτῆς ὁρμῆς, quod habent libri omnes, ex τῆς αὐτῶν ὁρμῆς corruptum videtur, quod in contextum receptum malimus.

Vers. 3. Post πεπεισμένος vulgo inferebatur comma, quod delevimus, monente Reiskio, quoniam cum μάλιστα arctissime in sententia cohæret οὕτως. Sed, quod sequitur καὶ δόξαι, nunc demum animadvertimus, mendosum esse: nam nec sententia bene cohæret, nec constructioni orationis satis constat ratio, quum aut δόξειν oporteret, aut δόξαι ἄν. Nos quidem non dubitamus, εἰ δόξαι scripsisse Polybium, quod refertur ad μάλιστα οὕτως, hac sententia: *hoc maxime modo - -, si existimaretur ipse, non necessitate coactus, sed sponte ad Romanos defecisse.* Vers. 3.

Vers. 4. μετὰ τῶν οἰκείων καὶ φίλων. Si quis vulgatam defendendam putaverit, quæ ignorat particulam καὶ, cum eo non contendemus nos quidem. Ignorant eam pariter omnes nostri codices, & ex solo Med. enotavit Gronovius. Tamen etiam Casaubonus in vers. lat. eamdem expressérat: *cum amicis & necessariis suis.* Et mox omnes habent τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς. Vers. 4.

Vers. 5. δυναστῶν. Mendose δυνατῶν Vrb. Conf. ad vs. 2. Vers. 5.

Vers. 6. οὐ μόνον αὐτόν. αὐτὴν ed. Casaub. et seqq. in. vitis msstis. Vers. 6.

Digitized by Google

Vers. 7. *Vers.* 7. ἂν νομισθείη παρ' αὐτῷ φίλος. Putares παρ' αὐτοῦ, vel παρ' αὐτῶν, ut voluit Reiskius: sed fic solet παρὰ cum dativo casu construere, ut monuimus ad VIII. 14, 7. conf. III. 30, 2. X. 40, 5. &c. Malimus tamen cum aliis codicibus παρ' αὐταῖς, in plurali numero, scil. Ῥωμαίοις; quo numero et supra usus est vers. 1. εἰς τὴν αὐτῶν φιλίαν.

Vers. 8. *Vers.* 8. πρός τε τὴν φιλίαν αὐτὸν προσδεδεγμένον. αὐτὸν unus Reg. E. Ceteri omnes αὐτὸν, quod ferri potest, nec opus est in αὐτῶν mutare; nam aut intelligi potest αὐτῶν, aut τὴν φιλίαν idem valet ac ταύτην τὴν φιλίαν, nempe φιλίαν αὐτῶν. προσδεδεγμένον cum Scaligero Casaubonus scripsit: recte, ut nobis videtur; nam προσδεδεμένον, quod habent libri, (si modo graeca dictio est, προσδεδεμένος πρὸς τὴν φιλίαν τινὸς,) pertinebit ad eum *qui alterum sua amicitia complectitur, qui alterius amicitiae se tradit;* nunc vero id quaeritur, an eum *recepturi* sint & *admissuri in suam amicitiam* Romani. conf. I. 16, 6 & 8. Videntur librarii in animo habuisse phrasin illam, qua supra vers. 1. usus est, τοὺς Ἴβηρας εἰς τὴν αὐτῶν φιλίαν καὶ πίστιν ἐνεδήσαντο. Neque vero nostra nos auctoritate ausi fuissemus scripturam librorum mutare, cujus defensionem erunt fortasse qui suscipiendam putent.

Ibid. ἐπὶ τὸ παρακλήσιον ἥξειν. Articulum τὸ, qui desiderabatur vulgo, adjecimus cum Vrb. & Med. Et in Aug. inter lineas adjectus est a prima quidem manu. Pro ἥξειν mendose ἄξειν habet ed. 1. Aug. & Reg. E. quod ad eumdem errorem pertinet, quo omissus est articulus.

Vers. 9. *Vers.* 9. τιμῇ καὶ φιλανθρ. Vocabulum τιμῇ deest Reg. F. G.

Vers. 10. *Vers.* 10. εἰς τὴν αἰκείαν, ἕως ἂν λαβὼν ἀφορμὴν εὔλογον ἐπιδείξηται τὴν αὐτοῦ &c. Scripti libri omnes cum ed. 1. habent εἰς τὴν αἰκίαν, ἀναλαβὼν ἀφορμήν. Tum εὔλογον quidem ed. 1. sed εὐλόγους Aug. Reg. E. F. G. Vat. Tub. quod ex εὐλόγως corruptum videri poterat, quod adverbium & alias frequentavit Polybius. Denique ἂν ἐπιδείξηται habet ed. 1. cum Aug. Reg. E. F. G. Vat. Tub. putamus etiam

Digitized by Google

etiam Med. & Vrb. Quæ omnia & emendatione utique indigebant, & præclare a Casaubono emendata videntur. Verbum ὑπεροδεικνύναι familiare esse Polybio, docebit Lexicon Polybianum. — *Ibid.* κατὰ δύναμιν bene editum est, nescimus an ex codice msto. Nostri quidem omnes mendose καὶ δύναμιν; sed sæpe κατὰ cum καὶ perperam commutatum a librariis vidimus. Vide loca citata ad III. 23, 3. Vers. 10.

CAPVT XXXV.

Cap. XXXV.

Vers. 1. συλλελογισμένος Casaub. cum Vrb. Reg. E. & cod. Vrsini. Vers. 1.

Vers. 2. παρὰ τὴν συνουσίαν ex ing. correxit Casaub. cum Vrsino, περὶ τὴν συνουσ. ed. 1. cum msstis, confusione solenni librariis, cujus exempla habemus X. 39, 8. X. 23, 1. & sæpe alias. — *Ibid.* οἰκείαν Casaub. οἰκίαν ed. 1. cum msstis. Vers. 2.

Vers. 3. αὐτῶν. αὐτῷ Reg. E. eodem errore quem paulo ante notavimus. Vers. 3.

Vers. 4. καλῶς κατὰ νοῦν. Passim ante κατὰ perperam copulam καὶ omiserunt librarii: sic III. 23, 3. III. 103, 5. Pro νοῦν mendose νῦν habent Reg. F. G. Vesont. Vers. 4.

Vers. 5. Μετὰ δὲ τὸν τούτων χειρισμόν. Sic Casaubonus, dubitans tamen, in ora Basil. notaverat: „an χειρισμὸν?“ — Id vero ipsum haud dubie verum pronunciavit Ernestus; cui veremur ne præpropere hoc loco simus obsecuti. Nam μετὰ τὸν τούτων χωρισμὸν, in quod consentiunt libri omnes, id est, *post horum discessum*, poterit fortasse haud incommode ad *discessum Edeconis, & eorum qui cum eo venerant*, referri. Ceterum de vocabulorum χωρισμὸς & χειρισμὸς confusione diximus ad I. 28, 4. conf. ad X. 44, 9. — *Ibid.* τῶν ναυτῶν. De hac correctione monuit Gronov. in Notis msstis. Conf. ad I. 49, 2. De nautis vero in legionariorum numerum, rarius quidem, sed interdum tamen, relatis, conf. quæ notata sunt ad X. 17, 12. — *Ibid.* σημαίας Casaub. & sic Aug. inter lineas ab antiq. manu. σημείας ed. 1. cum cett. codd. Vers. 5.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἀνδοβάλης δὲ καὶ Μαγδόνιος. Conf. IX. 11. & X. 18, 7 ſeqq. Ἀνδοβάλης recte Reg. E. & edit. Gron. & Ern. Ἀνδομάλης h. l. Vrb. Sic & Aug. ſed in hoc ſuperne adſcripta litera β, velut inſerenda poſt μ. Ἀνδομάλις ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. Ἀνδοβάλις Med. & ſic h. l. edidit Caſaub. Aberrant quidem etiam cap. 37, 2. codices nonnulli, β cum μ commutantes; ſed in prima declinatione uſurpant omnes hoc nomen, & mox eodem cap. 37, 7. & deinde in Ἀνδοβάλης, Ἀνδοβάλου, Ἀνδοβάλην, conſentiunt.

Ibid. ἐπετήρουν. Non improbamus ſimplex verbum ἐτήρουν, ſed præſtabilimus compoſitum, quia veroſimilius eſt, ab aliis librariis temere omiſſam eſſe præpoſitionem, quam ab hoc adjectam. Nil vero opus videtur, ut cum Reiſkio putemus, intercidiſſe h. l. verba πρὸς τὸ παρασκευάζειν, aut in eamdem ſententiam alia, quæ facile ſubintelligi poterant. — *Ibid.* εἰς ὁμηρίαν Caſaub. cum Reg. E. & Vrſin. Mendoſe εἰς ὁμηρίας ed. 1. cum cett. codd. — *Ibid.* τὰ τοῖς πρὸ τούτων. Vide lib. IX. c. 11.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐκ τῆς τῶν Καρχηδ. παραμβολῆς. ἐκ τῶν Καρχ. παρ. Reg. E. F. G. Veſ. Sic & Aug. in contextu, ſed ab eadem manu punctis ut mendoſum notatur τῶν, ſuperſcripto articulo τῆς. Ac ſane ſatis erat ἐκ τῆς Καρχ. παραμβ. — *Ibid.* αὐτοῖς τὴν ἀσφαλ. Mendoſe αὐτῶν ed. 1. & Med.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἀπολιπεῖν. ἀπολειπεῖν (ſic) Aug. Reg. E. quod ex illo, non ex ἀπολείπειν corruptum videri debet. Solet enim cum verbo συνέβη aoriſtum ſecundum infinitivi conſtruere Polybius. — *Ibid.* βαρυνομένους. Temere βαρχυνομένους ed. 1.

Cap. XXXVI.

CAPVT XXXVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τοῦ κατορθοῦν ἐν πράγμασι. Sic correxit Caſaub. τοῦτο κατορθοῦμεν πράγμασι dant libri noſtri omnes, Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub. τοῦτο κατορθοῦν μὲν πράγμασι ed. 1. τοῦ τε κατορθοῦν μὲν πράγμασι ſcribere juſſerat Vrſin.

Digitized by Google

Vrſin. Poterat ſufficere κατορθοῦν πράγμασι, abſque ἐν, quemadmodum dicit κατορθοῦν τῇ μάχῃ II. 70, 6. At pariter cum præpoſ. ἐν conſtruitur hoc verbum, ut κατορθοῦν ἐκ πολλοῖς I. 37, 7. Quare, quoniam particula μὲν, quam inſertam Vrſinus voluerat, (ex κατορθοῦμεν, quod dabant libri) nihil habebat quo referretur, lubentes tenuimus Caſauboni in hac parte emendationem, κατορθοῦν ἐν πράγμασι. Placet vero τοῦ τε pro τοῦτο. Sed in Aug. ab antiqua manu inductæ ſunt duæ poſtremæ literæ vocis τοῦτο, & in ora diſerte ſcribitur τοῦ κατορθοῦν μέν. Verſ. 1.

Verſ. 3. ὑπολαβόντες. Mendoſe ὑπολαβόντας ed. 1. Reg. F. G. Veſont. Verſ. 3.

Verſ. 5. ἄλλως μὲν γὰρ ὑπέλαβον. Sic Caſaub. ex conjectura. ἄλλως μὲν οὖν ὑπελ. ed. 1. & Med. ἄλλως μὲν ὑπέλαβον Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* ἄλλως δὲ τηρεῖν, οὐκ ἔμαθον δὲ, διότι κάλλιστα &c. Et hoc perſpecte Caſaubonus. Ante eum, conſentientibus codicibus, ſic erat editum, ἄλλως δὲ τηρεῖν οὐκ ἔμαθον. διότι κάλλιστα &c. Vbi Vrſinus pro ἄλλως δὲ τηρεῖν ſcribendum putaverat ἀλλ' ὡς δεῖ τηρεῖν. — *Ibid.* οἱ μάλιστα διαμείναντες ſagaciſſime idem Caſaub. reſtituit, cum in corruptiſſimam ſcripturam οὐ κάλλιστα conjuraſſent libri omnes. Sic viciſſim pro κάλλιστα eſt μάλιστα in ed. 1. X. 40, 7. Verſ. 5.

Verſ. 6. διότι κτῶνται μὲν edd. cum Reg. E. & ora Aug. neſcimus an Vrb. & Med. Corrupte δ' ὅτι ἐκ τῶν τε μὲν Aug. in contextu, Reg. F. G. Veſ. Tub. Verſ. 6.

Verſ. 7. Octo verba, τυχόντες - - ὑποτεταγμένων deſunt Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* συμπίπτουσι. — „Forte συμμεταπίπτουσι.“ REISK. — Imo confidenter hoc reſcriptum velimus. Nam μεταπίπτειν, non πίπτειν, eſt *mutari*, quæ notio hic deſideratur; vide V. 49, 7. XXI. 5, 7. Et ipſum verbum συμμεταπίπτειν τινὶ, *ſimul cum aliquo mutari*, habemus IX. 23, 8. — *Ibid.* Καρχηδονίοις. Καρδονίοις ed. 1. operarum errore. Verſ. 7.

CAPVT

CAPVT XXXVII.

Cap. XXXVII. Vers. 2. *Vers.* 2. ἡ περὶ τὸν Ἀνδοβάλην ἀπόστασις. ἢ τῶν περὶ τὸν Ἀνδοβ. aut ἢ κατὰ τὸν Ἀνδοβ. legendum Reiskius censuit; haud sane incommode. Conf. vers. 7. Sed ἡ περὶ τὸν Ἀνδοβ. ἀπόστασις dictum videri poterit pro ἡ τοῦ Ἀνδοβάλου ἀπόστ. quemadmodum τὰ περὶ τὸν Ἄππιον προτερήματα, I. 16, 1. pro τοῦ Ἀππίου, & ἡ περὶ τὸν ἄνδρα μεγαλοψυχία, X. 40, 7. pro τοῦ ἀνδρὸς, quod est ibidem vers. 6. & id genus alia. Recte vero Ἀνδοβάλην h. l. Casaub. & seqq. cum Reg. E. Ἀνδομάλην ed. 1. & Tub. Sic & Aug. sed superscripta litera β super μ. Ἀνδομέχην Reg. F. G. Vesont. Vide notata ad cap. 35, 6. — *Ibid.* πρὸς τοὺς ἄλλους. τοὺς abest ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Vesont. Ex conjectura adjectum videtur a Casaubono. Ceterum de tota illa phrasi τὴν ἀλλοτριότητα τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς dubitationem movit REISKIVS, haud satis gravi quidem de caussa, ut nobis videtur. — „Si bene habet vulgata, inquit, est enallage dictionis, pro τὴν ὑπάρχουσαν τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς πρὸς αὐτόν. Aut legendum: αὐτῷ (id est πρὸς αὐτὸν) πρὸς (id est παρὰ) τῶν ἄλλων στρατηγῶν.“ —

Vers. 4. *Vers.* 4. παρεσκευασμένον recte Casaub. Vide ad VIII. 7, 2. παρασκευασμένον ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Vesont.

Vers. 5. *Vers.* 5. Ἀσδρούβας δή. De permutatis inter se particulis δὲ & δὴ diximus ad I. 20, 9. I, 30, 12. III. 21, 7. — „Forsan Ἀσδρούβας μὲν δή.“ REISK. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὴν μάχην. Sic recte edd. τὰ abest Reg. F. G. Vesont. Tub. In Aug. inter lineas superne adscriptum, a prima tamen utique manu. In Reg. E. sex desiderantur verba, quae sunt inter ἀσφαλῶς & μάχην.

Vers. 6. *Vers.* 6. τὸν Λαίλιον recte Casaub. cum Reg. E. & sic ex conjectura, certissima sane, scribere jusserat Vrsinus. Livius XXVII. 17. *Iam enim & Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat.* Confer Polyb. X. 19, 8. & c. 39, 4. Corrupte τὸν Αἰμίλιον ed. 1. Med. τὸν

Digitized by Google

τὸν Ἀλλίων Reg. F. G. Veſ. Tub. τὸν Ἄλλιον Aug. — *Ibid.* κατὰ τὴν δίοδον. κατὰ τὴν ὁδὸν Reg. E.

Verſ. 7. ἐκ τῆς παρεμβολῆς. Non *e Punicis caſtris*, ut interpretatus erat Caſaub. ſed *e ſuis caſtris*: nam Punica caſtra jam ante deſeruerat cum ſuis, & ſeparatim in munito loco caſtra metatus erat; vide X. 35, 7. & 38, 6. Verſ. 7.

Ibid. ἀπελογίσαντο περὶ τῆς προγεγενημένης σφίσι φιλίας πρὸς Καρχηδονίους. Primum verbum correxit Caſaubonus. ἀπελογήσαντο ed. 1. ἀπελογήσατο Aug. Reg. E. F. G. Veſont. ἀπελογίσατο Tub. De numero, quin in plurali ponendum fuerit verbum, dubitatio eſſe nulla poteſt. De verbo ἀπολογίσασθαι, ſæpius a librariis cum ἀπολογήσασθαι commutato, diximus ad II. 12, 4. Videri quidem prima ſpecie queat, defendi hic poſſe ἀπελογήσαντο, hac ſententia, *excuſabant amicitiam quam ante hoc tempus cum Poenis coluiſſent*: ſed ex eis quæ ſequuntur, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς χρείας καὶ τὴν ὅλην πίστιν ἐνεφάνιζον &c. denique ex univerſo argumento hujus orationis ſatis adparet, non *excuſare* voluiſſe Indibilem priſtinam ſuam in Poenos amicitiam, ſed *declarare* potius & *multis documentis demonſtrare*, (id vero eſt ἀπολογίζεσθαι,) *vere fuiſſe ſe olim fidelem Poenorum amicum*; quo nimirum intelligeret Scipio, nunc, quum gravibus de cauſſis a Poenis ad partes Romanorum diſcederet, parem fidem Romanis eum præſtiturum.

Verſ. 10. τῆς εὐνοίας τῆς ἐκείνων, id eſt, τῆς εἰς ἐκείνους. Conf. ad X. 17, 14. — *Ibid.* καλὰς ἐλπίδας. Perperam κακὰς ἐλπίδας ed. 1. cum Med. Verſ. 10.

Cap. XXXVIII.

CAPUT XXXVIII.

Verſ. 1. καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων &c. Particula καὶ refertur ad id quod ſequitur, μάλιστα δέ. Recte vero iſta habent, nec erat cur ſolicitarentur a REISKIO, qui — „forte deleto καί, ait, legendum τοῖς μὲν ὑπ' ἐκείνων, aut ſervato καὶ legendum καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπ' ἐκείνων, aut καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' ἐκείνων.“ — Nec opus videtur, ut poſt μάλιστα δὲ γινώσκειν cum eodem Reiſkio inſeramus αὐτός. Verſ. 1.

Digitized by Google

Vers. 3. *Vers.* 3. *ἀνθομολογησαμένων* recte Casaub. cum Aug. Reg. E. & Vrsin. *ἀνθομολογησομένων* ed. 1. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid. διότι παρακολουθοῦσι, intellexisse, cognovisse, scire se*, quanta æquitate & clementia obsides tractet Scipio. Diximus de illo verbo ad I. 12, 7. Fatemur tamen, quænam ei hoc loco vis potissimum subjecta sit, non satis nobis liquere. — *Ibid. προσκυνησάντων αὐτὸν* Casaub. cum Reg. E. *αὐτῶν* ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. quod posset ex *αὐτῷ* corruptum videri, quemadmodum Vrsinus suspicatus erat, nisi & probatus codex Reg. E. *αὐτὸν* daret, & alibi constanter cum quarto casu constructum legeretur hoc verbum apud Polybium, ut X. 17, 8. XV. 19, 5. XVIII. 37, 10.

Ibid. ἐπεσημήναντο. Sic corrigendum monuerant etiam Reiskius & Ernestus. Confer tamen notata ad IX. 9, 10. Cum vero in utramque partem, tam in bonam, quam in malam, usurpetur hoc verbum, Casaubonus verba ista *μὲν παρόντες ἐπεσημήναντο τὸ ῥηθὲν* interpretatus est, *omnibus qui aderant plausu & acclamatione dictum prosequentibus:* quod bene fortasse habet, præsertim si de præsentibus *Hispanis* intelligas; (de quibus etiam Livius XXVII. 19. sed alia occasione, de qua Polybius deinde cap. 40. loquitur, *multitudo Hispanorum*, ait, *Regem eum insperati consensu adpellavit:*) nam, *Romanos* quidem cum adplausu excepisse *Regis* nomen Scipioni inditum, non admodum est probabile; quamquam nil magnopere impedit, quin & his non displicuisse illam honoris significationem a barbaris profectam, putemus. Nos vero, *τοὺς παρόντας*, quos Polybius dicit, *Romanos* cogitantes, medio quodam sensu accipiendum verbum putavimus, ut hoc dicat, *notari illos sibi hoc verbum, observasse, non inobservatum prætermisisse;* quemadmodum VI. 6, 4 sq. opponuntur inter se *inobservatum prætermittere*, & *ἐπισημαίνεσθαι*, id est, *notare, observare;* & X. 41, 6. pro synonymis usurpantur *ἐπισημαίνεσθαι, observare*, & *συνεφιστάνειν τοὺς ἀκροωμένους, attentos reddere lectores.* At id si dicere vo-

luer

luerat Polybius, oportebat ſtatim adjicere aliquid ſimile ei quod deinde cap. 40, 3. ait, nempe τὸν δὲ Πόπλιον ἀνεπιστάτως παρέδραμε τὸ ῥηθὲν, vel ὁ δὲ Πόπλιος οὐκ ἐπιστὰς, aut aliquid ſimile; quale nunc quidem nihil comparet; niſi cum REISKIO ſtatuas, pro eo quod ſequitur ὁ δὲ Πόπλιος ἐντραπείς, addita negatione ſcripſiſſe fortaſſe Polybium ὁ δὲ Πόπλιος οὐκ ἐντραπείς, quod Reiſkius conferens cum cap. 40, 3. ſic interpretatus eſt: *nullo modo conturbatus; plane nullo ſigno prodens, ea oratione ſe motum, aut eam ad aures ſuas allapſam eſſe, vel in animum ſuum deſcendiſſe.* Nos, ἐντραπείς vertentes *rubore ſuffuſus*, Erneſtum ſumus ſecuti: cum qua tamen interpretatione pugnare videri poteſt id ipſum, quod cap. 40, 3. ſcriptor noſter dicit, *nunc inobſervatum illud verbum prætervolare paſſum eſſe Scipionem*; niſi ibi non tam intelligas, *quod non obſervaverit ipſe*, quam quod *abſque admonitione ad Hiſpanos facta præterire illud ſiverit.* Caſaubonus in alia omnia in ejuſdem verbi interpretatione diſceſſit; *Scipio*, ait, *eam appellationem averſatus*; tamquam ἐκτραπείς, pro ἐντραπείς, legiſſet: ſed ea quidem ſententia nimis manifeſte cum prædicto loco cap. 40, 3. pugnat. Ceterum familiaris Polybio notio verbi ἐντρέπεσθαι eſt *moveri dictis alicujus, cedere precibus.* Verſ. 3.

Ibid. θαῤῥεῖν αὐτοὺς παρῄνει. Sic editi, invitis noſtris quidem mssts, Aug. Reg. E. F. G. & Veſont. qui in αὐτοῖς conſentiunt, quod recipi utique debuerat. Sicut alii omnes ſcriptores, ſic & Polybius cum tertio caſu conſtruit verbum παραινεῖν, I. 81, 4. — *Ibid.* τεύξεσθαι, τεύξασθαι Reg. E. F. G. — *Ibid.* ἁπάντων τῶν Φιλανθρώπων. Emendationem iſtam præiverunt nobis Vrſinus Reiſkiusque, quam non videmus cur præciſe improbarit Scaliger, male (ajens) Vrſinus ἁπάντων. Imo vero ſic loquitur Polybius: XII. 5, 3. πᾶσιν ἡμᾶς ἠμείψαντο τοῖς τιμίοις καὶ Φιλανθρώποις. XII. 12, 5. τὴν τε πολιτείαν καὶ τἆλοιπὰ Φιλάνθρωπα.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν. *Haſdrubalem* dicit, Hamilcaris filium, Hannibalis fratrem, ut ſatis adparet ex cap. 37, 5. non Giſconis filium, quem anno ſequenti a Scipione prælio victam fugatumque narrat lib. XI. c. 20 ſqq. Duos viros resque diverſas confudit Appianus Hiſtor. Hiſp. c. 24 ſq. & utramque cladem Haſdrubalem, Giſconis filium, paſſum perhibuit.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐν τοῖς περὶ Καστουλῶνα τόποις, περὶ Βάκυλα πόλιν, οὐ μακρὰν τῶν ἀργυρείων μεταλλων. In Καστουλῶνα conſentiunt libri; pariterque rurſus omnes ἐγγίσας τῇ Καστουλῶνι XI. 20, 5. ubi manifeſte de eadem urbe agitur; de qua, præter alios, conſule quæ congeſſit Hieron. Suriета ad Antonini Itinerar. p. 402 ſq. edit. Weſſeling. Apud Stephanum Byz. penacate ſcribitur Καστάλων, μεγίστη πόλις Ὠρητανίας. Lucas Holſtenius vero, in Notis, pariter acuta voce Καστουλὼν expreſſit. *Caſtulonem* Latini vocant, atque etiam Ptolemæus, Romanorum uſum in efferendis nominibus ubique preſſius ſequi amans. Ad Bætim fluvium ſitam urbem, inter omnes conſtat. *Caſtulonenſem ſaltum* in ejuſdem rei, de qua nunc Polybius agit, deſcriptione commemoravit Livius XXVII. 20. Ejuſdem montis, e quo deſcendit Bætis fluvius, & *argenti metallorum*, qui in eo ſunt, Strabo meminit lib. III. p. 148. ubi mendoſam ſcripturam Καστωῶνι & Καστωῶνος ex Polybio corrigendam perſpecte Caſaubonus vidit. περὶ Βαίκυλα πόλιν. Nomen hujus urbis partim jam a Caſaubono, & paulo adcuratius etiam a nobis reſtitutum eſt ex mſstis, collato loco parallelo, quo ejuſdem urbis meminit Polyb. XI. 20, 5. Nam ibi περὶ Βάκυλα jam erat editum, conſentientibus fere codicibus: hic vero Βάβυλα quidem erat in ed. I. & Aug. Reg. F. G. Veſont. (permutatis literis β & κ, ut paſſim aliâs vidimus) ſed Βάκυλα Reg. E. & Vrb. quod proxime ad id, quod libro XI. legitur, accedit. Conſentitque Stephanus Byz. qui diſerte Βαίκυλα habet; ceterum in eo diſſentire videri poteſt, quod πρὸς ταῖς Ἡρακλείας στήλαις ſitam hanc urbem facit; in quo vel cum alia urbe, cui ſimile

Digitized by Google

simile nomen fuit, hanc confudisse censendus est, vel ex auctore quodam illa verba depromsisse, qui *ab Ibero fluvio, aut a citeriori Hispania, versus fretum Herculeum sitam Bœcula urbem* dixerat. Ad Livii auctoritatem timidius provoco, quia apud eum, ubi ejusdem urbis mentio fit, XXVII. 18 & 20. & XXVIII. 13. dissentiunt codices, quorum complures cum vett. edd. *Betulam* præferunt, sed tamen & ibi in *Bœculam* alii consentiunt. Quod vero apud Polybium h. l. Casaubonus Βαίκυλαν edidit, tamquam primæ declinationis nomen, sua id fecit auctoritate, & contra librorum omnium fidem, qui & hic & XI. 20, 5. in eam terminationem, quæ nomen plurale neutrius generis indicat, consentiunt: cum quo etiam convenit, quod vocabulum πόλιν hoc loco adjecit Polybius, quod fere adjicere solet urbium nominibus paulo obscurioribus, quæ sunt pluralis numeri. Ceterum de eadem urbe confer, si lubet, quæ adnotavimus ad Appiani Histor. Hispan. cap. 24. ad p. 130. lin. 84. ubi, quam Βαιτύκην vocant Appiani codices, eamdem hanc *Bœculam* esse existimavit Wesseling. ad Antonini Itiner. p. 411. Vers. 7.

Ibid. ἀργυρείων. ἀργυρίων Reg. E. F. G.

Vers. 8. μετεστρατοπέδευσε recte edd. cum Aug. (putamus & Med. & Vrb.) κατεστρατοπέδ. Reg. E. F. G. Vesl. Tub. — *Ibid.* ἐκλεξάμενον τόπον, ὀφρὺν προβεβλημένον. Livius XXVII. 18. *Hasdrubal in tumulum copias recipit, plano campo in summo patentem.* Quinque verba, a πλευρὰν usque τόπον, desunt Reg. E. προβεβλημένον correxit Casaubonus; multo sane rectius, quam Scaliger, qui, προβεβλημένην tenens, ἔχουσαν, quod sequitur, in ἔχοντα mutatum voluit. — *Ibid.* Verbum ἔμενεν necessario requisiverat sententia. conf. c. 39, 5. Vers. 8.

CAPVT XXXIX. Cap. XXXIX.

Vers. 1. προσβάλλειν πρὸς τὴν ὀφρύν; *conscendere tumulum*; ut X. 30, 5. III. 94, 1. &c. conf. ad III. 51, 6. Vers. 1.

Digitized by Google

Verſ. 2. *Verſ.* 2. παραγγελθέν. Sic cum ed. 1. dederunt Med. Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub. Vnus Vrſinus παραικελευσθὲν ſcribere jusſerat, ex ſuo codice putamus, nam abſque codice non videmus qui in eam conjecturam incidere potuerit, cum παραικελεύειν *cohortari* potius, quam *imperare* denotet. Dorvillius vero quid voluerit, non ſatis mihi liquet, qui, cum παραικελευσθὲν eſſet editum, ad Chariton. p. 578. ſcribit: „male codex meus gloſſam παραικελευσθὲν pro παραγγελθὲν habet.“

Ibid. αὐψύχως. ἀψύχως Reg. F. G. Tub. — *Ibid.* τοὺς παρ' αὐτῶν, ſcil. Καρχηδονίων, *ſuos*, nempe *Poenos*. Sic enim ſolet παρὰ cum genitivo caſu uti. conſer ad III. 9, 1. Et poterat τοὺς παρ' αὐτοῦ ſcribere; ſed amat eodem modo pluralem numerum. Vide ad III. 76, 5. Nec aliud debuit Reg. E. in quo αὐτῷ ex αὐτῶν decurtatum eſt, ut X. 34, 1. & ſæpius aliàs, neglecta lineola transverſa, ſuper ω ponenda.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. προσέβαλλε. προσέβαλε Reg. E.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. παρήγγειλε τὴν ἔφοδον. Poterat adjici verbum ποιεῖσθαι, quemadmodum X. 49, 2. ποιεῖσθαι παρήγγειλε τὴν ἀναζυγήν, & alia ſimilia. Videtur tamen nec incommode abeſſe poſſe, ut παραγγέλλειν τὴν ἔφοδον eadem ratione dictum ſit, qua vernacula dicimus *commander l'attaque*, & id genus alia. Conf. ad cap. 41, 3.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐγχειρεῖν αὐτοῖς cum Vrſino correxit Caſaub. ἐγχ. αὐτοὺς ed. 1. cum mastis. — *Ibid.* διὸ παρὰ τὴν προσδ. Sic Vrſinus ex ingenio corrigere jusſerat: id ipſum vero recte dedit Reg. E. διότι παρὰ τὴν ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Veſont. διὸ καὶ παρὰ τὴν Caſaub. ſua auctoritate. — *Ibid.* καθυστέρει monente eodem Vrſino ſcripſit Caſaubonus. καθυστερεῖ ed. 1. Reg. E. F. G. &c.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. κατὰ κέρας ποιουμ. τὸν κιν̃δ. Verba κατὰ κέρας, ad ſententiam neceſſaria, deſunt ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. Cum Vrſino adjecit Caſaub. & habet ea Reg. E. Mox vero quatuor verba ἀσφαλῶς ἐπὶ τὴν ὄφρὺν perperam prætermiſit idem Reg. E. — *Ibid.* προσάγοντες.

προ-

Digitized by Google

προάγοντας voluit Scaliger. Sed bene habet vulgata: προσάγειν est *recta ducere ad hostem, signa inferre, prælium committere.* Conf. XI. 1, 2. & Xenoph. Cyrop. I. 6, 43. & Suid. in Προσάγειν ex ejusdem Xenoph. lib. V. de Exped. Cyri. Vers. 6.

Ibid. τοὺς μὲν αὐτῶν προσπίπτοντας. — „Forte προσπίπτοντας. Potest tamen vulgata servari & defendi, si pro ὑποπίπτοντας ὑπὸ τὰς χεῖρας accipitur." REISK. — Pariter Casaubonus in ora Basil. quæsiverat: *an προσπίπτοντας?* Nulla causa. Imo vero προσπίπτοντας tenendum, & consueta notione intelligendum, *eos qui adgrediebantur Romanos clivum adscendentes;* ab his distinguit illos, quos sive παρεμβάλλοντας dicit sive παρεμβαλόντας, id est, *qui locum in acie etiamnum capiebant*, vel *qui in acie stabant.* Dubium videri potest, utrum debuerint librarii dare, παρεμβάλλοντας, an παρεμβαλόντας: nam παρεμβαλόντας scripserunt omnes, sicut est in ed. 1, cum duplici quidem λλ, sed penacuta voce. Neque vero prætereundum, quod Scaliger utrumque participium in nominativo positum voluit, προσπίπτοντες, & παρεμβάλλοντες vel παρεμβαλόντες.

Vers. 7. κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμούς. Vide cap. 37, 4 sq. Vers. 7.

Vers. 8. παρὰ τὸν Τάγον. „Forte πρὸς, ait REISKIVS, aut εἰς τὰ περὶ τὸν Τάγον." — Imo παρὰ, ut legerat Livius XXVII. 19. *prætер Tagum flumen ad Pyrenæos tendit.* De frequenti præpositionum περὶ & παρὰ confusione modo diximus ad cap. 35, 2. Præpositioni περὶ hic nullus esse potest locus, nisi statuamus, ad verba εἰς ἐπὶ τὰς Πυρήνης ὑπερβολὰς intercidisse participium aliquod, verbi causa προάγων, τὴν πορείαν ποιούμενος, aut in eam sententiam aliud. Vers. 8.

Vers. 9. τὴν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἔφοδον. Articulum τὴν ex ingenio adjecit Casaub. Ignorant eum prorsus ceteri codices cum ed. 1. Unus Reg. G. habet τῶν ἄλλων στρατηγῶν τὴν ἔφοδον. Vers. 9.

Digitized by Google

Cap. XL. CAPVT XL.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *καὶ πλείους.* Vnus Reg. E. prætermiſit *καί*.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *σφᾶς. σφᾶς* h. l. non ſolum Aug. pro ſua more, ſed & Reg. E.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τότε μὲν οὖν ἀνεπιστάτως αὐτὸν παρέδραμε τὸ ῥηθέν. ἀνεπιστάτως, ſine obſervatione, ſine animadverſione.* Per ſe quidem dupliciter hoc accipi poteſt: ſive *quod ipſe non obſervaverit, & animum non adverterit;* ſive quod *nihil obſervationis, nihil admonitionis ad Hiſpanos adjecerit.* conf. Fragm. Polyb. Grammat. num. XX. T. V. p. LXXX. & Adnot. ad X. 38, 3. Sed quod addit *αὐτὸν παρέδραμε τὸ ῥηθὲν*, & quod mox ait, *τότε εἰς ἐπίστασιν ἤγαγε τὸ γενόμενον*, docet, priori modo accipiendum, *prius eum ad dictum illud non magnopere advertiſſe animum. Nunc vero*, ait Polybius, *quum omnes una voce Hiſpani Regem eum adpellarent, advertit ea res Scipionis animum, cogitationem aliquam curamque ea res illi injecit.* De phraſi εἰς ἐπίστασιν ἄγειν με τοῦτο diximus ad II. 56, 6. Adde IX. 22, 7. Perperam vero ed. 1. & ſcripti libri omnes *αὐτῶν παρέδραμε*, pro quo recte Caſaub. *αὐτὸν* poſuit. conf. VI. 6, 4. Ad verbum eadem dictione *παρατρέχει με τοῦτο* latino etiam ſermone utimur, *hoc me præterit.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *βασιλικὸς* recte edd. & id ratio poſtulabat. Perperam *βασιλικῶς* codices noſtri Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub. Quod diſcrimen eſt inter *ἡγεμένα* & inter virum *ἡγεμονικὸν*, inter *ἄρχοντα* & virum *ἀρχικὸν*, & id genus alia, qualia plura habes apud Xenoph. in Memorab. Socr. lib. I. c. 1, 7. idem diſcrimen eſt inter *βασιλέα* & virum *βασιλικόν*. conf. V. 39, 6. & VIII. 12, 10. — *Ibid. οὔτε ἐθέλειν εἶναι.* Aut ſic utique oportuit, aut *οὔτ' εἶναι ἐθέλειν*. Sed magis placet Caſauboni illa ratio; & potuit facile intercidere verbum *εἶναι*, ex occaſione terminationis *ειν*, in quam exit verbum præcedens.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *ἤ* correxit Caſaub. cum Vrſino. *ἢ* ed. 1. Aug. Reg. E. *ἢ* Reg. F. G. &c. — *Ibid. ὑποταττομένους. ὑποτεταμένους* Reg. E. *ὑποτεταγμένους* voluit; ſed, non ſolici-

Digitized by Google

licitandam esse vulgatam, aliâs jam monuimus. Vide c. 36, 4 & 7. — *Ibid.* ἐξ αὐτῶν restituimus ex ed. 1. & msstis. ἐξ αὐτῶν ed. Casaub. & sqq. — *Ibid.* ἐν ἑαυτῷ. ἐν αὐτῷ solus Reg. E. nec male. Vers. 6.

Vers. 7. πρὸς τοῖς. Mendose πρὸς τοὺς Aug. Reg. E, F. G. Vat. qui tamen iidem mox recte ἔργοις dant. — *Ibid.* κάλλιστα. Mendose μάλιστα, invitis quidem nostris msstis, vide notata ad c. 36, 7. — *Ibid.* τῶν Φιλοίνου βωμῶν. Vide ad III. 39, 2. — *Ibid.* Συρίας. *Assyriæ* nomen cum *Syriæ* nomine frequenter permutarunt librarii, quibus ex sacris scripturis familiare istud nomen erat. — *Ibid.* Cum ἐν οἷς ἐπεβάλλετο καὶ βουληθείη esset in edit. 1. pro καὶ in ora ibidem scribitur εἰ, nempe ex editoris conjectura; nam in καὶ βουληθείη non minus quam in ἐπεβάλλετο consentiunt codices. Nobis omnino utrobique optativus, quem vocant, sive potentialis modus, cum particula ἄν, requiri videbatur. Vocabulum τόπους, quod sequitur, perperam deest codici Reg. E. Vers. 7.

Vers. 8. οὐ μόνον recte Casaub. cum Reg. E. F. G. Vesont. οὐ μόνην ed. 1. Aug. — *Ibid.* *Vers.* 9. ὑπερφρονεῖν ἂν ἐποίησε. ὁ δὲ Πόπλιος &c. Sic correxit Casaubonus. ὑπερφρονεῖν ἄν, ὁ ἐποίησε Πόπλιος, τοσοῦτον &c. ed. 1. Med. Vesont. ὑπερφρ. ἂν ἐποίησε Πόπλιος. τοσοῦτον &c. Aug. Reg. E. F. G. ὑπερφρ. ἂν ἐποίησε Πόπλιος ὁ τοσοῦτον &c. scribere jusserat Vrsinus. Vers. 8.

Vers. 9. ὥστε οὗ μεῖζον &c. Et hoc debetur Casaubono, cui quidem hactenus præiverat Vrsinus, ut ὡς οὗ μεῖζον scribere juberet, & deinde οὐ τολμήσειε. In ed. 1. & in codicibus nostris erat ὃς οὐ μεῖζον, & deinde ante τολμήσειε aberat negativa particula. — *Ibid.* τῆς περιβλέπτου. τῆς τε περιβλέπτου erat editum, consentientibus msstis, excepto uno Reg. E. qui ignorat τε. Poterat autem teneri ea particula, quam & restitutam Polybio velimus. Nec enim satis causæ fuisse fatemur, cur aut codicis illius auctoritati obtemperaremus, aut conjecturæ Reiskii, cui delenda visa erat particula τε, ut nata e proxima Vers. 9.

Digitized by Google

Verſ. 9. ſyllaba *τε* in vocab. *περιβλέπτου.* — *Ibid.* Vocabulum *δυναστείας* neſcimus unde depromſerit editor Baſileenſis, a quo accepit Caſaubonus & ſeqq. Deeſt omnibus noſtris codicibus Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub. De Med. & Vrb. nihil h. l. affirmare poſſumus. Sed utique aut id ipſum vocabulum aut aliud ſimile requirebatur.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Πυρηναίων ed. Gron. & Erneſt. cum Vrſino. Et eodem modo codex Aug. Πυρήναίων ed. 1. 2. cum cett. codd.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. *τῆς ὥρας ἤδη συναπτούσης. τῆς ὥρας συναφούσης ἅπαντας* dixerat V. 24, 1. Sed æque commodum & Polybianum verbum *συναπτούσης*, quod ſolicitari non debuit. Ad *ὥρας* intellige *τοῦ ἀναχωρεῖν καὶ παραχειμάζειν.* — *Ibid.* εἰς Ταραχῶνα cum Vrſino correxit Caſaub. Mendoſe εἰς Ταραχῶνας ed. 1, conſentientibus msstis. conf. ad c. 34, 1. — *Ibid. τὴν παραχειμασίαν.* Poſt hoc Excerptum nihil amplius ex libro X. habet *Codex Reg. E.* Proxima Ecloga, quæ in illo ſequitur, eſt ex lib. XL. c. 19. deinde vero ex lib. XI. c. 1-3. &c.

Cap. XLI. ## CAPVT XLI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Οἱ μὲν Αἰτωλοὶ προσφάτως ἠτυχημένοι* &c. Pæne ad verbum hæc & reliqua hujus capitis & cap. ſeq. expreſſit Livius lib. XXVIII. 5, in rebus quidem anni ab V. C. 547. — *Ibid. πάντας ἐξέπληττον. πάντας* ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* Πέπλιον. *P. Sulpicium Gallum* dicit, ut ex Livio diſcimus. confer Adnot. ad IX. 42, 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Μαχανίδαν correxit Caſaub. *Μαχανίδα* h. l. ed. 1. cum msstis. Erat autem *Machanidas*, Lacedæmoniorum tyrannus, a Philopœmene deinde anno ſequenti prælio victus occiſusque, ut docet lib. XI. c. 11. ſeqq.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Βοιωτοὶ δὲ δεδιότες. *δέ*, cum perperam deeſſet editis & msstis, adjecimus, moniti etiam ab Vrſino, Gronovio & Reiſkio. — *Ibid. Φιλοτονώτατα* non debuit ſolicitari. Eſt ipſum Latinorum *operoſiſſime, laborioſiſſime.* — *Ibid. ἠξίουν τινὰ πρόνοιαν τῶν πολεμίων. πρόνοιαν τῶν πολε-*

μίων

Digitized by Google

μίων idem eſt ac πρόνοια κατὰ τῶν πολεμίων, *diligentia in providendo & occurrendo hoſtibus.* Sed neceſſario opus eſſe videtur adjecto verbo ποιεῖσθαι, quam & Reiſkii videmus fuiſſe ſententiam. Sane non ita commode dicitur ἔχτουν τινὰ πρόνοιαν, abſque ποιεῖσθαι, ut παράγγειλε τὴν ἔφοδον cap. 39, 4. Verſ. 3.

Verſ. 4. Σκερδιλαΐδαν. Sic h. l. primus edidit Gronov, cum eſſet Σκερδιλαΐδον, conſentientibus hoc uno loco mſstis. conf. Adnot. ad II. 5, 6. *Pleuratum* fuiſſe filium Scerdilædi, docuimus ibidem ex Livio XXXI. 28. — *Ibid.* Μαυδοὺς ſcripſimus cum Vrb. & Stephano Byzant. Μαύδους ed. Caſaub. cum Vrſino & Aug. Μαίδους ed. 1. Reg. F, G. Med. Veſ. — *Ibid.* οἰκίας correxit Caſaub. Verſ. 4.

Verſ. 5. Pro συγκλείειν & κωλύειν Reiſkius συγκλείσειν & κωλύσειν maluerat; ſed conſentiunt libri, quorum ſcriptura nihil magnopere incommodi habet. Verſ. 5.

Verſ. 6. Δοκεῖ δέ μοι ex conjectura edidit Caſaub. Sic vero & prius fuerat in Veſont. ſed mox in δὴ mutatum, in quod conſentiunt ceteri. — *Ibid.* Vtique κατὰ τὰς ψυχικάς τε καὶ σωματικὰς videtur legendum, quod & Caſaubonus in verſione latina expreſſit. Verſ. 6.

Verſ. 7. διάδηλα perſpecte correxit idem Caſaub, διάλληλα Vrb. διάβηλα ed. 1, Aug. Reg. F, G. Veſ. Tub. — *Ibid.* ἀλκήν. Corrupte ἀλμὴν Reg. F. G, & Tubing, quod notandum propter rariorem aliâs confuſionem literarum κ & μ, quam tamen confuſionem non admodum mirabuntur ii, qui meminerint eamdem literam κ cum β frequentius permutatam. — *Ibid.* ὑπὸ τοῦ Φιλίππου. — „Forte ἐπὶ, *in Philippo.*“ REISK. — Nos quidem in vulgata adquieſcendum putavimus. Verſ. 7.

Verſ. 8. τὰς μὲν πρεσβείας ἀπέλυσε, πάσαις τὰ δυνατὰ ποιήσειν ἐπαγγειλάμενος· τῷ δὲ πολέμῳ παντα χόθεν ἐπῆκε. Haud incommode ſic emendatum eſſe corruptum vulgo locum, nemo putamus negabit: veritatem autem emendationis præſtare nos quidem non auſimus. At αἷς quidem, quod eſt in ed. 1. & Med. poſt πάσας, & αἰ, quod ibidem habet Verſ. 8.

Digitized by Google

Vers. 8. habet Vrb. (quod & debuerunt putamus illi qui ἃ ς scripserunt, literam I cum C confundentes, ut sæpius alibi) indicare utique videtur, pro vulgato πάσας alios codices πάσαις olim prætulisse; quod cum intra lineas fuisset notatum, imperite in contextum receptum est. τὸ, ante τὰ δυνατὰ ποιήσειν, non videmus qui ferri possit; nam ἐπαγσειλάμενος cum nudo infinitivo construitur, nec patitur adjectum articulum. Ceterum quod si vel conjunctio καὶ, quam habent libri, aut etiam pronomen relativum αἷς, suo loco hic staret; intelligimus, non opus fuisse adjecta conjunctione δὲ ad τῷ πολέμῳ quod sequitur. Sed particula μὲν, quam agnoscunt omnes in τὰς μὲν γὰρ, necessario requirere in sequentibus particulam δὲ videbatur: & illa quidem, quæ initio cap. seq. post προσπεσόντος legitur, nimis remota videtur, quam ut post interjecta verba προσδοκῶν πᾷ &c. ad illam μὲν referri possit. Rursus vero, in verbis ἴστις καὶ τοῖς quid lateat, quærendum putavimus: ac fuit quum καιροῖς in eis latere suspicaremur, quamquam id ipsum etiam sic mendosum foret. Sed si hariolari liceret, conjiceremus quidem, πρὸς τοὺς καιρούς, aut ἐν τῶν καιρῶν, fortasse etiam σὺν καιροῖς scripsisse Polybium, ea sententia quam Livius his verbis expressit: *Legationes dimittit, pollicitus, prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium.* Et plane sic lubentes apud Polybium legeremus: τὰς μὲν γὰρ προσβείας ἀπέλυσε, πᾶσι σὺν τοῖς καιροῖς (vel πᾶσιν ἐκ τῶν καιρῶν) τὰ δυνατὰ ποιήσειν ἐπαγσειλάμενος· τῷ δὲ πολέμῳ &c. Nam, verum ut fateamur, πάσαις haud multo magis, quam πάσας placet; & dativum casum, qui hoc loco requirebatur, non tam ab ἐπαγσειλάμενος, quam a verbo ποιήσειν, pendere debere putemus. Iam vero non *legationibus* laturum se auxilium pollicitus est, sed *sociis* qui illas miserant: itaque πᾶσιν intelligeremus quidem τοῖς συμμάχοις, ad ἐπαγσειλάμενος vero facile subintelligitur αὐταῖς, scil. ταῖς προσβείαις. Ceterum, quidlibet statueris, haud dubia fuerit Poly-

Digitized by Google

Polybii ſententia; de verbis nimis prolixe fortaſſe diſceptavimus.

Ibid. πρὸς τίνα. πρὸς τίνας malimus.

CAPVT XLII. Cap. XLII.

Verſ. 1. προσπεσόντος recte Caſaub. cum Vrſino. Mendoſe προσπεσόντας ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* προσορμίσαντας ex ingenio edidit idem Caſaubonus; non male, τὰς ναῦς intelligendo: ſed nil opus erat, ut loco moveret conſentientem codicum ſcripturam προσορμήσαντας. Probum verbum & convenientiſſimum huic loco προσορμεῖν, quod & diſerte Pollux agnoſcit I. 122. — *Ibid.* τῇ Περαρήθῳ recte Caſaub. cum Reg. F. G. Veſ. Tub. & Vrſin. Mendoſe Πεταρόθῳ ed. 1. Πειρίθῳ Vrb. Περίνθῳ Aug. ſed ſuperſcr. Πεπαρήθῳ eadem manu. Conf. verſ. 7. & interpretes Livii XXVIII. 5, 10. De Perintho, Thraciæ urbe, nullo modo cogitari hic debet. Adde cap. 43, 7. — *Ibid.* κατεσχημένου. καὶ κατεσχ. ed. 1. cum msstis. Otioſam & importunam particulam delevit Caſaub. cum Scaligero. — *Ibid.* παραφυλάξοντας eidem Caſaubono debetur. παραφυλάξαντας ed. 1. cum msstis. Verſ. 1.

Verſ. 2. In Πολυφάνταν conſentiunt libri Polybiani, nec diſſentit Livius: quo minus opus fuit, ut id nomen ſolicitaret Reiſkius, Πολυφόνταν ſuſpicans. — *Ibid.* Ἀγραίνας. Hinc Livium emendarunt viri docti, cum apud eum *Aenianes* vulgo legeretur. Verſ. 2.

Verſ. 3. εἰς Σκότουσαν. Sic Aug. Reg. F. G. Veſ. putamus & Vrb. εἰς Σκοτοῦσαν Vrſin. Imperite εἰσκόττουσαν ed. 1. Sed mox recte Σκοτούσης & Σκοτούσῃ eadem ed. 1. conſentientibus msstis. Stephanum Byzantinum ſecutus eſt Caſaubonus, duplex σσ & nunc & deinde ponens: ſed vide Holſtenium ad Steph. h. v. & ad voc. Μελίτουσσα. Verſ. 3.

Verſ. 4. καταπεπλευσάναι recte Caſaub. cum Vrb. Aug. & Vrſino. Mendoſe κατεπλευκέναι ed. 1. Reg. F. G. Veſ. — *Ibid.* εἰς Ἡράκλειαν. *Heracleam Trachiniam* dicit, ad Maliacum ſinum. — *Ibid.* καταταχῆναι Caſaub. cum Vrb. Verſ. 4.

Digitized by Google

Vers. 4. Vrb. Aug. & Vrsin. καταισχῆσαι ed. 1. Med. Reg. F. Vesont. καταισχῆται Reg. G. Frequenter in illo verbo errarunt librarii.

Ibid. καὶ πτοῆσαι διασύρας. Sic Casaub. cum Vrb. & Vrsino. Et in διασύρας quidem consentient omnes; pro πτοῆσαι vero editio 1. cum ceteris msstis ποιῆσαι dat, quod præferens Reiskius, in διασύρας ait sese hærere, & quæsivit „num ποιῆσαι διασπαρῆναι τὴν σύνοδον?" — At verbum διασύρειν non satis videmus cur suspectum nobis esse debeat, cum sit ipsum Latinorum *distrahere*, id est, *dirimere*, & *dissipare*, quod peraptum videri debet huic loco. ποιῆσαι vero non convenit, & facilius ex πτοιῆσαι in ποιῆσαι aberrasse censendi sunt librarii, quam vice versa. At in verbis πτοῆσαι διασύρας terminationes utique perperam inter se commutatæ sunt; nec enim prius *dirimere*, deinde *terrere* voluit, sed *terrendo dirimere*. Itaque in ea perfo sententia, πτοήσας διασύραι legendum. Et eo pronior fuit lapsus librariorum, quod, præterquam quod & frequentissime aliàs confundere terminationes AI & AC consueverunt, nunc præcedenti verbo καταισχῆσαι conjungendum infinitivum καὶ πτοῆσαι putarunt.

Vers. 5. *Vers.* 5. περὶ τὸν Αἰνιᾶνα κόλπον. Cum vulgo Αἰνείαν κόλπον legeretur consentientibus libris, monuit ad hunc locum PALMERIVS: „Lege τῶν Αἰνειάνων, vel, ut Livius legisse videtur, Αἰνειάνων κόλπον. Sinus ille maris olim Μηλιεὺς, & Μαλιακὸς, & Λαμιακὸς a Melienſibus populis & urbe Lamia vocabatur; sed tempore Polybii, cum prævaluissent Aenianes, Αἰνιάνες, non Αἰνεῖς, vocabatur." — Adde quæ ad Livii lib. XXVII. 5, 15. Glareanus & Io. Frid. Gronovius monuerunt. Stephanus nomine possessivo Αἰνιανὸν κόλπον dici ait: sed cum apud eumdem, quemadmodum & apud alios scriptores, gentile nomen sit ὁ Αἰνειὰν, Io. Frid. Gronovius Αἰνιᾶνα apud Polybium legendum censuit. Quandoquidem vero Livius *in sinu Aenianum* scripsit, licebit etiam suspicari, pari ratione περὶ τὸν Αἰνιάνων κόλπον scriptum inveniſse eum apud Poly-

Digitized by Google

Polybium; sed id quidem minus bene convenire videtur cum eo quod additur *περὶ τῶν κατοικούντων*.

Vers. 6. *μετὰ δὲ τῶν εὐζώνων καὶ τῆς βασιλικῆς ἴλης.* Vers. 6. De vocab. *ἴλη*, in quod nunc consentiunt omnes, confer quæ dicta sunt ad cap. 21, 4. Livius, omissis *τοῖς εὐζώνοις*, aut his cum *ἴλῃ βασιλικῇ* communi nomine comprehensis, ait, *cum cohorte regia Demetriadem sese recipit.* — *Ibid.* *τὰς τῶν ἐπιναντ. ἐπιβολάς.* Articulum *τὰς*, qui aberat ab ed. 1. & mss tis, adjecit Casaub. cum Vrsino.

Vers. 7. *Πεπαρηθίους* recte edd. cum Reg. F. G. Vers. 7. Vet. putamus & Med. & Tub. *Παρηθίους* Vrb. truncato nomine. *Περινθίους* Aug. in contextu, sed *Πεπαρηθίους* inter lineas eadem manu. Temere *Περινθίους* ora ed. 1. conf. ad vers. 1. — *Ibid.* *Εὐβοίας.* *Εὐσεβείας* Reg. F. G. *Εὐσεβοίας* Vet.

Vers. 8. *διὰ τῶν πυρσῶν.* *πυρσοὶ*, i. q. *φρυκτοὶ*, *faces e tæda;* de quibus bene multa collegit Henr. Stephanus in Thes. ad utrumque horum vocabulorum. Suidas: *Πυρσοὶ λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι.* Vers. 8.

Ibid. *ἐπὶ τὸ Τίσαιον.* Consentiunt libri omnes Polybiani, & meliores Liviani, XXVIII. 5, 17. Cum Polybianis codicibus facit Suidas in *Περιφασις*, ubi Polybii hæc verba citavit. *Τισαίην ἄκρην* vocat Apollonius Rhod. Argonaut. l. 568. ubi Scholiastes, *Τίσαιον*, ait, *ἀκρωτήριον Θεσσαλίας*: & ex Apollonio *Tisæam Dianam* celebravit Valerius Flaccus, II. 7. Quo minus audiendus est Palmerius, *Κισσαῖον* legere suadens. Restituendum vero nomen illud Appiano in Hist. Mithridat. c. 35. ubi pro corrupto vocabulo *τὸ Τίδαιον*, quod ibi omnes habent, haud dubie *τὸ Τίσαιον* scribendum fuerit; quod nos tunc præterierat, cum in Appiano edendo essemus occupati. — *Ibid.* In *περιφάσεις* consentiunt omnes, nec opus est ut in *περιφάυσεις* mutetur, quod voluit Scaliger.

CAPVT XLIII. Cap. XLIII.

Vers. 1. *πυρσείας* hic & deinde correxit Casaubonus Vers. 1. cum Scaligero. Et sic jam Henr. Stephanus in Thes. ex Poly-

Digitized by Google

Verſ. 1. Polybio citaverat: recte, eſt enim a verbo τυρσεύω, *ſublatis facibus ſignifico.* Habet vero & Aug. τυρσείας, cap. 44, 9. conf. & cap. 45, 1. De Πυρσείας conſule quæ commentatus eſt Caſaubonus in Epiſtola ad Ioh. a Witten data, epiſt. 1065. edit. Almelov. — *Ibid.* μεγίστας δή. δὴ debetur Caſaubono: δὲ ed. 1. cum msstis, quod & ex γε corruptum videri poſſit. Prorſus abjectam particulam voluit Scaliger. — *Ibid.* ἀνεργάστου. *cum non ſatis elaboratum, non ſatis perfectum eſſet.* conf. c. 45, 6.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ὅτι μὲν οὖν. Deerat οὖν editis & Reg. F. G. Veſ. putamus & Tub. Adjecimus cum Aug. & Med. — *Ibid.* τῶν δὲ πρὸς τοῦτο συναγωνισμάτων. — „Forte πρὸς τοῦτον, ſcil. τὸν καιρόν.“ REISKIVS. — Si verum eſt τοῦτο, intelligetur τὸ μέρος.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. μέλει. Perperam μέλλει ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſ. forſan & alii, ut paſſim aliàs.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἔδει recte edidit Caſaub. ex ora ed. 1. in contextum recipiens. ἤδη ed. 1. in contextu, & conſentientibus msstis.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Nil magnopere incommodi habet Ὅτι μὲν οὖν, & ferri poſſe videtur. REISKIVS, οἷον ſcribere jubens: „Sententia, inquit, hæc eſt: *ut in re, de qua agitur, fieri poterat, ut per faces ſignificaretur, claſſem t. c. ad Oreum, aut ad Peparethum, aut ad Chalcidem appuliſſe.* Apparet, οἷον in tam brevi intervallo non ſine cauſa, neque vitioſe, eſſe bis poſitum, quamquam utroque loco *exempli cauſa* ſignificat.“ — *Ibid.* Ὡρεὸν, monente Vrſino, correxit Caſaub. Conf. Liv. XXVII. 5-7. ὡραῖον ed. 1. cum codicibus omnibus. — *Ibid.* συνθεμένοις recte idem Caſaubonus. συνθημένοις ed. 1. cum msstis.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τὰ τοιαῦτα. Cum non ſatis bene cohærere hæc viderentur cum præcedentibus, adjiciendam conjunctivam particulam cenſuit Reiſkius, v. c. τὰ δὲ τοιαῦτα. Nos conſecutioni orationis ſatis conſultum fore putavimus, ſi præcedentia verba, inde a μάλιστα δὲ, *parentheſeos ſignis* includerentur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XLIV.

Cap. XLIV. Verſ. 1.

Verſ. 1. *Αἰνείας δὲ - - ὁ τὰ περὶ τῶν Στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος.* Eſt *Aeneas* ille, Tacticus vulgo cognominatus, de cujus *Commentariis Bellicis* reſtat locus ille, qui inſcribitur *Περὶ τοῦ Πῶς χρὴ πολιορκουμένον ἀντέχειν*, quem una cum Polybio edidit Caſaubonus. De hoc quum Suidas ſcribat: *Αἰνείας. οὗτος ἔγραψε περὶ πυρσῶν ὡς φησι Πολύβιος, καὶ περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα*; monuerunt viri docti, (Küſterus ad Suidam, & Fabricius in Bibl. Græc. T. II. p. 765.) ex Polybio *περὶ Στρατηγικῶν* eſſe corrigendum, præſertim cum & Aelianus, initio Tacticorum, *στρατηγικὰ βιβλία* hujus Aeneæ commemoret. Nos vero, ſicut nihil utique in Polybio ex Suida hic mutatum cupimus, ſic illud notari velimus, parum differre quoad ſententiam titulum eum, quem Suidas dicit, *περὶ Στρατηγημάτων*, ab eo quem libri Polybiani præferunt, *περὶ Στρατηγικῶν*. Eſt enim *Στρατήγημα quidquid ad officium pertinet imperatoris;* quare & idem Suidas non ſolum *σόφισμα* interpretatur, ſed & *ἡ τοῦ στρατηγοῦ ἡγεμονία*. Locus de *Πυρσείαις* in ea parte Commentariorum Aeneæ fuerat, quæ ad noſtram ætatem non pervenit.

Ibid. τὰ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν. Cum *τοῦ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν* vulgo darent omnes, monuit REISKIVS: „*τοῦ* ſecundi loco malim *τὸ* legi. *τὸ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν* eſt idem quod *εἰς τὸ κατ' ἐπίνοιαν*, vel brevius *εἰς τὴν ἐπίνοιαν*; ut ſententia ſit: *Aeneam ab eo, quod oporteret, multum adhuc derelictum manſiſſe, quoad inventionem;* hoc eſt, *permulta non deprehendiſſe eorum, quæ inveniri & excogitari ab eo, aut ab alio quoquam, debuiſſent aut potuiſſent.*“ — Non damnamus quidem *τὸ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν*, ſed aliam ei dictioni, ſi ita ſcripſit Polybius, ſubjectam ſententiam putemus. Stylo vero Polybiano convenientius duximus *τὰ* ſcribere, præſertim quum frequenter a librariis noſtris perperam commutatas inter ſe vocalem *ω* & diphthongum *ου* ſciamus; de cujus permutationis origine diximus ad I. 75, 5. T. V. p. 324. cujus ejuſdem conſuſionis

Vers. 1. fusionis exemplo, cum aliâs sæpe multa, tum hoc libro X. vidimus c. 14, 15. c. 18, 13. &c. ἡ ἐπίνοια sc. αὐτῆς est *inventum Aeneæ*, *ratio ab eo excogitata*. cf. c. 45, 2. & 46, 10. τὸ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν vero, ex usu Polybii, idem valet ac τὰ τῆς ἐπινοίας, id est, ipsa ἡ ἐπίνοια, *ipsum inventum*, *ipsa ratio*, *& quæ ad illam pertinent*. Confer Lexic. Polyb. in κατά.

Ibid. ἀπελείφθη recte Casaub. cum Scaligero. ἐπιλήφθη ed. 1. cum msstis, nimis frequenti errore.

Vers. 2. *Vers.* 2. δεῖν τοὺς μέλλοντας. δεῖν abesse, ait Grotov. (in Notis msstis) a msto, Leidensi putamus. Agnoscunt id verbum omnes nostri codices cum editis. — *Ibid.* κατασκευάσαι recte edd. κατεσκεύασε Aug. Reg. F. G. Vat.

Vers. 3. *Ibid.* *& Vers.* 3. Septem verba, πήχεως. εἶτα .. κατὰ πλάτος desunt Reg. F. G. Vat. Tub. — *Ibid.* παρασκευάσαι recte edd. παρεσκεύασε Aug. ut paulo ante κατεσκεύασε. — *Ibid.* Φελοὺς correxit Casaub. cum Scalig. Φελοὺς & nunc & deinde constanter ed. 1. cum omnibus msstis. — *Ibid.* ἐνδεῖς eidem debetur Casaubono, cui rursus quidem præiverat Scaliger. ἐνδεὲς uno consensu dant msstι cum editis.

Ibid. Post ἐμπεπηγέναι delendum comma, invitis nobis ibi servatum. Cum abessent ab ed. 1. & libris omnibus tria verba, quæ uncis inclusa adjecimus, Casaubonus sic edidit: ἐν δὲ τούτοις μέσοις ἐμπεπηγέναι, εἰς ἴσα μέρη τριδάκτυλα .... καθ' ἕκαστον δὲ μέρος &c. interpositis quatuor punctis, quibus lacuna indicaretur. Ad hunc locum autem in ora Basil. hæc adnotavit idem CASAVBONVS: „Deest hic aliquid. Nam quid vult infigi istis suberibus? Hic quidem non dicit: sed res ipsa declarat; & mox βακτηρίας vocat. [vide vers. 7.] Quare legimus ἐμπεπηγέναι βακτηρίας διῃρημένας εἰς ἴσα μέρη τριδάκτυλα. βακτηρία debet distincta esse per intervalla τριδάκτυλα, & in singulis intervallis habere inscriptum aliquid eorum quæ usus belli postulat. Debet vero in medium suber infigi, & in eo recta stare. Quare esse debet suber tantæ magnitudinis ut

Digitized by Google

id queat ſuſtinere. Tum ita junĉta, ſuber & baculus, in vas aqua plenum imponentur. Dein laxabitur canalis in imo vaſe, ut aqua fluat. Fiet autem, ut aqua deſcendente deſcendat & ἡ βακτηρία cum ſuo ſubere. Quod ſi omnia ſint in utroque vaſe æqualia, & in utroque αὐλίσκος par, ſemper eadem altitudine exſtabit & latebit in utroque vaſe iſte baculus." — REISKIVS, in conſtituendis verbis haud multum a Caſaubono diſcedens, monuit, ſigna defectus non ibi, ubi Caſaubonus poſuit, fuiſſe ponenda, ſed poſt ἐμπεπηγέναι, ibi enim verba nonnulla deeſſe; (quod ipſum perſpecte etiam Caſaubonus vidit, quemadmodum ex ejus Adnotatione, modo adlata, adparet.) Deeſſe autem Reiſkius ait hac verba, ξύλα aut ξυλήφια κατατετμημένα, vel βακτηρίας κατατετμημένας. Nobis præferenda viſa eſt Caſauboni ratio. De ipſa autem re mire a lucida ratione, quam idem Caſaub. ipſis pæne Polybii verbis expoſuit, diſcedit Reiſkius, ut monebitur ad verſ. 11. Verſ. 3.

Verſ. 5. πεζοὶ βαρεῖς correxit Caſaub. cum Vrſino. πεζοὶ βαρεῖς ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* εἶτα, πλοῖα. Etiam hoc ab Vrſino accepit Caſaub. Verſ. 5.

Verſ. 6. καὶ κατὰ τό. καὶ ex ingenio adjecit Caſaub. Et frequenter ſane prætermiſſam illam particulam errore librariorum vidimus ante præpoſitionem κατά. — *Ibid.* μέχρις ἄν. μέχρι ἂν ed. 1. cum Aug. Reg. F. G. Veſ. non male. — *Ibid.* ἐν πάσαις γραφῇ τοῖς χώραις. Perperam ἐν πάσῃ γραφῇ ed. 1. cum msstis omnibus. Haud obſcura erroris origo, quem correxit Caſaub. cum Vrſino. Verſ. 6.

Verſ. 7. τρῆσαι, *perforare*. Sic ſcribendum perſpecte jam olim viderat Scaliger. — *Ibid.* πληρώσαντας correxit Caſaub. cum Scaligero. πληρώσαντες voluerat Vrſinus. Corrupte πληρώσαντος ὕδατος ed. 1. cum msstis. Verſ. 7.

Verſ. 8. ὁμοίων. ὁμοίως ed. 1. invitis noſtris msstis, & reclamante etiam Vrſino. Verſ. 8.

Verſ. 9. τὰ προειρημένα. Perperam carent τὰ Reg. F. G. Veſ. — *Ibid.* χειρισμόν. χωρισμὸν Reg. G. conf. ad cap. 35, 5. — *Ibid.* ἰσοταχῆ. Perperam ἰσοτυχῆ Suid. in Verſ. 9.

Vers. 9. Χειρισμός. — *Ibid.* κομίσαντας cum Vrſino correxit Caſaub. κομίσοντας ed. 1. cum msstis.

Ibid. ἐφ' ἑκάτερον θεῖναι τῶν ἀγγείων. — „*Vterque ſpeculator ſuo vaſi imponet ſuam βακτηρίαν.*“ CASAVB. *in ora Baſil.* Iſta ſi vera eſt ſcriptura, in quam quidem mssti noſtri cum editis conſentiunt, erit ad κομίσαντας intelligendus accuſativus τὰ ἀγγεῖα, tum vero ad ἐφ' ἑκάτερον θεῖναι τῶν ἀγγείων rurſus intelligendus erit alius accuſativus, ſcilicet τοὺς φελλοὺς, ἔχοντας τὰς βακτηρίας, quod durinſculum utique videri poſſit. Vrſinus *delere* juſſit præpoſitionem ἐφ', ut ἑκάτερον τῶν ἀγγείων a verbo θεῖναι regatur. Commodiſſima foret Reiſkii conjectura, ἐφ' ἑκατέρου (ſcil. τόπου) ἑκάτερον θεῖναι τῶν ἀγγείων, niſi ſic ter intra duas lineas idem vocabulum repeteretur, ἑκάτερον, ἑκατέρου, ἑκάτερον. Nobis videtur, *ante* ἐφ' ἑκάτερον θεῖναι τῶν ἀγγείων *intercidiſſe* τοὺς φελλοὺς aut alia quædam in eam ſententiam verba; quæ ſi adeſſent, facile ad κομίσαντας intelligeretur τὰ ἀγγεῖα, & commode procederet oratio.

Vers. 10. *Vers.* 10. εἶτα, πρὸ πάντων, ἂν ἐμπέσῃ τι. Manuſcriptorum codicum ſcripturam, quam in Scholio ſub contextu exhibuimus, denuo nobis recognoſcentibus, ne nunc quidem commodior conjectura occurrit. Reiſkius, non cogitans, unius Caſauboni ingenio deberi vulgatam ſcripturam, per tmeſin eſſe dictum ait πρὸς ὃ ἂν ἐμπέσῃ τι, pro ὅ τι ἂν ἐμπέσῃ. Eamdem tamen emendationem, ὃ ἂν, pro πᾶν, in ora libri Scaligerani, ab ipſius (ut videtur) Scaligeri manu jam videmus adnotatam. — *Ibid.* μένειν, *exſpectare;* — „priusquam ſcil. ſinat aquam e ſitula ſua effluere.“ REISK. — *Ibid.* ἀντεώρωσιν cum Scalig. correxit Caſaub. Mendoſe ἀντέρωσιν ed. 1. cum msstis.

Ibid. κατὰ τὸ χεῖλος τοῦ τείχους. Sic recte edd. & conſentit Aug. putamus & alii. Sed τὸ τεῖχος pro τὸ χεῖλος corrupte dant Reg. F. G. Veſ. Tub. quæ vocabula jam aliis permutata inter ſe vidimus, VIII. 35, 5. Mire vero, ut jam paule ante monuimus, hæc interpretatur REISKIVS: — „Hic,

Digitized by Google

„Hic, & paulo poſt, χεῖλος τοῦ τεύχους (ait) non ſignificat id, quod ex vulgari horum verborum uſurpatione ſignificare videtur, *labrum vaſis;* ſed *ſummam ſuperficiem aquæ, quæ eſt in teſta:* & dictio, *id, quod tu vis, eorum quæ ſcripta ſunt in baculo, venit ad ſuperficiem aquæ*, eſt inverſa, ideoque durior & obſcurior. Planius & dilucidius dixiſſet ſic: Superficies aquæ, ſenſim effluentis, devenit tandem, ſenſim deſcendendo, ad illam partem baculi, in aqua ſtantis, in qua parte ſcriptum eſt illud vocabulum, quod tu ſignificare tuis amicis vis. Non enim baculus deſcendebat in aqua, ſed ſtabat immobilis in ea: aqua autem & ſuber ad longitudinem baculi paulatim deſcendebat. Vnde apparet, paulo ante pro καὶ legendum eſſe κατά. καταβαίνοντος τοῦ φελλοῦ κατὰ τῆς βακτηρίας ſignificat *ſubere propter baculum* (ſeu *ad longitudinem baculi*) *deſcendente.*“ — Immo vero, *baculos infigendos eſſe ſuberibus*, ſatis diſerte dixerat Polybius verſ. 3. &, *effluente aqua, una cum ſuberibus deſcendere baculos*, docet verſ. 8. Denique, ex Reiſkii ratione, ut multa alia taceamus incommoda, oportebat *pellucida* ſtatuere vaſa; quod de teſtaceis nemo dixerit. Lege, quæ Caſauboni verbis notavimus ad verſ. 3, immo ipſum Polybium lege, & omnia plana videbis; nobis quidem videntur, ut prorſus neſciamus, quem nodum in ſcirpo vir ceteroquin perſpicaciſſimus quæſiverit. Verſ. 16.

Verſ. 12. ἐπιλαβεῖν τῶν αὐλίσκων, *ſiſtere canaliculos.* Immo τὸν αὐλίσκον ſcribe, ut perſpecte Scaliger monuit. ἐπιλαβέσθαι, in medio genere, cum genitivo caſu conſtruitur. ἐπιλαβεῖν, cum accuſativo. Et ſignificat ἐπιλαβεῖν τὸν αὐλίσκον, *inhibere fiſtulam, ſiſtere aquæ curſum; obturare, claudere canaliculum.* Sic σὺ δὲ ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ, *tu vero ſiſte aquam fluentem*, ſæpius apud Demoſthenem. Et τὴν ῥῖνα ἐπιλαβεῖν, apud Ariſtoph. & τοὺς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν, apud Galenum, *obſtruere nares.* ἐπιλαβεῖν τὸν αὐλὸν, *obturare tibiam*, apud Ariſtotelem. Quæ omnia Henr. Stephanus in Theſauro collegit exem- Verſ. 12.

Digitized by Google

Vers. 12. pla. Et hoc loco apud Polybium, cum de *altero* solum *ex observationibus* agatur, *singularis* potius, quam *pluralis* numerus, requirebatur.

Ibid. τί κατὰ τὸ χεῖλός ἐστι. In χεῖλος nunc cum ceteris consentit Reg. F. putamus & Tub. sed rursus τεῖχος habent Reg. G. & Vesont. Conf. ad vers. præced.

Vers. 13. *Vers.* 13. ἔσται δὲ ταὐτὸ τῷ δηλουμένῳ. Temere hoc loco partim Casauboni voluntati, partim Reiskii, fumus obsecuti. ταὐτὸ, quod a Casaubono erat editum, tenuimus: quo posito, non improbabiliter sane REISKIVS pro τῶν δηλουμένων, quod dabant libri omnes, τῷ δηλουμένῳ legi voluerat, quod sic interpretatus est: „id literarum, quod speculator secundus, cui significatur (quem Polybius h. l. τοὺς ἑτέρους appellat) in suo vase a summa aqua attingi videbit & allui, id erit illud ipsum, quod speculator primus, a quo signum ad alterum venit, ei significare voluerat."— At quandoquidem non ταὐτὸ, sed τοῦτο cum ed. 1. dant scripti libri omnes, Vrb. Aug. Med. Reg. F. G. Vesont. Tub. & Leidensis; magis fuerit in promtu, ut τῶν δηλουμένων ex τὸ δηλούμενον corruptum statuamus, in quem errorem sequens vox πάντων inducere librarios potuit. Atque ita rescriptum quidem velimus: ἔσται δὲ τοῦτο τὸ δηλούμενον, id est, *erit autem hoc, id quod significatur*, vel *id quod significatum alter voluerit.* Eamdem rationem emendandi hujus loci a Scaligero jam propositam videmus; qui primum quidem pro τοῦτο in ora sui libri illud ipsum ταὐτὸ, quod ab eo accepisse Casaubonus videtur, notaverat; sed deinde, eo obliterato, τὸ δηλούμενον pro τῶν δηλουμένων adscripsit. Significantius quodammodo expressa sententia sic foret: ἔσται δὲ τοῦτο αὐτὸ τὸ δηλούμενον, vel ἔσται δὲ (nempe τοῦτο) αὐτὸ τὸ δηλούμενον, *erit autem hoc, ipsum illud quod significatum alter voluerit.* Sed & satis est id quod diximus, quo & vestigia scripturæ proxime ducunt.

Ibid. πάντων δι' ἴσου τάχους παρ' ἀμφοτέρους κινουμένων. ἀμφοτέροις recte Casaub. cum Vrsino ex mss restituit,

Digitized by Google

restituit, quibus invitis ἀμφοτέρους fuerat in ed. 1. Sed cum in ἴσου τάχους, absque præpositione, cum eadem ed. 1. consentiant libri omnes, commodius fortasse videri debebit, cum Scaligero ἰσοταχῶς corrigere, quam cum Casaubono præpositionem δι' adjicere. Adjectivo nomine ἰσοταχὴς paullo ante (vers. 9.) usum Polybium vidimus, unde justa analogia adverbium ἰσοταχῶς deducitur, quod apud Strabonem etiam legi H. Stephanus monuit. Terminationum vero οὔς & ῶς, perperam inter se permutatarum a librariis, passim exempla vidimus; I, 19, 11. VI. 3, 1. IX. 16, 1. &c. Conf. ad I. 19, 1. Porro vocabula composita, quæ quidem rarioris sunt usus, haud mirum est, si a librariis nonnumquam in duas voces resoluta corrumpantur. Sic, verbi causa, ἰσοϋψῆ VIII. 6, 4. in εἰς ὕψη & εἰς ὕψει corruptum vidimus. Vers. 13.

CAPVT XLV. Cap. XLV.

Vers. 1. τῆς διὰ τῶν συνθημάτων πυρσείας ἐξηλλαχέναι δοκεῖ· ὁμοίως δ' ἐστὶν ἀόριστα. τῆς - - πυρσείας correxit Casaub. τῇ πυρσείᾳ ed. 1. Aug. τῇ πυρσίᾳ Reg. F. G. Vet. Tub. At genitivum casum requirebat verbum διηλλαχέναι, quod generatim quidem *differre* significat, sigillatim vero, prorsus ut verbum διαφέρειν, in meliorem præsertim partem accipitur, pro *præstare*, *præstantiorem esse*; quemadmodum & nomen adjectivum ἐξαλλος generatim quidem *diversum* denotat, sed sigillatim *cum significatione præstantiæ*, *eximium*, VI. 7, 7. Eodem modo adverbium ἐξάλλως sumitur XXXII. 25, 7. ubi Suidas καθ' ὑπεροχήν interpretatur. Quid sit vero, quod lateat in librorum scriptura, (ἐξηλλαχέναι. μηδ' ἐστὶν) definire quidem non ausimus; quare, quod a Casaubono editum invenimus, cum commodissimam præstaret sententiam, tenuimus. Quod vero in codice Leidensi idem fere (adverbium ὁμοίως certe) inter lineas notatum testatur Gronovius, id quidem casu ita factum vix videri potest; sed vel ex illo codice hoc accepisse putemus Casaubonum, vel ex Casauboni editione a recentiori manu in codicem translatum, quod etiam verisimilius Vers. 1.

Digitized by Google

videtur. Scaliger ἐξήλαχεν, ἅμα δ' ἐστὶν ἀόριστα, conjecerat. Reiskius: ἐξήλαχεν, ἐν ἄλλοις δ' ἐστὶν ἀόριστα. quod minus placet.

Vers. 2. *Vers.* 2. ὄῆλον γάρ ἐστιν cum Scaligero correxit Casaub. ὄῆλον γὰρ ἔσται ed. 1. consentientibus omnibus msstis, non ἔστι, quod operarum errore expressum in scholio nostro sub contextu est. — *Ibid.* ἐς τὴν βασιλείαν Vrb. restituit Casaub. monente etiam Vrsino, e suo putamus codice. Mendose ἐστὶ βασιλείαν ed. 1. cum cett. codd. quod in ἐπὶ βασ. mutandum censuerat Scaliger. — *Ibid.* ὁπόταν recepimus ex Aug. Reg. F. G. Vat. Tub. Leid. atque id poscebat subjunctivus συμβαίνῃ, qui sequitur. Perperam ὁπότε edd. — *Ibid.* ἀνυποψίᾳτά τινα correxit Casaub. Mendose ἀνυποψίᾳτά τι ed. cum msstis. In Aug. vero post τι aliquid erat adjectum, quod dein erasum est. ἀνυποψίᾳτόν τι Scaliger: idque & in cod. msto Leid. esse ait Gronov. putamus ex emend. a recentiori manu.

Vers. 3. *Vers.* 3. In καὶ μὴν consentiunt omnes. Ex uno ms. Leid. Οὐ μὴν citavit Gronov.

Vers. 4. *Vers.* 4. τὸ δὲ συνέχον ἐστὶ τοῦτο. Sic recte Casaub. ex ingenio. ἐπὶ τοῦτο ed. 1. cum msstis. ἐπὶ τούτῳ Vrsin. quod & in Leid. esse ait Gronov.

Vers. 5. *Vers.* 5. θαῤῥήσαι πάλιν. πάλαι, non πάλιν, erat in ed. 1. & msstis. πάλιν ea notione accipiendum, de qua diximus ad X. 21, 2. *tum vero, porro;* quemadmodum etiam Latinorum *rursus* haud raro usurpatur. Mox vero verba ἢ τοὐναντίον expungenda contendit Reiskius, ut sententiam turbantia, & ex varia lectione aut ex scholio ad præcedentem particulam πάλιν referendo orta: ac sæpe, ait, ἢ esse notam aut variæ lectionis, aut scholii, aut emendationis. Sane τοὐναντίον τοῦ θαῤῥῆσαι fuerit *timere*, aut saltem *cavere;* quo utique non opus fuerit *adventante classe sociorum.* Itaque, si genuina sunt suoque loco stant illa verba ἢ τοὐναντίον, fuerint verba παρὰ τῶν συμμάχων non ex communi ad πᾶσαι νῆες referenda, sed solum ad πόσοι; σῖτος restringenda. At poterit etiam navium numerus, a sociis

Digitized by Google

fociis miſſus, tam eſſe exiguus, ut, eo cognito, non tam fiduciam animumque recipere conſentaneum ſit eos, quibus illæ adveniunt, quam potius intelligere, alias ſalutis rationes ſibi eſſe circumſpiciendas. — *Ibid.* Verba μὴ συνεὶς abeſſe a ſuo msto ait Gronov. ſed in eodem inter lineas ſcripta hæc, μὴ γινώσκων. Verſ. 5.

Verſ. 6. Ὁ δὲ τελευταῖος. Vocabulum πρόπος Gronovius in cod. Leid. poſt Δημοκλείτου inter lineas adſcriptum ait. — *Ibid.* διὰ Κλεοξένου. Suidas in hac ipſa voce: Κλεόξενος καὶ Δημόκλειτος ἔγραψαν περὶ πυρσῶν· ὧν τὴν πραγματείαν ἐπεξεργάσατο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ὡς λέγει ἐν τοῖς ἱστορουμένοις. De his auctoribus nihil aliud compertum habemus: ceterum conf. Küſterum ad Suid. & Fabric. Bibl. Græc. T. II. p. 761 ſq. — *Ibid.* τυχὼν δὲ τῆς ἐξεργασίας. — „*expolitus*, & *emendatus*." SCALIGER. — *Ibid.* δι' ἡμῶν, ἐστὶ μὲν ὡρισμ. Sic bene verborum ſeriem ordinavit Caſaub. δι' ἡμῶν μέν ἐστι ὡρισμένος ed. 1. cum msstis noſtris. — *Ibid.* Decem verba ἀκριβῶς διασαφεῖν uſque παρατηρήσεως deſunt Reg. F. G. Veſ. Tub. Verſ. 6.

Verſ. 7. λαμβάνοντας διελεῖν. διαλαμβάνοντας ex ſolo Leid. adtulit Gronov. Ceterum ad διελεῖν poteſt quidem mente intelligi verbum δεῖ, ut mox verſ. 8. Sed nunc quidem expreſſum fuiſſe putemus a Polybio, δεῖ διελεῖν. *Ibid.* λείψει cum Vrſino correxit Caſaub. Nos vero ferendum tenendumque λείψοι exiſtimamus, in quod conſentiunt cum ed. 1. ſcripti libri: nec incommodus ſane locus videtur optativo modo, *defuerit quidem poſtremæ parti una litera.* — *Ibid.* τοῦτο δ' οὐ βλάψει recte Caſaub. cum Vrſino. τούτῳ ed. 1. cum msstis. Verſ. 7.

Verſ. 8. παρεσκευάσθαι tenuimus ex ed. Erneſt. παρεσκευᾶσθαι ed. Caſaub. & Gronov. præeunte Vrſino. Mendoſe παρεσκεύασται ed. 1. Vrb. Aug. Reg. G. Veſ. παρεσκέβαστα Reg. F. — *Ibid.* In πυρσείαν nunc cum edd. conſentiunt Aug. & Veſ. πυρσίαν ſoli nunc Reg. F. G. — *Ibid.* γράψαι τῶν μερῶν ἑξῆς εἰς ἕκαστον πλατεῖον. Perperam πλατεῖαν h. l. ed. 1. in contextu, conſentientibus Verſ. 8.

Digitized by Google

Verſ. 8. msstis. Inter μερῶν & ἕξῆς intercidiſſe Reiſkius ſuſpicatus erat notam ε. id eſt *quinque*; intelligens *quinas ordine literas*. At, *unumquodque μέρος*, excepto poſtremo, *quinque literis conſtare*, modo docuerat Polybius: igitur cuique tabellæ non *quinque μέρη*, ſed non niſi *unum μέρος* fuit inſcribendum. Itaque, ſi quid deeſt, deerit ἕν, vel ἕκαστον, vel τι. Neſcimus vero, an ſatis etiam commode ſubintelligi pronomen τι poſſit; de qua ellipſi vide notata ad I. 42, 9.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ὁ μέλλων. ὁ μέλων ed. 1. perperam & invitis msstis. — *Ibid.* σημαίνειν. Corrupte συμένειν Reg. F. σημεισυμένειν Reg. G. ſub quibus portentis nil aliud niſi ipſum verbum σημαίνειν quærendum. — *Ibid.* πυρσοὺς - - ἅμα καὶ δύο, *faces ſimul duas*. Sicut perſæpe ante vocab. πλείους, ratione quadam non mere pleonaſtica, poſitam particulam καὶ vidimus, ſic & ante quodvis numerale nomen poni poteſt. Nempe ſignanter nunc dicit, *duas* ante omnia *faces* tollere debere eam, qui ſignum dare vult alteri, non *unam*, ut Aeneas præceperat (cap. 44, 10.) Duas autem requirit faces, fortaſſe non modo ut citius faciliusque conſpicerentur, ſed etiam ut ſtatim liqueret alteri, utra pars ſit dextra, utra ſiniſtra: id enim multum intererat ſcire, quemadmodum ſtatim nunc docebit. — *Ibid.* καὶ μένει. Aut μένει aut μενεῖ neceſſario requirebatur, quoniam manifeſte pendere hoc verbum debet a διότι, non minus quam præcedens ἄρσει. — *Ibid.* μέχρις ἂν. μέχρι ἂν ed. 1. Aug. Reg. F. G. de qua ſcriptura confer, ſi tanti videtur, quæ notavimus ad Appiani Procem. T. I. p. 2. lin. 16. — *Ibid.* ἀντοῦρῃ cum Scalig. correxit Caſaub. ἀνταίρει ed. 1. cum msstis, & ἀντέρει Reg. G.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἑαυτοῖς ἀνθρωπολ. Corrupte ἑαυτοῦ ἀνθρωπολ. ed. 1. cum Med. Ceteri recte.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. λοιπὸν πρὸς τὸ σημαίνειν. λοιπὸν σημαίνειν ed. 1. cum msstis. πρὸς τὸ ex conjectura adjecit Caſaub. Poterat etiam in eamdem ſententiam cum Vrſino ſcribi λοιπὸν σημαίνων, *ceterum ſignum dans*, id eſt, *ad ſignum dandum*:

Digitized by Google

dandum: nam prior elatio facum non nisi attento reddendo socio inservierat. — *Ibid.* ἄρει correxit Casaub. ἐρεῖ ed. 1. cum msstis; pro quo αἴρῃ scribere jusserat Vrsinus: rectius ἀρῇ Scaliger. — *Ibid.* τῶν πλατειῶν ποῖον. Sic cum Vrsino correximus; quod & in cod. Leid. esse ait Gronov. nempe ex Vrsini conjectura (putamus) a recentiori manu correctum: nam ceteri quidem codices omnes cum ed. 1. in mendosam scripturam τὸ πλατεῖον σοίων consentiunt. Satis tamen fortasse fuerat, servato τὸ πλατεῖον, solum ποῖον corrigere, quod fecit Casaubonus. Eodem modo vers. seq. ποῖον γράμμα. Vers. 11.

Vers. 12. οἷον, ἐὰν μὲν τὸ πρῶτον, ἕν. Imo ἕνα scribe, ut perspecte monuerat REISKIVS; quod nescimus quo pacto effugerit nostram observationem. — „ἕνα, ait, scil. πυρσόν. Idem est, ac si explicate & copiose dixisset ἐὰν μὲν τὸ πρῶτον πλατεῖον δείσοι σκοπεῖν, αἴρει ἕνα πυρσόν.“ *Ibid.* Ante ποῖον δείσοι, intellige ex communi διασαφῶν, quod paulo ante præcesserat. ποῖον autem recte scripsit Casaubonus cum Scaligero, pro mendoso σοίων, quod nunc rursus habebat ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* γράμμα τῶν ἐκ τοῦ πλατ. Et hoc debetur Casauboni industriæ, cui rursus præiverat idem Scaliger. Una voce γραμμάτων ἐκ τοῦ πλατ. ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* γράφειν αὐτὸν τὸν ἀποδεχόμενον. γράφειν αὐτὸν, ἀποδεχόμενον ed. 1. cum msstis. Satis fuerat γράφειν τὸν ἀποδεχόμενον, quod suaserat Scaliger. Nec enim satis commodum videtur, divisis vocibus cum REISKIO scribere αὖ τὸν ἀποδεχ. quamquam illud αὖ non sine causa additum a Polybio Reiskius putavit. „Alter enim speculator (inquit) σημαίνει, præmonstrat literas; ὁ δ' αὖ γράφει, alter autem *ex altera parte* eas excipit & enotat.“ — Vers. 12.

CAPVT XLVI. Cap. XLVI.

Vers. 1. χωρισθῶσιν. χωρὶς ὦσιν maluit Reiskius. — *Ibid.* διόπτρων. διόπτρα & διοπτὴρ generatim dicitur quodvis *instrumentum dirigendo visui aptum*, quo sive geometræ sive astronomi utuntur ad observandas adcuratius & Vers. 1.

metien-

metiendas e longinquo altitudines aut distantias locorum. Conf. Suidam in utroque vocabulo. — *Ibid.* δύο αὐλίσιων; cum Scalig. correxit Casaub. διαυλίσιους ed. 1. cum msstis.

Vers. 3. *Vers.* 3. ἐς τὸ τοὺς πυρσούς. ἐς ignorant libri scripti cum ed. 1. Ex conjectura adjecit Casaub. ac facile expelli potuerat a terminatione præcedentis vocis, in easdem literas exeuntis. Quare magis hoc placet, quam τὸ in τῷ mutare cum Scaligero, quod tamen & in suo codice ita scriptum fuisse ait Gronov. — *Ibid.* αἰρομένους μέν. μὲν temere omissum in edit. Casaub. & sequentibus, restituimus ex ed. 1. & msstis. — *Ibid.* ὑπὲρ ταῦτα, nempe τὰ παραφράγματα, quod vocabulum ex præcedente verbo παραπεφράχθαι facile intelligi posse videtur. Sed temere ab Vrsini Casaubonique emendatione discessisse nos intelligimus; & παρὰ ταῦτα restitutum velimus, quod & sententiæ convenientius videtur, & mori librariorum, qui facillime præpositione, περὶ & παρὰ, ob similitudinem notarum compendiariarum, permutare inter se solent. ὑπὲρ ταῦτα tantum ad αἰρουμένους poterit referri, παρὰ ταῦτα etiam ad καθαιρουμένους. Perinde vero ad παρὰ ταῦτα, ut ad ὑπὲρ diximus, intelligenda τὰ παραφράγματα videntur. REISKIVS contra παρὰ ταῦτα interpretatus est *propterea*, subaudiens γιγνόμενα, scilicet παρὰ τὸ (id est διὰ τὸ) παραπεφράχθαι τὸν τόπον ἐς τοσοῦτον ὕψος καὶ μῆκος. Quam interpretationem si quis præferendam duxerit, cum eo non pertinaciter quidem pugnabimus.

Vers. 5. *Vers.* 5. Κρῆτας ἑκατὸν ἀφ' ἡμῶν ἡτομόλησαν. — „ἀφ' ἡμῶν redundat, & delendum videtur. Vult enim auctor quam brevissimam orationem, in qua verbum nullum redundet: hæc autem vel sine illis duobus perspicue potest intelligi." REISKIVS. — At quum *Cretas* sciamus sæpe in utraque parte militasse; non erat superfluum, monere, ad utra parte ad utros transierint: nam αὐτομολεῖν tam de eis dicitur, qui nostra castra deserunt & ad hostes transeunt, quam de his, qui desertis castris hostium transeunt ad nos-

tra.

Digitized by Google

ſtra. — *Ibid.* διασαφῆται recte Caſaub. cum Scal. διασαφῆται ed. 1. cum msstis.

Verſ. 6. οὕτω δηλωθήσεται. οὕτω nunc non denotat *hoc modo, tali modo.* Ea ſi eſſet vis hujus particulæ, oporteret deinde, non Πρῶτον δ' ἐστὶ, ſed Πρῶτον γάρ ἐστι, id eſt, *prima ſcilicet litera* &c. οὕτω, ex Polybii uſu, haud raro partim inſervit incipiendæ apodoſi, partim ſimul *tum vero, tum demum, tum deinde*, ſignificat. Verſ. 6.

Verſ. 7. δεήσει δὲ καὶ πυρσοὺς - - δύο αἴρειν. δύο αἴρειν correxit Caſaub. Poterat & δύ' αἴρειν ſcribere cum Med. Corrupte διαιρεῖν ed. 1. cum ceteris msstis, ſicut verſ. 1. διαυλίσκους ſcripſerant pro δύο αὐλίσκους vel δύ' αὐλίσκους. Minus recte διαίρειν h. l. voluerat Vrſinus, & δεήσει δὲ δύο pro δεήσει δὲ καί. Optime vero in δεήσει δὲ καὶ conſentiunt omnes; & refertur illa particula καὶ, id eſt, *etiam, quoque, pariter*, ad paritatem quæ intercedit inter numerum quo inſignita eſt tabella ea de qua agitur, & inter numerum facum tollendarum. Verſ. 7.

Verſ. 8. εἶτ' ἐκ τῶν δεξιῶν αἴρειν τέντε, διασαφῶν ὅτι κάππα. Sic vulgo omnes, abſque ulla varietate. At neceſſario aut αἴρει fuerit legendum, aut διασαφοῦντα κάππα, cum Scaligero, vel διασαφοῦντα ὅτι κάππα. *Ibid.* τέμπτον. — „ſcil. γράμμα." REISK. Verſ. 8.

Verſ. 9. τὸ ῥῶ γὰρ τῆς τετάρτης. Omiſſis perperam quatuor verbis præcedentibus, quæ cum Vrſino inferuit Caſaubonus, εἶτα τοῦ ῥῶ τῆς τετάρτης ed. 1. cum Aug. εἶτα ῥῶ τῆς τέταρτης Reg. F. G. Veſ. Tub. εἶτα τὸ ῥῶ τῆς τετάρτης Med. Nullus vero γὰρ habet poſt ῥῶ. Quare, ne in his verbis quoque fiat mutatio, ſcribi poterat: εἶτα (τέσσαρας ἐκ τῶν εὐωνύμων, ὅτι vel διότι) τὸ ῥῶ τῆς τετάρτης ἐστὶ μερίδος. — *Ibid.* δεύτερον γάρ ἐστι τῆς τετάρτης. Hoc maluimus, quod perſpicue ex Med. notavit Gronov. δεύτερόν ἐστι τῆς τετάρτης, abſque conjunctione, erat in ed. 1. & cett. codd. Vnde ex conjectura Caſaubonus τὸ γὰρ δεύτερόν ἐστι τῆς τετ. edidit. Scaliger ὅτι δεύτερόν ἐστι ſcripſerat. — *Ibid.* ὁ δεχόμενος τοὺς πυρσούς. Potuit nunc, Verſ. 9.

putamus,

Digitized by Google

putamus, haud incommode simplici verbo uti, pro compoſito ἀποδεχόμενος, quo uſus erat c. 46, 7 ſq. & c. 45, 12.

Cap. XLVII.

CAPVT XLVII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ποιήσῃ. Perperam ποιήσει ed. 2. invitis omnibus noſtris codd. — *Ibid.* δύνεται γίγνεσθαι τὸ δέον, γὰρ poſt δύναται inſerunt ſcripti libri omnes, quod cum Scaligero delevit Caſaubonus, rectius facturus, ſi in γε mutaſſet; nam ita ſcriptum reliquiſſe putemus Polybium, δύναταί γε γίγνεσθαι τὸ δέον.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. καθ' ἑκατέραν. Eodem modo confuſa vocabula ἑκάτερος & ἕτερος vidimus II. 69, 7.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πρῶτον λεγομένων. Poteſt ferri πρῶτον, & nihil utique habet incommodi: ac fortaſſe ex codice ſuo id expreſſit primus editor, neque ex Med. nec ex Vrb. diſcrepantia notatur. Sed verius fortaſſe fuerit πρώτων, in quod ceteri conſentiunt codices & codex Vrſini. Simile ratione τοῖς πρώτοις ἐπιφερομένοις dicit c. 49, 8. & τοὺς πρώτους ἀκούσαντας, *qui rem primo audiunt*, XII. 4, 7. Vocabula γενόμενος & λεγόμενος confuſa vidimus I. 6, 2. ſed id quidem primi editoris ſive incuria ſive intempeſtiva ſedulitate factum. Confer etiam Adnot. ad V. 45, 4. Ceterum hoc loco ſi verum eſt λεγομένων, intelligi debebit, quemadmodum Caſaubonus interpretatus eſt, *quando primum in medium adferuntur*, vel *quando primum proponuntur*.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. δυσχερῶν cum Scalig. correxit Caſaub. δυσχερῶς ed. 1. cum mſstis. In uno Reg. F. terminatio primum fuerat ῶν, ſed litera ν in σ mutata ab eadem manu. — *Ibid.* τῶν ἀδυνάτων. Perperam τῶν δυνάτων Reg. F. G.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸ γενόμενον ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως, *quod fit in legendo*. Eadem comparatione uſus eſt Dionyſ. Halic. in lib. de Compoſitione Verbor. c. 25. T. V. edit. Reiſk. p. 210 ſq. & in lib. de Demoſthenis vi in dicendo, c. 52. T. VI. p. 1114 ſq.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἔπειτα, κἄπειτα ex Leid. citavit Gron. Noſtri nil variant.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 8. *οὐκ ἂν δύναιτο.* Mendoſe *οὐκ ἂν δύνατα* Reg. F. G. — *Ibid. διότι δεῖ πρῶτον. δεῖ* cum ed. 1. ignorant ſcripti libri omnes: ex conjectura adjecit Caſaub. cum Scaligero. In msto Leidenſi Gronovius ait, vocem *διότι* inferne punctis eſſe notatam, ſuperſcriptumque *δυνατὸν εἶναι.* Ea nimirum recentioris (neſcimus cujus) docti viri erat conjectura. Verſ. 8.

Ibid. πρῶτον τὰς ὄψεις ἐπὶ τὰ σχήματα ἑνὸς ἑκάστου τῶν γραμμάτων. ἐπιστῆσαι. Notari utique in ſcholio ſub contextu debebat, unius Caſauboni ingenio hæc deberi, qui ne ſatis quidem gravi de cauſſa fortaſſe a codicum ſcriptura diſceſſit. *πρῶτον ἐπὶ τὰς ὄψεις τὰς ἑνὸς ἑκάστου* &c. ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſont. neque ex Vrb. diverſam ſcripturam in ora Baſil. adnotavit Caſaubonus. *πρῶτον ἐπὶ τὰς ὄψεις ἑνὸς ἑκάστου* Med. & Leid. omiſſo poſteriore articulo *τὰς*, qui perinde & adeſſe poterat & abeſſe. Ea ſi vera eſt ſcriptura, (quod pernegare quidem non auſimus,) erunt *αἱ ὄψεις τῶν γραμμάτων* idem ac *οἱ τύποι* apud Dionyſium Halic. locis modo citatis. Et paulo quidem rarior erit is uſus vocabuli *ὄψις*, nec tamen ab analogia prorſus alienus, nec ceteroquin inauditus. Sane haud multum diſpari ratione *τὴν ὄψιν τοῦ σώματος προορᾶν corporis ſpeciem* (vel *figuram*) *conſpicere* Thucydides dixit VII. 44. Verbum autem *ἐπιστῆσαί τινι* non opus habet adjecto accuſativo caſu; ſed, intellecto nomine *τὸν νοῦν*, ſæpius etiam apud ſcriptorem noſtrum ſignificat *conſiderare, attente adſpicere aliquid.*

Ibid. ποσοῦ χρόνου, aliquantum temporis. Recte *τοσοῦ* Caſaub. præeunte Scaligero. *τόσου* ed. 1. cum msstis noſtris.

Verſ. 9. *ὑπὸ τὴν ἀναπνοήν, uno ſpiritu.* Præpoſitionem *ὑπὸ* cum accuſativo caſu *de tempore & duratione* haud raro uſurpare Polybium, monuimus ad II. 19, 10. Verſ. 9.

Verſ. 10. *τὴν ὑπόκρισιν. ὑπόκρισις* eſt quam *actionem* vocamus latine, quæ præſertim in vocis modulatione variationeque, tum vero & in vultus conformatione reliquo- Verſ. 10.

Digitized by Google

Vers. 10. que gestu & manuum motu inest: de qua præcipientem lege Dionysium Halic. cum alibi, tum in libello de Vi dicendi Demosthenis cap. 53 sq. — *Ibid.* τὰς διαιρέσεις præeunte Vrsino correxit Casaub. τὰς αἱρέσεις ed. L. cum msstis. — *Ibid.* δασύτητος καὶ ψιλότητος. De *spiritu* vel *aspero* vel *leniori*, quibus cum vocales, tum consonas nonnullas distinguere consueverunt Græci, contulisse juvabit quæ erudite congessit Villoisonus in Indice Rerum, secundo Tomo Anecdotorum Græcorum subjuncto. — *Ibid.* δυσσώζειν, *observare*. Correxit Casaub. cum Vrsino. δυσώζειν Aug. Reg. F. G. Vet. σώζειν Tub.

Cum rebus illis Philippi, quæ inde a cap. 42. hujus libri, in rebus anni ab V. C. 546. expositæ sunt a Polybio, quæ eædem a Livio, ut diximus, ad consules anni 547. referuntur, proxime connectit Livius XXVIII. 7. narrationem *de Attalo propemodum capto a Philippo*, cujus narrationis fragmentum ex Polybio decerptum conservavit Suidas in Κατειμάξας. Quare videri poterat Fragmentum illud hoc loco inserendum Reliquiis Historiæ Polybianæ. Nos illud in *Spicilegiis Reliquiarum ex libro XI.* retulimus; quoniam eodem cap. & sequenti mentionem facit Livius rerum, quas a Polybio in libro XI. in rebus anni ab V. C. 547. fuisse expositas docet series Fragmentorum, quæ cum in Excerptis Antiquis, tum in Valesianis, continentur. Scilicet res Græciæ, quæ a Polybio per duos annos continuos 546 & 547. distributæ sunt, in unum annum 547. conjectæ sunt a Livio.

Cap. XLVIII. Vers. 1.

CAPVT XLVIII.

Vers. 1. Οἱ δ' Ἀσπασιάνα (Νομάδες) κατοικοῦσι. Libri scripti omnes cum ed. 1. dant Οἱ δ' Ἀσπασίου κατοικοῦσι. Stephanus Byzantinus: Ἀσπασιακαὶ Μασσαγετῶν ἔθνος. Στράβων ἑνδεκάτῃ. Καὶ Πολύβιος δεκάτῃ· Οἱ δ' Ἀσπασιακαὶ νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὄξου. Strabonis codices, lib. XI. p. 513. teste Casaubono partim Ἀσπασιάνας, partim Ἀσπασιάτας vocant, quoad initium vocis cum codicibus Polybianis consentientes, quoad exitum cum Stephano.

Digitized by Google

phano. Rectius tamen fortaſſe *verſ.* 6. Ἀπασιάκαι dant Polybiani codices, ut apud Stephanum: certe facilius intelligitur, quo pacto ex Ἀπασιάκαι in Ἀσπασιάκαι, notioris ſoni vocabulum, aberrare potuerint librarii. Vocabulum Νομάδες deletum malimus, ut vel ex eis quæ præceſſerant apud Polybium, vel ex eis quæ ſequuntur, a Stephano Byzantino, aut ejus Epitomatore, huc translatum. Verſ. 1.

Ibid. καὶ Ταναΐδος. *Tanaim*, qui Europam ab Aſia dividit & *in Maeotidem paludem exoneratur*, per errorem confudit Polybius cum alio *Tanai*, qui in mare Caſpium ab oriente influit, & Oxo ad ſeptemtrionem eſt. Ei proprium nomen *Iaxartes* fuit; *Tanaidis* nomine a Macedonibus, Alexandri comitibus, eſt inſignitus, ut docent Strabo lib. IX. p. 509 ſq. Plinius Hiſt. Nat. VI. 16, 18. & alii; apud Arrianum quidem de Exped. Alex. lib. III. ſub fin. corrupte Ὀράντην vulgo edunt.

Verſ. 2. τὸν Ὄξον. Perperam τὴν Ὄξον ed. 1. cum Reg. F. G. & Veſont. ſed in hoc quidem vera ſcriptura intra lineas. Verſ. 2.

Verſ. 3. εἰσὶ δέ. δὲ perperam abeſt Reg. F. G. Veſont. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐκ τοῦ Καυκάσου. *Caucaſus* ille intelligendus, falſo a Macedonibus nominatus, cui verum nomen Paropamiſus fuit vel Parapamiſus. Diſcriminis cauſa, *Indicum Caucaſum* hunc cognominant Geographi, alterum *Scythicum*. conf. XI. 34, 3. Verſ. 4.

Verſ. 5. ἐπί τινας πέτρας. Quoniam ἐπί τινας καὶ πέτρας dabant ſcripti libri, ἐπὶ θῖνας καὶ πέτρας ſuſpicati ſunt Scaliger & Gronov. quod non placet, quia θῖνες ſunt *arenae cumuli*, aut *colles arenacei*, qui nihil faciunt ad id de quo nunc agitur. Nobis Polybianum utique videtur ἐπί τινας λευκοπέτρας, *ad nuda quaedam ſaxa, ad nudas quaſdam rupes*. Nam ſicut vocabulo τὸ λευκόπετρον & τὰ λευκόπετρα utitur III. 53, 5. & X. 30, 5. eodem modo & ἡ λευκοπέτρα, αἱ λευκαπέτραι uſurpare potuit, ejusdem formæ ejusdemque fere notionis vocabulum cum λευκόπετρα, Ezech. 24, 7. quod λίθος λεῖος interpretatur Heſychius. Verſ. 5.

Verſ. 5. *Ibid.* Verba *τὴν καταφορὰν τῶν ὑπερκειμένων τόπων* in verſione latina conjunxit Caſaubonus, & interpretatus eſt *qui de ſuperioribus locis deorſum feratur*, quaſi *τῶν ὑπερκ. τόπων* idem eſſet ac *ἀπὸ τῶν ὑπερκειμ. τόπων*. Cujus verſionem tenentes, in græcis poſt *τόπων* orationem inciſo diſtinximus: quod quidem nollemus factum. Videtur enim ſeries orationis ita potius concipienda, ut *τῶν ὑπερκειμένων* ab *ἐξωθεῖ* & ab *ἐπὶ τοσοῦτον* pendeat: *ὁ ποταμὸς τὸ ῥεῦμα τῇ βίᾳ, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν καταφορὰν, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξωθεῖ τῶν ὑπερκειμένων τόπων*. Id eſt: *fluvius undas ſua vi (magna vi*, conf. V. 84, 3.) *propter copiam & propter lapſum præcipitem ex alto, tam procul a ſuperioribus locis ejicit.* Sic non neceſſe fuerit, ad REISKII confugere conjecturam, *τῶν ὑποκειμένων*, pro *τῶν ὑπερκειμένων*, legendum ſuſpicantis: — „qui genitivus (inquit) cohæret cum *τοσοῦτον*. Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet *ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα τῶν ὑποκειμένων τόπων*. In *καταφορὰν* autem ſubauditur *τοῦ ῥεύματος*. nam loci declivitatem *καταφορὰν* dici, haud conſentaneum videtur.“ — Recte vero id quidem de vocab. *καταφορὰ* a Reiſkio monitum: nam licet per ſe utcumque de *declivitate* aut *abrupto præcipitio* intelligi illud poſſet, tamen mox, paucis verbis interjectis, idem vocabulum bis rurſus ita uſurpatur, ut manifeſte *ἡ καταφορὰ τοῦ ῥεύματος*, & *τοῦ ποταμοῦ*, non *τῶν ὑπερκειμένων τόπων* dicatur.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ἀσπασιάκας a Caſaubono eſt. Ἀπασίακας h. l. ed. 1. conſentientibus mſstis omnibus. Ἀπασιάκας Vrſin. Conf. notata ad verſ. 1.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. πλαταμῶνας. Suidas: Πλαταμών· ὁ αὐγιλίτης καὶ λέγεται μὲν ἁπλῶς ἐπὶ γῆς πλάτους ὁ πλαταμών· κυρίως δὲ ἐπὶ θαλάσσης, ἐχούσης καὶ πέτρας ὑποκειμένας. Heſychius: Πλαταμών· τόπος πλατὺς καὶ μέγας ἐπιθαλάττιος. οἱ δὲ λεωπετρία. οἱ δὲ, ἁλισθηρὰ πέτρα. Videntur πλαταμῶνες apud Polybium nunc intelligendi *plana lataque ſaxa*, vel *nuda ſaxa quibus planities obſita eſt*; quorum ſcilicet intervalla fluvius ex alto præceps ruens excavaverat, ut, infra ſaxa ſe inſinuans, per aliquod ſpatium occultus flueret.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ὑπὸ γῆν φέρεσθαι. Fluviorum exempla nonnulla, ſub terram labentium, & per aliquod ſpatium occulte fluentium, collegit Strabo lib. VI. p. 275. Eamdem rem Rhodano accidere conſtat, haud ita procul a loco, ubi lacum Lemanum egreſſus eſt. Verſ. 7.

CAPVT XLIX. Cap. XLIX.

Verſ. 1. Εὐθύδημον. *Antiochus*, Syriæ rex, finito bello Parthico, quod cap. 28 ſqq. hujus libri expoſuit Polybius, adverſus *Euthydemum*, Bactrianæ regem, arma promovit; de quo confer quæ leguntur in Reliquiis lib. XI. c. 34. Ejusdem Euthydemi meminit Strabo lib. XI. p. 514. Perperam hoc loco Εὐθύδηλον habet ſolus Med. Verſ. 1.

Ibid. περὶ Ταπουρίαν. Cum Ταγουρίαν vulgo legerent omnes; REISKIVS — „Haud ſcio, inquit, an Ταπουρίαν legendum ſit, *Tapyriorum regionem*, id eſt, *Thabareſtanam*.“ — Reiſkii conjecturam confirmat Eratoſthenes apud Strabonem lib. XI. p. 514. docens, inter Hyrcaniam (e qua nunc venit Antiochus, ut ex Polyb. X. 31. coll. c. 48. intelligimus) atque Ariam, (quæ ipſa inter Hyrcaniam & Bactrianam interjacet) Ταπύρους habitaſſe, qui Ταπύριοι vocantur apud eumdem Strab. p. 520. Τάπουροι apud Ptolemæum, & apud Arrian. de Exped. Alex. lib. III. c. 23. De eiſdem confer Holſten. ad Stephanum Byzant.

Ibid. τὸν Ἄριον ποταμόν. *Arii* fluvii Ariæ regionis, quæ Bactrianæ contermina eſt, meminit Strabo lib. XI. p. 515 extr. Plinius VI. 23, 25. & quos ibi laudavit Harduinus. — *Ibid.* τὴν πολιορκίαν. Vrbis nomen, quam tunc obſidebat Antiochus, declaraverat Polybius in ea parte narrationis, quam prætermiſit compilator horum Excerptorum. — *Ibid.* διαβάσεις. Nullo modo dubitandum duximus, quin perſpicaciſſimam Reiſkii conjecturam adoptaremus, quam & grammatica ratio flagitabat, & confirmat id quod ſequitur verſ. 4 ſq. Conf. IV. 64, 5. X. 6, 7. XXI. 10, 7.

Digitized by Google

Vers. 4. *Vers.* 4. πρός τινα πόλιν οὐκ ἔλαττον ἔχουσι σταδίων διέχουσαν. Verba οὐκ ἔλαττον ἔχουσι σταδίων non facile pendere possunt a verbo ὑπεχώρησε, interjectis illis πρός τινα πόλιν. Id præclare vidit Gronovius, deesse monens verbum ἀπέχουσαν. Nos διέχουσαν prætulimus, quod & aliàs amat Polybius, (IV. 64, 5. V. 103, 6 &c.) & facile prætervolare potuit librarius, fugiente oculo transiliens ad proximum verbum, ad eisdem literis incipiens.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως. Post μέρος perperam articulum τὸ repetit ed. 1. cum Med.

Vers. 7. *Vers.* 7. παρεμβαλεῖν ex mss. & ed. 1. revocavimus. Amat Polybius cum verbo παραγίνεσθαι & aliis similibus construere aoristum secundum infinitivi.

Vers. 8. *Vers.* 8. ἀπαντήσας cum Vrsino correxit Casaub. ἀπαντῆ ed. 1. cum mss. mutilato verbo. — *Ibid.* συνέβαλλε. συνέβαλε unus Aug. — *Ibid.* Βάκτρων. Nil opus erat, hoc mutare. Nam perinde & Βάκτρους & Βακτρίους græce dicunt, ut diserte Stephanus Byz. docet.

Vers. 10. *Vers.* 10. ἐπαρχίας. Diximus de hoc vocabulo ad X. 21, 4. — *Ibid.* κακῶς ἐπήλλαττον. Vsitationem esse hanc formam in hoc dicendi genere, monuit Reiskius; atque ita, invitis quidem codicibus, scribere non dubitavimus. Nec enim usquam aliter usurpat Polybius, non magis quam alii: sic I. 28, 8. III. 60, 3. 64, 6. &c. Homoeoteleuton secutus est librarius, cum præcessisset ἐπιέζοντα.

Vers. 11. *Vers.* 11. Παναιτωλος, & Παναιτωλαν vers. seq. correxit Casaub. πᾶν Αἰτωλὸς & πᾶν Αἰτωλῶν ed. 1. cum mss. Conf. V. 61, 5. 62, 2. — *Ibid.* ἐδέξατο *sustinuit* vertit Casaubonus. Rectius: *intra suorum ordines recepit.* — *Ibid.* ἠνάγκασε accepimus ab Aug. Reg. F. G. Vesont. ἠνάγκαζε edd. non male, licet ἐδέξατο in aor. 1. præcesserit.

Vers.

Digitized by Google

Verſ. 12. ἀπολωλεκότες αὐτῶν. Tenuimus hoc, a Cau- Verſ. 12.
bono editum. αὐτῶν ed. 1. cum mendis.

Verſ. 14. — „Poſt ἵππον non dubitamus aut Ἀντιόχου Verſ. 14.
aut βασιλέως deeſſe.“ REISKIVS. — Vox illa expulſa eſt per librariorum imperitiam, qui pro μὲν ἵππον, Μέπιππον ſcripſerant, viri nomen hoc eſſe putantes.

Verſ. 15. εἰς πόλιν Ζαρίασπα. Pluralis numeri no- Verſ. 15.
men, ut περὶ Βαίκυλα πόλιν, X. 38, 7. & id genus alia. Perinde Ζαρίασπα dici, plurali numero, & Ζαριάσπην in ſingulari, monuit Stephanus Byzantinus.

Finis Adnotationum ad Polyb. lib. X. & Tomi VI. Hiſtoriarum Polybii.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAR 23 1936

Digitized by Google



Digitized by Google